
Klaudiou Ptolemaiou Geographike hyphegesis

Ptolemy, Karl Müller


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

ΚΛΑΥΔΙΟΥ
ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ
ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΗ ΥΦΗΓΗΣΙΣ

CLAUDII PTOLEMÆI
GEOGRAPHIA

E CODICIBUS RECOGNOVIT, PROLEGOMENIS, ANNOTATIONE,
INDICIBUS, TABULIS INSTRUXIT

CAROLUS MÜLLERUS

VOLUMINIS PRIMI

PARS SECUNDA



PARISIIS

EDITORE ALFREDO FIRMIN-DIDOT

INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHO

CLAUDII PTOLEMÆI

GEOGRAPHIA

PARISIIS. — EXCUDEBAT ALFREDUS FIRMIN-DIDOT, VIA JACOB, 56

ΚΛΑΥΔΙΟΥ
ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ
ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΗ ΥΦΗΓΗΣΙΣ

CLAUDII PTOLEMÆI
GEOGRAPHIA

E CODICIBUS RECOGNOVIT, PROLEGOMENIS, ANNOTATIONE,
INDICIBUS, TABULIS INSTRUXIT

CAROLUS MÜLLERUS

VOLUMINIS PRIMI
PARS SECUNDA



PARISIIS
EDITORE ALFREDO FIRMIN-DIDOT
INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHO
VIA JACOB, 56

M DCCCCI

LECTORI

Flebili morte occidit ante hos paucos annos Carolus Müller, vir doctissimus, cuius grata memoria colitur ab omnibus qui antiquitatis studia fovent. Qui cum de multis antiquis scriptoribus bene meritus est, tum de Ptolemæo. Namque et per multos annos indefessa assiduitate incubuit in excutiendos examinandosque geographiæ Ptolemæanæ codices mss., et collationes tanto labore ac sudore undique conquisitas varia multiplicique eruditione instructus tam sagaciter adhibuit, ut novam lucem afferret operi quondam clarissimo, quod summam et temporis iniuriam et sortis iniquitatem posthac expertum est. Eo magis itaque dolendum, quod ei non licuit editionem Ptolemæi ad finem perducere.

Opus inchoatum autem perfici voluit Alfredus Firmin-Didot, cui multa magnaque debent litteræ Graecæ et Latinæ, eiusque liberalitate factum est, ut mihi perficiendum traderetur quamvis tantæ provinciæ suscipiendæ vix pari : quo in officio explendo, quamquam primum itinere longinquo, dein muneris negotiis distinebar, tamen pro virili parte laboravi. Ne vero quibus studia geographica cordi sunt nimis diu eximiarum Mülleri copiarum usu fraudentur, placet iam nunc publici iuris facere alterum voluminis prioris fasciculum maximam partem a Müllero compositum, nisi quod quattuor libri V capita — a XVI scil. usque ad XX — a me addita sunt : quod huc spectaret præter varias codicum lectiones inde a p. 996,8 nihil fere in Mülleri scriniis repertum est nisi adnotationes quædam hic illic margini adscriptæ, quas suo loco a me laudatas invenies. Reliquos operis libros alterum dabit volumen, ita tamen ut meis curis scriptoris verba quantum eius fieri poterit emendata prodeant plenissimo apparatu qui dicitur critico subiecto, copiosæ autem rerum explicationes, earum potissimum dico quæ a Ptolemæo ipso alienæ sunt, ne moles in infinitum excrescat, alii tempori vel doctiorum eruditioni relinquantur. Attamen continebuntur secundo hoc volumine satis ampla prolegomena vel epilegomena de geographiæ Ptolemæanæ origine, auctoritate, fatis et de codicum mutuis inter se rationibus nec non indices plenissimi. Una vero

cum hoc fasciculo prodibit tabularum geographicarum quibus Ptolemæi notæ illustrentur pars prior, ex quibus tabulis XXXV et XXXVI a Müllero inchoatas, a me perfectas scito. Superatis autem iam multis difficultatibus reliquas operis partes brevi tempore absolvi posse certa spes est.

CURTIUS THEOD. FISCHER.

Dresdæ a. d. IV Id. Jan. MDCCCC.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ
ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΗΣ ΥΦΗΓΗΣΕΩΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

CLAUDII PTOLEMÆI
GEOGRAPHICÆ ENARRATIONIS
LIBER QUARTUS.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ.

Hæc insunt in libro quarto.

Κλαυδίου Πτολεμαίου γεωγραφικῶν τὸ (τὸ om. F) δ′ BFZΓ, Πτολεμαίου δ′ Σ, ἀρχὴ τοῦ τετάρτου τῶν γεωγραφικῶν Φ. Titulum om. ALO; secunda manu scriptum habet N; ad calcem libri pro more ponitur in L. ‖ — 1. τετάρτῳ] βιβλίῳ add. B, τῶν Πτολ. γεωγραφικῶν add. Φ, τῆς Κλαυδίου Πτ. γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως add. Ξ. Versum om. ed. pr.; totum capitum indicem om. X. ‖ — 3. σατραπίας BEFZΦ. ‖ — α′] Capitum numeri in plurimis codd. et in ed. pr. omittuntur; πινάκων mentio om. in LMOPSVWΔΣΦΨΩ; πίναξ α′ Μαυριτανίας Τιγγιτανῆς et similiter in sqq. FN². In A provinciarum nomina in nominativo casu exhibentur. ‖ — 5. Μαυρητανίαν L; καὶ σαρηνσίαν Φ. ‖ — 6. Νουμηδίαν PV ed. pr.; γ′ Νουμιδίαν, δ′ Ἀφρικήν, ε′ Κυρηναϊκήν etc. CW; Νουμιδίαν om. F, recte, quoniam Numidia pars est Africæ provinciæ. ‖ — 8. τὴν ἰδίως Λιβ.] τὴν ἰδίαν Λιβ. ΣΦΨ; Λιβύης FN². ‖ — Αἴγυπτον] καὶ Αἴγ. CW. ‖ — 12. Αἴγ. ὅλην καὶ τὴν κάτω καὶ τὴν ἄνω] ex em. Grashofii; Αἰγύπτου ὅλης FN; Αἴγυπτον ὅλην κάτω καὶ ἄνω cett. codd. Verba ὅλην—ἄνω om. ed. pr. ‖ — 10. τὴν ἐντὸς Λιβύην] de conj.; τῆς ἐντὸς Λιβύης N², Λιβύης τῆς ἐντός F; τὴν ὑπὸ τὰς εἰρημένας ἐπαρχίας (ἐπ. om. SΩ) ἐντὸς Λιβύην cett. codd. ‖ — 12. ὑπὸ ταύτας] ὑπὸ πάσας SΩ; versum om. ed. Ulm. ‖ — 13. ἐπαρχίαι] Γίνονται ἐπ. BEFNZ. Vs. 13 et 14 om. ADL MORWΔΞΣ, ed. Ulm. ‖ — ιβ′] ια′ CPW ed. pr., η′ F. Cf. lib. VIII, c. 29. Post. vs. 14 (in CRW post vs. 12) in codd. adduntur hæc : Περιορισμός. Ἀκρωτήρια. Νῆσοι. Ποταμῶν παραθέσεις (παράθεσις ABEN′Z).

ΚΕΦ. Α'.

Μαυριτανίας Τιγγιτανῆς θέσις.

[Λιβύης πίναξ α'.]

1. Τῆς Μαυριτανίας τῆς Τιγγιτανῆς ἡ μὲν ἀπὸ δυσμῶν πλευρὰ περιορίζεται μέρει τῆς ἐκτὸς θαλάσσης, ἣν καλοῦμεν Δυτικὸν Ὠκεανόν, τῷ ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ μέχρι ὄρους τοῦ Μείζονος Ἄτλαντος κατὰ περιγραφὴν τοιαύτην·

2. Κώτης ἄκρον	ς'	λε' L''γ'' ιβ''
Ζιλία ποτ. ἐκβολαί	ς'	λε' γο''

CAP. I.

Mauritaniæ Tingitanæ situs.

[Libyæ tabula prima.]

1. Mauritaniæ Tingitanæ occidentale latus parte finitur maris externi, quem dicimus Oceanum Occidentalem, quæ pars est a freto Heracleo usque ad montem Atlantem Maiorem atque sic describitur :

Cotes promontorium	6°	35° 55
Ziliæ fluvii ostia	6°	35° 40

Παραλίου ἐπιγγραφαί (ἐγγραφαί BEFNZ ; leg. περιγραφαί, ut p. 70). Πελαγῶν ὀνόματα. Ὄρη. Ποταμοί. Λίμναι (sic BDEFNZ ; ποτ. ἢ λίμναι cett.). Ἐπαρχιῶν (ἐπαρχίας BDEFNZ) ὀνόματα. Χῶραι. Ἔθνη. Ἐπιγραφαί (ἐπιγόραμα BEZ). Ἐπιγράμματα (ἢ ἐπιγρ?). Ἐπίσημοι πόλεις. Δεύτεραι πόλεις. Τρίται πόλεις. Eadem legimus p. 70 in indice libri secundi, eademque codices SΩ7 habent in indice libri quinti.

Cap. I. 2 Μαυριτανίας] ΛΙΒΥΗΣ Μαυρ. ed. pr. || — 4. τῆς Τιγγ.] τῆς om. A ed. Arg.; Τιγγανικῆς ed. Arg., || — 5. μέρει] μέχρι CLZ (in Z supra scriptum μέρει) : *terminatur usque exterius mare* edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. || — 6. τῷ] τὸ ACDL et sec. m. Z. || — 8. Ἄτλαντος] καλουμένου add. A. || — 9. Κώτης] Κώττης ed. pr. || — λε' L''γ'' ιβ''] λε' ς'' ιβ'' ed. pr. Ptolemæum sequi videtur Anonymus in Geogr. min. 2, p. 505, qui maximum maris interni longitudinem ἀπὸ Κώ[του] τοῦ τῆς Μαυριτανίας Τιγγιτανῆς ἄκρου μέχρι τῆς Ἰσσοῦ stadiorum 25400, latitudinem vero maximam ab Igilgili ad Massiliam stadiorum 5500 esse dicit. Secundum Ptolemæum a Cote (6°) ad Issum (69°30) sunt gradus 63 1/2 sive stadia 25400 (63 1/2 × 400), inter Igilgili vero (32°) et Massiliam (43°) intercedunt gradus 11 sive 5500 (11 × 500) stadia. Promontorium (h. *C. Spartel*) αἱ Κώτεις vocatur a Strabone 17, 3, 2 : πρόπους τις ὕστατος (sc. τοῦ Ἄτλαντος) αἱ Κώτεις λεγόμεναι. Mela 1, 25 : *Caput et exordium* (Mauretaniæ) *est promunturium quod Græci Ampelusiam, Afri aliter sed idem significante vocabulo* (Cotes sc.) *appellant*. Cf. idem 2, 96. 3, 107, Plinius 5, 2 : *Promunturium oceani extremum Ampelusia nominatur a Græcis. Oppida fuere Lissa et Cottæ* (sic cod. Leid.; *Cocte*, *Cotte* var. lect.) *ultra columnas Herculis*. Idem 32, 15 : *Trebius Niger auctor est xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse ; ab hoc naves perfossas mergi in oceano ad locum Mauretaniæ qui Cottæ* (*Coctæ*, *Cocte* v. l.) *vocetur, non procul Lixo flumine*. Cotes *oppidum* aliunde non notum est. Nonnulli totam Mauritaniæ provinciæ oram occidentalem, utpote vitibus feracissimam, *Cotes* nomine designasse videntur (Cf. *El-Araich*, nomen arabicum oppidi ad Lixi ostium positi, quod *vitem* significare monet Barth, *Wanderungen durch die Kustenlænder des Mittelmeeres* p. 20). Hinc in Scylacis periplo Κώτης vocatur sinus permagnus, qui a Libyca Herculis columna (quam Europææ columnæ ad Gades positæ objectam esse et diei navigatione ab ea distare opinatur) per bidui navigationem extenditur usque ad Hermæum promontorium, quod ipsum, quum tridui navigatione a Soloente promontorio (h. *Cap Cantin*) abesse dicatur, quærendum est eo in loco, ubi Mercurium, stationem Mauritaniæ ultimam, a Sala oppido 16 m. p. austrum versus distantem, Itineraria exhibent. Eandemque in regionem deducimur, si ab Europæa Herculis columna ad Gades posita cum Scylace tridui navigationem computaveris. || — 10. Ζιλία] sic ΧΣΦΨ ed. Arg., *Ziliæ* ed. Rom., Ζηλεία CW, Ζελεία L, Ζιλεία cett., nisi quod Λιξεία EZ, *Lixia* ed. Vic. (quod fortasse erat varia lectio nominis sequentis); *Syle* ed. Ulm. || — ἐκβολή BEZ. || — λε' γο''] λβ' γο'' ed. Arg., λε' γ'' ΧΦ² ed. pr., edd. Vic. Ulm. Fluvius alibi non memoratur, nisi fort. est Ζῆλος, quod tanquam fluvii nomen habet Herodianus περὶ μον. λέξ. p. 32, 35. Nunc vocatur *Oued el Halou*, fluvius exiguus, a quo haud longe meridiem versus in ora maritima fuit Zilia oppidum, nunc *Azila* vel etiam *Arzila* dictum, quod Ptolemæus § 7 haud recte in mediterraneis ponit 6° 10', 35°30'. Vid. Tissot, *Recherches sur la géographie comparée de la Maurétanie Tingitane*. Paris, 1876, p. 64. Apud Melam 3, 107, ubi melioris notæ codices habent : *ultra* (Lixum) *est colonia et fluvius Gna et, unde initium fecimus, Ampelusia*, Vossius pro *Gna* legendum putavit *Zilia*. Scribi malim : *est* [*Zilil*] *colonia et fluvius Gna* ; nam *Gna* verum fluvii alicu-

Λὶξ ποταμοῦ ἐκβολαί ς′ γ′′ λε′ δ′′ | Lixi fluvii ostia 6° 20′ 35° 15′

jus nomen esse ex collato *Agna* fluvio, quem alia in regione Ptolemæus § 2 commemorat, collegerim. Intelligendus fuerit unus ex majoribus fluviis qui post Ziliam boream versus sunt, *Kouas* s. *Akouas* s. *Aiacha*, *Tahaddart* s. *Mharhar*, *Ghaddou*, *Khalf*. || — 1. ἐκβολή BEZ. — ς′ γ′] ς′ ς′′ ed. pr. || — Oppidum fluvio cognomine, quod ab ostio fluvii 5 m. p. abest, secundum Ptolemæi tabulam 30 fere m. p. ab eo distat. Ruinas ejus uberrime descripsit tabulisque illustravit Tissotus l. l. p. 69-84. Fluvius nunc vocatur *Loukkos*; *Aoulcos* ap. Edrisium 3, p. 225 ed. Jaubert, *Ouaoulcos* ap. El-Bekri p. 565. Similiter oppidum *Aulucos* appellatur in Notit. Dign. p. 79: *Tribunus cohortis primæ Herculeæ Aulucos*. Apud antiquiores scriptores fluvii et urbis nomina occurrunt Λίξ, Λίγξ, Λύγξ, Λίξος, Λίξα, Λιξιών. Alius Lixus fluvius, deserto propinquus, ex Hannonis periplo notus et cum nostro fluvio plus semel confusus, a Ptolemæo (4, 6, 2) Δάραδος (hod. *Drah*) vocatur. « La tradition locale a perpétué jusqu'à nos jours la prononciation *Leks* dans le nom actuel du fleuve *Loukkos*. » Tissot. Oppidi nomen in numis esse *Leks* et *Lixs* monet Barthius (*Wanderungen durch die Küstenländer des Mittelmeers* p. 19 et 49). — Iulius Honorius in Geogr. lat. min. ed. Riese p. 53 sec. recensionem B: *Fluvius Hesperides qui et Lix nascitur in campo* * (*Fl. Hesperides nascitur [ad] Lix oppidum in campo* sec. recens. A); *in circini rotunditate volvitur; influit in Oceani ripas partis mediterraneæ. Currit millia DCCCCXX.* (Cursus longitudines in hoc fluviorum indice non habet recensio A; in recensione B alio ex fonte additæ sunt. Eo vero in fonte ista 920 m. p. quæ a Lixo nostro, qui per 80 fere m. p. currit, aliena prorsus sunt, fortasse pertinebant ad Lixum Hannoneum sive Daradum Ptolemæi, qui sec. nostras tabulas per 700 fere m. p., sec. Ptolemæum per 1000 et amplius m. p. currit). — *Lix colonia* legitur etiam ap. Solinum 24, 3 et 10, p. 121, 16 et p. 123, 18 ed. Mommsen et Isidorum 15, 1, 74, quamquam in Plinio 5, 3. 5, 9, quem excerpsit Solinus, *Lixos* scribitur. — Stephanus Byz.: Λίγξ, ποταμὸς Μαυριτανίας καὶ πόλις. Τινὲς δὲ Λίξον γράφουσι καὶ Λίξους τοὺς πολίτας. Idem: Λύγξ, πόλις Λιβύης πρὸς τοῖς Γαδείροις μετὰ τὸν Ἄτλαντα· « καὶ νῆσος Ἄτλαντος καὶ πόλις Λύγξ », ὡς Ἀρτεμίδωρος (Λυγξώ Ἀρτεμίδωρος codd.; em. editt.). Τὸ ἐθνικὸν Λυγξίτης καὶ Λύγγιος. Idem: Λίξα, πόλις Λιβύης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ Λιβυκῶν, ἀπὸ Λίξου ποταμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν Λίξιοι, Λιξίτης καὶ Λιξᾶται παρά τισιν. Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 31: Δούριζα, λίμνη παρὰ τὸν Λίζαν (lege Λίξαν) ποταμόν. Ἑκαταῖος περιηγήσει Ἀσίας· « τῇ τε λίμνῃ Δούριζα ὄνομα. » (Lacus ille nunc *Mersa Doura* inter Lixum et Suburem fluvios). Strabo 17, 3, 2: πλησίον δὲ (ταῖς Κώτεσι) καὶ πολίχνιον μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ὅπερ Τρίγγα (Τρίγκα Epit.; Τίγγα edd. ante Cramerum, Λίγγα conj. Willmanns in Corp. Inscr. 8, p. 854) καλοῦσιν οἱ βάρβαροι, Λύγγα δ' ὁ Ἀρτεμίδωρος προσηγόρευκεν, Ἐρατοσθένης δὲ Λίξον. Κεῖται δ' ἀντίπορθμον τοῖς Γαδείροις ἐν διάρματι σταδίων ὀκτακοσίων, ὅσον ἑκάτερα διέχει τοῦ κατὰ τὰς Στήλας πορθμοῦ. Πρὸς νότον δὲ τῇ Λίξῳ καὶ ταῖς Κώτεσι παράκειται κόλπος Ἐμπορικὸς καλούμενος, ἔχων Φοινικικὰς ἐμπορικὰς κατοικίας. Idem 17, 3, 6: εἰς δὲ τὴν ἐντὸς θάλατταν πλέουσιν ἀπὸ Λυγγὸς πόλις ἐστὶ Ζῆλις καὶ Τίγα. Idem 17, 3, 8: Ἀρτεμίδωρος δ' Ἐρατοσθένει μὲν ἀντιλέγει, διότι Λίξον τινά φησι πόλιν περὶ τὰ ἄκρα τῆς Μαυρουσίας τὰ ἑσπέρια ἀντὶ Λυγγός. Idem 2, 3, 4: Τούτους (τοὺς Γαδειρίτας) πλεῖν μέχρι τοῦ Λίξου ποταμοῦ περὶ τὴν Μαυρουσίαν ἁλιευομένους. In his quod Τρίγξ nomen attinet, Tissotus l. l. p. 69 censet punicum nomen Λίγξ berberice dictum esse Τλίγξ, quum τ literam aliis quoque nominibus alienigenis Berberi præfigere soleant, hoc vero deinde sueta literarum permutatione in Τρίγξ abiisse. Ego in notis ad Strabonem nec non Barthius l. l. hanc formam non inter Lixi, sed inter Tingis oppidi nomina varia recensendam fuisse conjeci. Quod ut etiam nunc credam suadet Stephanus Byz., qui: Θρίγκη, πόλις περὶ τὰς Στήλας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Nam Tingim his, non vero Lixum indicari ex verbis περὶ τὰς Στήλας collegeris. Quodsi apud eundem Stephanum legitur: Θίγγη, πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος περιηγήσει, Hecatæus duas ejusdem nominis formas aut commemoravit aut in dua oppida male distraxit, aut Thinge nomen, sæpius in Libya obvium (v. not. p. 580, 4), ad ignotum aliquod Libyæ oppidum pertinet. — Plinius 5, 9: *Ab eo* (Anati fluvio) *Lixum CCV m. p.* (sc. Polybius tradidit); *Agrippa Lixum a Gaditano freto CXII abesse; inde sinum qui vocetur Sagigi.* Sec. Ptolemæum ab Asana ad Lixum sunt 3° 15′ sive 1625 stadia, 203 m. p., quæ ad Polybianum computum et ad verum quam proxime accedunt. Pro CXII legendum esse LVII conjeceris, quum tot a Tingi ad Lixum a Plinio computentur. At verba *a Gaditano freto*, siculi apud Strabonem l. l. verba ἀπὸ τοῦ κατὰ Στήλας πορθμοῦ, intelligenda potius sunt de initio freti ad Herculis columnas posito, a quo ad Lixum sunt fere 700 stadia, secundum Strabonem 800, quorum loco Agrippæ auctor 900 stadia (112 1/2 m. p.) numerasse videtur. — Plinius 5, 3: *Ab ea* (Zili) *XXXII* (30 sec. Itin. p. 8 et 25; totidem a Zilia fluvio ad Lixum fl. Ptolemæus habet) *colonia a Claudio Cæsare facta Lixos vel fabulosissime antiquis nar-*

Σούβουρ ποτ. ἐκβολαί ς' γ'' λδ' γ'' | Suburis fluvii ostia 6° 20' 34° 20'

rata. Ibi regia Antaei certamenque cum Hercule et Hesperidum horti. Adfunditur autem æstuarium e mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Amplectitur intra se insulam (Ἄτλαντος νῆσον sec. St. B.; hod. *ilôt de Recada*) *quam solam e vicino tractu aliquanto excelsiore non tamen æstus maris inundant. Exstat in ea et ara Herculis nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia, qui cogitant nostros nuperque paulo minus monstrifica quædam de iisdem tradidisse, prævalidam hanc urbem majoremque magna Carthagine, præterea ex adverso ejus sitam et prope immenso tractu ab Tingi quæque alia Cornelius Nepos avidissime credidit.* Præterea Lixi oppidi et fluvii mentio ap. Plinium 5, 2. 19, 63. 32, 15. Cornelius Nepos Lixum fluvium urbemque a Tingi immenso prope tractu distare et ex adverso Carthaginis sita esse opinatus, urbem istam a Lixo boreali ad Lixum Hannonis sive Daradum Ptolemæi transtulit et de distantiis falsissima illa acceperat quæ Ptolemæus quoque secutus est. In hujus enim tabulis a Tingi (6° 35° 55') ad Daradum (10° 15°) juxta oram habes circa 12000 stadia (reapse sunt c. 6000 stad.), totidemque fere sec. Ptolemæum sunt a Tingi Carthaginem. Cornelius igitur antiquioribus tabulis usus, in quibus occidentale Libyæ latus versus ortum hibernum directum erat, Lixum urbem in Carthaginis fere meridiano positam esse censere debebat. Ex eadem Lixorum fluviorum confusione pendent quæ Plinius 6, 199. de Cerne insula contra Atlantem in extrema Mauretania posita tradit. Etenim Cerne insula (hod. *Herne* in æstuario fluvii *Rio do Ouro* dicti) secundum Hannonem a Lixo fl. (h. *Drah*) distat octo (η; nam sic pro β' codicis legendum esse patet) dierum navigatione sive c. 4000 stadiis, qui computus a vero abest proxime. Sin stadia ista 4000 metiaris ab altero Lixo (h. *Loukkos*), Cerne insula haud longe ab Atlante in hod. *Cap Ghir* exeunte austrum versus ponenda est. Apud Ptolemæum Atlas major 26° 30', Cerne insula 25° 40' collocantur. Atlas major ibi est hod. *Cap Ghir*, quatenus ab eo austrum versus Massa et Nuius (h. *Massa* et *Noun*) ponuntur; quatenus vero a Soloente ad Atlantem ap. Ptol. oræ longitudo est circa 3000 stadiorum, alter potius montis terminus qui in hod. *Cap Noun* exit, intelligendus, atque Cerne insula 3500 fere a Soloente pr. stadiis circa Lixi Hannonei (*Drah*) regionem quærenda foret. Computus hic est Scylacis p. 91, qui Cernen a Soloente pr. septem dierum navigatione (3500 st.) distantem in eo tractu sitam esse refert ubi fluvius sit ᾧ ὄνομα Ξιῶν. Leni manu corrigendum ᾧ ὄνομα Λιξιών, quod dictum est quemadmodum Lixus urbs *Lixio* vocatur apud Melam 3, 107, ubi princeps codex Vaticanus habet: *Lixio* (*l. Lixioni?*) *flumini Lime* (l. *Lixio*) *proxima*. Ceterum in antecedentibus a Scylace ex ordine nominantur: Cephisias lacus magnus Meleagrides aves alens, Hermæum pr., Anides fl., Lixus fluvius et urbs. Hæc recto ordine se excipiunt, si Lixus fluvius est Lixus Hannonis, cui Cornelius quoque Nepos urbem perperam apposuit. Quodsi vero deinceps post Lixum nominantur Crathis fl., Thymiateria, Solois pr. et Lixio fl., in hac nominum serie Lixus est hod. *Loukkos*, cui revera urbs apposita erat. Aperte hæc conflata esse mihi videntur ex duobus fontibus male mixtis. Ac totam istam oræ occidentalis descriptionem, quæ a reliqui peripli tenore valde discrepat, a serioris ævi homine male docto et Mnaseæ Patrensi simillimo assutam esse censeo. Tissotus quidem l. l. p. 125 fidem auctoris tueri studens, omnia illa quæ Scylax ante Lixum habet, in brevissimo 25 m. p. tractu inter Coten pr. et Ziliam interjecto fuisse statuit; scilicet Cephisiadem lacum magnum olim exstitisse putat ubi nunc sunt campi lutosi (*bas-fonds*) fluviorum *Mharhar* et *Tahaddert* (v. tab. V in Tissoti libro), Heræa vero acra ei est *Ras el Akouas* (20 m. p. a *C. Spartel*), Anides autem fluxius *Oued el Aiacha*, qui juxta ipsum *Ras el Akouas* egreditur. At secundum hæc Mercurium pr. a Soloenti pr. non trium, ut auctor ait, sed quinque dierum navigatione abesset. Præterea vix dubium quin Anides sit Anatis Polybii (h. *Oum er-Rbia*), et quin Meleagrides aves lacus Cephisiadis in eadem regione fuerint, ubi Mnaseas eas novit et revera permagnum lacum etiamnum exstare constat. || — 1. Σούβουρ] Σουβούρου A. || — λδ' γ''] λδ' γο'' ADFLMNO PRVWXΔΞΩΣ. Hodie *Sbou*, « le plus grand cours d'eau de l'Afrique septentrionale après le Nil; large de 300 mètres le fleuve roule entre deux berges à pic, semblables à des falaises. » — « Le fleuve se jette dans l'Océan par une large coupure, dans laquelle plongent, au sud, les hauteurs escarpées sur lesquelles s'élève Medhiya. L'estuaire lui-même, comme la lagune de Merdja-es-Zerga, formait, il y a trois siècles à peine, un des plus beaux ports du littoral. Le Sbou subit jusqu'à une très grande distance l'influence de la marée et pouvait, avant que son embouchure fût ensablée, abriter des flottes entières dans ses vastes replis. » TISSOT, p. 89, 91. Plinius 5, 9 ex Agrippa *oppidum* (esse) *in promunturio Mulelacha* (hod. *Moula bou Selhem*), *flumina Sububam* (sic h. l. cod. Leid.; *Sububum* var. l.) *et Salat*. Idem 5, 5: *At in ora a Lixo L m. amnis Sububus præter Banasam coloniam defluens, magnificus et navigabilis. Ab eo totidem millibus oppidum Sala ejusdem*

Ἐμπορικὸς κόλπος ϛ′ γ″ λδ′ ϛ″ | Emporicus sinus 6° 20′ 34° 10′

nominis fluvio impositum. A Lixo ad Salam recte computantur 100 m. p.; medius inter eos est lacus permagnus, non vero Subur, a Lixo 75 (58 ap. Ptol.), a Sala 25 (32 ap. Ptol.) m. p. distans. In Geogr. Rav. p. 164 fluvii Mauretaniæ Gaditanæ recensentur: *Subulcus* (aut *Sububus* Plinii, aut *Subur* et *Cus*, Κούσας Ptol.), *Ubus* (Σοῦβος Ptol. 6, 2, hod. *Sous*, in Libya interiore). *Salensis* (i. q. Sala, Salat, Salathus, cujus accolæ Σαλίνσαι ap. Ptol. § 5). Oppidum Subur quod § 7 inter mediterranea ponitur, haud dubie ad ostium fluvii collocandum erat, ubi nunc *Medhiya* in alto sita peramplæ imminet planitiei. Alibi hoc oppidi nomen non occurrit. Hannoni est Θυμιατήριον, bidui navigatione a freto Gaditano distans, cui μέγα πεδίον ὑπεῖναι auctor dicit. Apud Stephanum Θυμιατηρία, sicut apud Scylacem p. 93: Μετὰ δὲ Λίξον Κρᾶθις (Κράβις codex) ποταμὸς καὶ λιμὴν καὶ πόλις Φοινίκων Θυμιατηρία ὄνομα. Alii qui græca nomina (ut Cephisiadem lacum, Crathim, Meleagrides aves) in hanc regionem transtulerunt, urbem istam Sicyonem appellasse videntur. Plinius 37. 38: *Vivit adhuc Asarubas qui tradidit juxta Atlanticum mare esse lacum Cephisiada. Hunc sole excalefactum e limo dare electrum fluitans. Mnaseas locum Sicyonem appellat et Crathin amnem effluentem e lacu, in quo aves Meleagrides et Penelopas vocat, et vere ibi nasci* (electrum sc.) *ratione eadem qua supra dictum est de Electride lacu*. Certe Thymiaterii situs (« le plateau escarpé de Medhiya; le seul point de la côte occidentale qui domine une grande plaine. » Tissot, p. 88, 91) simillimus erat situi Sicyonis in alta item planitie inter præruptas fluviorum ripas collocatæ, infra quam celebratum illud πεδίον Σικυώνιον patebat (V. Curtius, *Peloponnes*. 2, p. 482. 583). Ac quemadmodum Sicyon μακάρων ἕδος ap. Callimachum fr. 195 p. 583 ed. Ernest., sic Suburis regio *paradisus mundi* ab Arabum scriptoribus vocatur. *Crathis* nomen berbericum esse fluvii qui punice *Subur* dictus sit, Tissotus suspicatur. Ego nescio an subsit nomen quod proprie pertineat ad hod. *Oued Ouargha*, qui a borea in Suburem incidit, ex eoque Crathis nomen fictum sit a Græculo conferente Sybarim et Crathim prope Sybarim Italiæ urbem confluentes. Alius Crathis in Achaia prope Ægas erat. — Cephisias palus fuerit lacus peramplus qui rupium tænia a mari diremtus nunc vocatur *la Merdja de Ras ed Doura* (Δούριζα λίμνη Hecatæi). In eum effluit *Oued Mda* qui pluviarum tempore aquas suas cum *Sbou* fluvio miscet, adeo ut Crathis communionem quidem aquarum cum lacu habeat, haud recte autem e lacu illo profluere dicatur. Alia palus a mari longius remota ad dextrum fluvii latus posita itemque cum Subure aquas miscens nunc de accolarum nomine vocatur *Merdja des Beni Asan*, docente Tissoto, p. 93. Ut Sicyon sic Cephisias palus nomine tenus ex eadem fabrica Græculi cujusdam profecta est. Cephisum Sicyoniæ fluvium, aliunde non notum commemorat Strabo 9, 3, 11. Notus vero est Cephisus fl. et Cephisias palus Bœotiæ, cui fortasse adjacebat Sicyon illa Bœotiæ, cujus meminerunt Polemo apud Clementem Alex. Protrept. p. 33 et scholiasta Pindari ad Ol. 13, 105 nec non, ut videtur, Festus p. 266 ed. Müller. Cf. O. Müller *Minyer* p. 236 ed. pr., et Fr. Histor. 3, p. 135, fr. 71. ‖ — 1. Ἐμπορικός] Ἐμποριακός PV, Ἀμπορικός ed. Arg., *Amporicus* ed. Ulm. (Cf. Ἐμπορίαι Hispaniæ, nunc *Ampurias*, p. 154, 9). ‖ — ϛ′ γ″ λδ′ ϛ″] ϛ′ ϛ″ λδ′ γ″ codd., qui numeri promontorium potius quam sinum indicarent. Quare ϛ′ γ″ de conj. dedi, λδ′ ϛ″ recepi ex ed. pr. et lat. edd. Vic. et Rom. — Strabo 17, 3, 2: πρὸς νότον δὲ τῇ Λίξῳ καὶ ταῖς Κώτεσι παράκειται κόλπος Ἐμπορικὸς καλούμενος, ἔχων Φοινικικὰς ἐμπορικὰς κατοικίας. Ex Agrippa (non vero e Polybio, ut multi putabant. V. Riese in Geogr. lat. min. p. 5 not.) Plinius 5, 9: *Inde* (post Lixum) *sinum* (esse) *qui vocatur Sagigi* (sic optimus cod. Leid.; ceteri *Sagici*, *Sagaci*, *Sagyci*, *Sagyti*, nisi quod *Saguti* in uno codice Borbonico), *oppidum in promunturio Mulelacha*, etc. Ad hæc Bochartus in Geogr. sacr. p. 644: « Legerim libens *Saguri*, i. e. *sachur*, *mercatoris*, ut idem sit cum Ἐμπορικῷ. » Similiter Moversius (*Phœniz. Alterth*. 2, p. 540), probante Tissoto p. 94, *Saguti* nomini subesse censet vocem phœniciam *sacharut*, in qua *r* litera, ut passim in libyca lingua, suppressa sit. Dubia res est, quum *Saguti* scripturam unus solummodo haud magni pretii codex præbeat. Apud Scylacem Κώτης κόλπος, i. e. *vitium sinus*, vocatur. Fortasse igitur eodem vocis sensu pro *Sagigi* vel *Sagici* legendum est *Sarigi* vel *Sarici*, siquidem *sarigim* (Ioel 1, 7. Moses 1, 40, 10) sunt ἀμπέλου κλήματα et *Seric* vel *Soric* dicitur vitium genus in Syria et in hod. *Marokko* nascens (V. Rosenmüller *Bibl. Naturgeschichte* 1, p. 211. 218). Cotes ille sinus sec. Scylacem usque ad Mercurii promontorium (prope quod erat ultima Itinerariorum statio *Mercurius* dicta) pertinet ideoque totam Mauritaniæ provinciæ oram, quæ Romanorum temporibus oppidis frequentata erat, complectitur. Quodsi κόλπου nomen in hanc oram quæ recta est, haud cadit, reputandum est veteres hoc nomine persæpe abuti idque etiam ad tractus maritimos transferre qui sinus formam minime referunt (cf. supra p. 47). Ptolemæus quoque Emporicum sinum in ora recta notat et positione inter Lixum et Atlantem minorem (provinciæ terminum australem) media me-

Σαλάτα ποτ. ἐκβολαί	ϛʹ	ϛʹʹ	λγʹ	𐅵γʹʹ	Salatæ fluvii ostia	6° 10ʹ	33° 50ʹ
Σάλα πόλις	ϛʹ	γʹʹ	λγʹ	𐅵γʹʹ	Sala oppidum	6° 20ʹ	33° 50ʹ
Δύου ποταμοῦ ἐκβολαί	ϛʹ	ϛʹʹ	λγʹ	γʹʹ	Dyæ fluvii ostia	6° 10ʹ	33° 20ʹ

diam sinus partem designare voluisse videtur. Κατὰ μέσον τὸν κόλπον, Scylax ait, κεῖται Ποντίων τόπος καὶ πόλις, quod oppidum inter Lixum et Suburem fluvios quærendum est. Legendum vero suspicor Γοντίων.. πόλις, eandemque esse *Gontianam* (*Gentianam* ap. Rav. p. 163, 4), quam Ptolemæus 34° 40ʹ lat. a Subure boream versus recte posuerit, at perperam in mediterranea (7° 40ʹ long.) rejecisse videtur. Ac quoniam Gontiana a Baba (8° 10ʹ long.) circa 30 m. p. occasum versus ponitur, Baba vero, Plinio teste, 40 m. p. (supra 80 m. sec. Ptol.) a Lixo abest, ex hoc computo haud ita longe ab ora Gontianam abfuisse collegeris. || — 1. Σαλάτα] sic X, Ἀσάλα R, Σάλα cett. || — ϛʹ ϛʹʹ] ϛʹ FΔ, ϛʹ γοʹʹ edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., ϛʹ 𐅵 X. || — λγʹ 𐅵 γʹʹ] sic edd. Vic. Rom. Ulm., λϛʹ 𐅵 γʹʹ ed. Arg., λδʹʹ ϛʹ γʹʹ (sic) EZ, λδʹ ϛʹʹ cett. *Salat* fluvius vocatur ab Agrippa ap. Plin. 5, 9, sicuti *Salat* urbis nomen in numis scribitur, monente Tissoto, p. 95. Ex alio auctore Plinius 5, 5 : *Oppidum Sala ejusdem nominis fluvio impositum, jam solitudinibus propinquum elephantorumque gregibus infestum, multo tamen magis Autololum gente.* Apud Raven. p. 164 *Saleusus fluvius.* Accolæ ejus Σαλίνσαι. Idem fluvius Σάληξ vocatur ap. Philostratum Vit. Apoll. 5, 1 : Παρατείνει δ' ἐσπλέοντι τὸν ὠκεανὸν μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Σάληκος ἐννακόσια στάδια· τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἂν ξυμβάλοι τις ὁπόσα· μετὰ γὰρ τὸν ποταμὸν τοῦτον ἄβιος ἡ Λιβύη καὶ οὐκέτ' ἄνθρωποι. Stephanus Byz. : Σάλγας ποταμὸς καὶ πόλις Σάλγα Μαυριτανίας. Hodie *Bou-Ragrag*. Ut Sala fluvius a ficticio Atlante minore boream versus ponitur, sic infra ficticius Sala ab Atlante majori boream versus collocatur. Aliud figmentum est Salathus fluvius oppidumque Libyæ interioris (c. 6, 2) in tractu inter Ptolemæi Atlantem majorem et Polybii Atlantem interjecto. || — 2. Hunc versum post sequentem habet L. — ϛʹ γʹʹ] sic ed. pr., ϛʹ γοʹʹ cett. — λγʹ 𐅵 γʹʹ] λϛʹʹ 𐅵 γʹʹ ΣΦʹΨ Arg., λγʹ δʹʹ ed. pr. Præter laudatos ad vs. 1 Salam oppidum commemorant Mela 3, 107, Itiner. p. 6, 4 et Geogr. Rav. p. 164. Titulus ibi repertus (in C. Inscr. 8, 2 p. 983, n. 10988) « latinorum titulorum omnium adhuc in Africa repertorum extremus est occidentem versus. » MOMMSEN. — « La cité punique s'élevait à 2 milles de l'embouchure du Bou-Ragrag sur les collines escarpées de la rive méridionale que couvrent aujourd'hui les ruines de Chella. Précisément au-dessous de ces collines, l'estuaire du fleuve, assez resserré entre Rbat et Sla, s'élargit sensiblement : ensablé aujourd'hui, ce vaste bassin servait de port à la ville antique. — La synonymie de Chella et de Sala n'est vraie, du reste, qu'autant qu'il s'agit de la ville primitive : elle est trop absolue, en ce sens qu'elle est trop restreinte, lorsqu'il s'agit de la Sala des derniers temps de la domination romaine. Les débris antiques de toute nature qu'on a retrouvés à Rbat même prouvent que cette ville s'était étendue peu à peu jusqu'à l'embouchure du Bou-Ragrag. Chella et Rbat nous paraissent donc l'équivalent exact de la *Sala Colonia* de l'Itinéraire. » TISSOT, p. 96. — Sala *colonia* fuisse vulgo censetur, quoniam sic scribendum esse in Itinerario plurimis videtur pro *Salaconia* vel *Salacona*, quod codices exhibent præter vetustissimum codicem Vindobonensem (sæc. VIII), in quo supra *Sala* manu secunda scriptum est *conia*. Nescio an in *conia* aliud Salæ nomen lateat. Scilicet Sala oppidum propter situm sic dictum est a *sela* (*rupes*) voce (V. Tissot, l. l. Movers, l. l., p. 516); eodem autem sensu etiam *gonia* vel *conia* dici potuit, siquidem *gon* (i. e. *locus altus*) sæpius in nominibus geographicis occurrit. Cf. Hesychius : Γόνα τὸ ὄρειον· Φοίνικες. Aristoteles Mir. 103 : ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων ὄρος εἶναι ὃ καλεῖται Γώνιον. In ora Mauritaniæ habes Μεταγώνιον ἄκρον, et *Rusgoniam* seu *Rusconiam* (codd. Plin. 5. 30); *Goniam* in ora Cyrenaica (Tab. Peut.), *Cuneum* prom. cum Agoni insula in Lusitania (Strabo 3, 1, 4, Avien. Or. mar. 214.). || — 3. Δύου] sic ed. pr., Λύου X, Δούου ἢ Δύου BE, Δούου, supra scripto Δυ, Z, Δόνου PV, Δούου cett. codd.; *Divi* ed. Vic., *Dui* ed. Rom., *Diu* ed. Ulm. Scribendum fuerit Δίουρ, quum hodie sit *Oued Dir*, atque Δίουρ fluvii nomen redeat p. 577, 5. || — ϛʹ ϛʹʹ] 6 2/3 ed. Vic. || — λγʹ γʹʹ] λγʹ γοʹʹ X, 33 1/2 1/3 ed. Vic. *Oued Dir*, qui ab indigenis nunc vocari solet *Oued el Melah* (flumen salsum) aut *Oued el Kantara* (flumen pontis), a Sala 42 m. p. (32 sec. Ptol.) distat. In dextra fluvii ripa sita est *Fedala*. Cf. Tissot, p. 99. || — P. 7, 1. ϛʹ] ϛʹ ϛʹʹ S. || — λγʹ ϛʹʹ] λϛʹ γʹʹ ΣΦʹΨ Arg., 36 1/6 ed. Rom. 33 1/3 ed. Rom. « La dénomination de petit Atlas, que les marins, à ce qu'il paraît, avaient appliquée aux hauteurs qui dominent cette partie de la côte, est assez peu justifiée par l'importance très médiocre de ces hauteurs. Cette désignation appartient à Ptolémée. » VIVIEN DE SAINT MARTIN, *Le Nord de l'Afrique dans l'antiquité grecque et romaine*, p. 360. Atlas ille merum est figmentum, quo ad extremum terminum provinciæ romanæ transferuntur quæ reapse pertinent ad terminum Mauritaniæ latiore nominis sensu ad Atlantem usque et deserti confinia patentis. Eadem

Ἄτλας Ἐλάττων ὄρος	ϛʹ		λγʹ	ϛʹʹ	Atlas Minor mons	6°		33°	10′
Κούσα ποταμοῦ ἐκβ.	ϛʹ	γοʹʹ	λβʹ	Ŀʹʹδʹʹ	Cusæ fluvii ostia	6°	40′	32°	45′
Ῥουσιβὶς λιμήν	ϛʹ	γοʹʹ	λβʹ	ϛʹʹ	Rusibis portus	6°	40′	32°	10′
Ἀσάνα ποτ. ἐκβολαί	ζʹ		λβʹ		Asanæ fluvii ostia	7°		32°	
Διοὺρ ποταμοῦ ἐκβολαί	ζʹ	γʹʹ	λαʹ	γʹʹ	Diur fluvii ostia	7°	20′	31°	20′
Ἡλίου ὄρος	ϛʹ	Ŀʹʹδʹʹ	λαʹ	δʹʹ	Solis mons	6°	45′	31°	15′

confusione Plinius 5, 5 Salam oppidum *jam solitudinibus propinquum* et Philostratus l. l. ultra Salam fluvium Libyam desertam et ἄβιον esse dixerunt. Atlantis juga in ora maritima duo potissimum distinguuntur; alterum in hod. *Ras Ghir* s. *Ighir* s. *Ras Aferni* (365 metra altum), alterum in *Cap Noun*, haud longe a *Drah* fluvio ad confinia deserti exit. Fortassis hi Atlantis termini a quibusdam Atlas major et Atlas minor nominabantur. Polybius cum intellexit qui exit prope *Cap Noun*; nam ab Anati fluvio (*Oum er-Rbia*) ad Atlantem 496 (485 v. l.) m. p. computavit. Eandem fere oræ longitudinem Ptolemæi tabula præbet ab Asana ad Atlantem majorem. At series locorum ita habet, ut ad Atlas ille major non cum hod. *Cap Noun*, sed cum *Cap Ghir* componendus sit. Quodsi infra § 6 ab Atlante minore ad Ussadium pr. (*C. Ossim*) Phocra mons juxta litus extendi dicitur, hoc quoque ineptum est. Intelligendi sunt montes sat alti qui ab hod. *C. Ossim* austrum versus usque ad *C. Ghir* haud longe ab ora conspiciuntur. Præteriens moneo nonnullos Atlantem ex extrema Mauritania transtulisse ad ultimam Libyæ regionem quæ Hannonis navigatione in notitiam venerat. Plinius 5, 10: *in medio* (inter Theon ochema et Hesperium prom.) *Atlantem locavit* (*Agrippa*) *ceteris omnibus in extremis Mauretaniæ proditum.* ‖ — 2. Κούσα] Κοῦσα L ed. pr. ‖ — ϛʹ γοʹʹ] ϛʹ γʹʹ ed. pr. ‖ — λβʹ Ŀʹʹ δʹʹ] λδʹ Ŀʹʹ δʹʹ Ψ, λεʹ Ŀʹʹ δʹʹ Φ, em. man. sec.; λβʹ δʹʹ ed. pr. — « On ne rencontre entre l'Oued el Kantara et l'Oum er-Rbia, équivalent certain de l'Asanas, qu'une seule riviere qui puisse représenter le fleuve Cousa; cette rivière, omise par nos cartes, est l'Oued Merzek qui se jette dans l'Océan, à trois heures de Dar el Beida et six heures et demie de Fdala. » TISSOT, p. 100. ‖ — 3. Ῥουσιβίς] Ῥούσιβις ed. pr., *Rusibus* ed. Rom. ‖ — ϛʹ γοʹʹ] ϛʹ γʹʹ ed. pr. ‖ — λβʹ ϛʹʹ] sic ed. pr., λβʹ Ŀʹʹ cett. *Rutubis* portus vocatur apud Plinium 5, 9, ubi sec. Agrippam a Lixo 224 (223, 213 v. l.) m. abesse proditur. Hodie *la rade de Mazaghan* sive *el Djedida*, quæ ab ortu apice petroso (*Cap de Mazaghan*) tecta securam navibus stationem præbet. Haud longe ab eo boream versus exit *Oum er-Rbia*, Asanas Ptolemæi, qui perperam eum a Rusibi austrum versus ponit. Fortassis igitur nomina Rusibis et Asana permutanda sunt. ‖ — 4. Ἀσάνα] sic X, Ἀσάμα cett. *Assame* ed. Vic., *Asa* edd. Rom. Ulm. ‖ — ζʹ] 6 1/4 edd. Vic. Rom. Ulm., λδʹ ΦΨ, 30 1/4 Arg. Flumen *Asana marino haustu, sed portu spectabile*, 150 m. p. a Salat, secundum indigenas ap. Plinium 5, 13 *Anatis*, 205 m. a Lixo, 496 m. ab Atlante sec. Polybium ibid. 5, 9; Ἀνίδης ap. Scylacem (v. not. pag. 573). « L'*Oum er-Rbia*, *la mère des paturages*, est, après le Sbou, le cours d'eau le plus considérable du Maroc. Son large estuaire, ensablé aujourd'hui à la barre, mais encore profond de douze brasses sous les murs d'Azemmour, justifie la description de Pline: *marino haustu, sed portu spectabile.* » TISSOT, p. 101. Aniden fluvium in magnum lacum exire Scylax dicit. Lacum hunc dici vastum fluvii æstuarium arenis cinctum credo. Ceterum de mutationibus quas in hoc tractu ora subierit, cf. not. ad p. 578, 1. Cum *Anatis* nomine componendi Ἀνατίκολοι, qui sicuti conterınini eorum Σολουέντιοι (ad Soloentem pr.) et Σορυκαῖοι (in *Safi* regione, a Soloenti austrum versus) in hac Mauretaniæ regione collocandi erant, a Ptolemæo (c. 6, 5) autem in Libya interiore collocantur præpostere. ‖ — 5. Διούρ] Δίουρ DMOPRSVΔΞΩΩ ed. pr., Δίου FN, Διούρου Λ, Διθυ X. Versum om. ed. Vic. ‖ — λαʹ γʹʹ] sic ed. pr., λαʹ γοʹʹ cett. — « On ne rencontre aucun cours d'eau proprement dit dans toute la partie de la côte qui s'étend de l'Oum er-Rbia au Tensift. — Du Cap Blanc jusqu'à Asfi je n'ai pas trouvé, je ne dirai pas une rivière, mais même un seul ruisseau alors que la carte de l'état major dessine, dans ce même parcours, une demi-douzaine de cours d'eau qu'elle ne nomme pas, il est vrai, et qu'elle aurait été fort embarrassée de nommer. Il existe toutefois, entre la dernière ondulation du grand plateau de Doukkala et l'ourlet rocheux qui borde le littoral, une dépression dont la partie basse est occupée par une série de lagunes ou de marais. Deux de ces lagunes communiquent avec l'Océan. Celle du sud est appelée Daia de Oualidiya, l'autre, beaucoup plus considérable, a reçu le nom de Daia Sidi ben Brahim ben Hellal. » TISSOT, p. 104, qui, sicut Vivien de Saint-Martin, p. 363, Ptolemæum *Diur* nomine designasse censet lagunam australem, quæ inde a sæculo XVII *Oualidiya* vocatur, antea vero, ut apud Edrisium, *Aiyir* appellabatur. Ab Asana gradu integro, a Soloente pr. tertia gradus parte distat. ‖ — 6. ϛʹ Ŀʹʹ δʹʹ] ζʹ Ŀʹʹ δʹʹ ed. pr. Ἡλίου nomen fluxit e fonte latino, in quo Σολόεις abierat in *Solis*. Agrippa quoque ap. Plinium 5, 9 *promontorium Solis* dixit. Ex alio fonte

Μυσοκάρας λιμήν	ζ'	γ''	λ'	∠''γ''	Mysocaras portus	7° 20'		30° 50'
Φούθ ποταμοῦ ἐκβολαί	ζ'	∠''	λ'	∠''	Phuth fluvii ostia	7° 30'		30° 30'

verum nomen in loco alieno Ptolemæus habet c. 6, 2, ubi Σολοεντία ἄκρα. Hodie *Capi Cantin*, « éminence arrondie dont le sommet isolé domine de 63 mètres le niveau de l'Océan. Le cap proprement dit est une pointe rocheuse dont la hauteur ne dépasse pas une vingtaine de mètres, mais qui forme le point d'attache d'une longue ligne de falaises, courant du nord-ouest au sud-est, dans une direction perpendiculaire à celle que la côte a suivie jusque-là. » Tissot, p. 105. — Hanno § 3 : Κἄπειτα (a Thymiaterio) πρὸς ἑσπέραν ἀναχθέντες ἐπὶ Σολόεντα, Λιβυκὸν ἀκρωτήριον λάσιον δένδρεσι, συνήλθομεν, ἔνθα Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρυσάμενοι πάλιν ἐπέβημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Herodot. 2, 32 : μέχρι Σολόεντος ἄκρης, ἣ τελευτᾷ τὰ τῆς Λιβύης. Scylax § 112 : ἀπὸ Θυμιατηρίας [πλοῦς] ἐπὶ Σολόεντα ἄκραν, ἣ ἀνέχει μάλιστα εἰς τὸν πόντον ... Ἐπὶ δὲ τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς ἄκρας ἐστὶ βωμὸς μεγ. ποινῆς (sic cod.) Ποσειδῶνος ... Δαίδαλον δέ φασι ποιῆσαι ... Ἀπὸ δὲ Ἑρμαίας ἄκρας εἰς Σολόεντα ἄκραν πλοῦς ἡμερῶν τριῶν. Crinagoras in Anthol. 9, p. 419 : ἐς πύματον Σολόεντα. Hesychius : Σολουντὶς ἄκρα τῆς Λιβύης. Quæ de situ promontorii antiquiores scriptores satis recte tradiderunt, pravis serioris ævi de Libyæ figura opinionibus obscurata sunt. Arboribus promontorium nunc caret. A Mauris vocari *Ras el Hadik*, i. e. *Cap des bois de palmiers*, dicit Vivien de Saint-Martin. At nomen hoc apud indigenas nunc non notum esse asserit Tissot, p. 109 : « Le cap est appelé par eux *Ras Kantin*, et ce mot paraît avoir le même sens, dans le dialecte marocain, que le mot punique *Solocis* (de quo v. not. ad Hannonem); on le trouve appliqué, au singulier, à l'une des falaises les plus remarquables du Rif, le Ras Kunt ez-Zit. » Quod aram promontorii silvosi attinet, apud Scylacem corrupta illa βωμὸς μεγ. ποινῆς Ποσειδῶνος ita correxerim ut scribendum sit βωμὸς Δεσποίνης [τῆς aut καὶ] Ποσειδῶνος. Nimirum auctor ut alia complura Græciæ nomina, sic hoc quoque in hanc Libyæ regionem transtulisse videtur. Desperna illa, Neptuni filia, in Arcadia lucum sacrum θριγκῷ λίθων περιεχόμενον habebat, in quo fanum ejus et ara et prope lucum ara Neptuni ἱππίου (Pausanias 8, 37, 10). [Ἵππιος Neptunus etiam Carthaginiensium erat, quibus equum insigne fuisse constat.] Ceterum etiamnum in Soloente pr. exstat circularis murus lapidibus structus, cui nomen *Medjma a es-Salihin*, i. e. « la réunion des purs, des sanctifiés, un des sanctuaires les plus vénérés d'une région qui, aujourd'hui comme au temps de Scylax, est une des plus saintes de l'Afrique. » Tissot, p. 111. || — 1. Μυσοκάρας] Μυσοκόρας Arg. || — ζ γ''] 7 1/2 ed. Rom., in qua Mysocaras post Phuth fl. ponitur. || — λ' ∠'' γ''] λ' ΦΨ Arg., λ' ς'' ed. pr. Hanno a Soloente pr. post semidiei navigationem ad stagnum venit juxta mare extensum, cui prælernavigando postquam dies insumta erat, in sequente ora colonis frequentavit Καρικὸν τεῖχος, Gytten, Acram, Melittam, Arambyn. Paludosa hæc fuisse debent in hod. *Safi* s. *Asfi* regione, cui vindicandi sunt Σοφουκαῖοι (*Sofi Gætuli* ap. Rav. p. 164), quos alieno in loco collocavit Ptolemæus c. 6, 2. Eam regionem etiamnunc pluviali tempore paludosam esse viatorum testimoniis seductus dixi in annot. ad Hannonem. Quibus contradixit explorator hujus tractus Tissotus, p. 113. « Il est impossible, ait, de retrouver aujourd'hui, au sud du Cap Cantin, à quelque distance que ce soit, les lagunes que l'expédition carthaginoise longea pendant près d'une journée ... Mais ne peut-on pas admettre que des changements considérables se soient opérés dans un si long intervalle? Une telle conjecture n'a rien de téméraire. Des modifications très appréciables s'effectuent en ce moment même sur toute cette côte. Le rivage s'abaisse sensiblement. On pouvait encore, il y a vingt ans, longer les remparts qui défendent Asfi du côté de l'ouest; la mer les baigne complètement aujourd'hui. Des habitants de Mogador m'ont dit avoir vu, il y a moins d'un demi-siècle, les troupeaux passer facilement, à marée basse, du continent dans l'île, là même où la passe présente une profondeur de 4 à 5 mètres. Toute cette partie de la côte subit donc un mouvement d'affaissement rapide. On peut supposer dès lors qu'au sixième siècle avant l'ère chrétienne le littoral d'Asfi au cap Sim présentait entre l'Océan et les hauteurs qui forment la côte actuelle, une longue suite de marais alimentés par le Tensift, l'oued el-Mzouïd et l'oued el Ksab. » — Inter Soloentem pr. et Phuth fl. navium stationes esse poterant ad hod. *Safi* s. *Asfi* et ad hod. *Gouz* s. *Agouz* quod est prope *Tensift* fluvium. Vivien de S.-Martin et Tissot Mysocaram ad h. *Safi* retulerunt, quum Phuth fluvius in Ptolemæi tabula a Mysocara longius absit. Ego portum illum ad hod. *Agouz* refero; nam hucusque pertinet distantia quæ est a Soloente pr. Porro probabile est Mysocaram esse portum Carum ad Καρικὸν τεῖχος Hannonis, quod ad *Safi* esse non poterat. || — 2. Φούθ] Θούθ ed. pr., Φθούθ et Φθοῦθ cett., quod ortum est ex conflatis scripturis Φούθ et Θούθ. Vss. 2 et p. 579, 1 om. ΣΦΨ; p. 579, 1 om. Arg. || — ζ' ∠''] ζ' ς'' ed. pr., 7 1/3 ed. Rom. || — λ' ∠''] λ' ς'' ed. pr., 30 1/2 1/4 ed. Rom., quo gradu Phuth (hod. *Tensift*) Mysocaræ proximus poneretur recte, sed

Ἡρακλέους ἄκρον	ζʹ	∠''	λʹ		Herculis promontorium	7°	30′	30°	
Ταμουσίγα	ηʹ		κθʹ	∠''γʹιβ''	Tamusiga	8°		29°	55′
Οὐσσάδιον ἄκρον	ζʹ	∠''	κθʹ	δ''	Ussadium promontorium	7°	30′	29°	15′
Σούριγα	ηʹ		κθʹ		Suriga	8°		29°	
Οὔνα ποταμοῦ ἐκβολαί	ηʹ		κηʹ	∠''	Unæ fluvii ostia	8°		28°	30′
Ἄγνα ποταμοῦ ἐκβολαί	ηʹ	∠''	κζʹ	∠''γʹ	Agnæ fluvii ostia	8°	30′	27°	50′
Σάλα ποταμοῦ ἐκβολαί	ηʹ	γο''	κζʹ	γ''	Salæ fluvii ostia	8°	40′	27°	20′
Ἄτλας Μείζων ὄρος	ηʹ		κϛ''	∠''	Atlas Maior mons	8°		26°	30′

falsa foret inter Phuth et Herculis pr. distantia. Cf. Josephus A. J. 1, 6, 2 : Ἔκτισε δὲ καὶ Φούτης (Φοὺδ in Genesi 10, 6) τὴν Λιβύην, Φούτους ἀφ' ἑαυτοῦ καλέσας τοὺς ἐπιχωρίους. Ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Μαύρων χώρᾳ τοῦτο ἔχων τὸ ὄνομα· ὅθεν καὶ τοὺς πλείστους τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων ἔστι ἰδεῖν μεμνημένους τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς παρακειμένης αὐτῷ χώρας Φούτης λεγομένης. Plinius 5, 13 : *Mox* (sc. post Asanam indigenæ tradunt esse) *amnem quem vocant Fut* (Phut v. l.), *ab eo Addirim* (sic optimi codd. et Solinus p. 124, 11 ed. Mommsen) — *hoc enim Atlanti nomen esse eorum lingua convenit — CC [CCC?] m. p., interveniente flumine cui nomen est Ivor* (sic cod. Leid., *Vior* v. lect. Intelligendus videtur fluvius ad *Ras Ighir* s. *Ghir* exiens, qui nunc vocatur *Oued Beni Tamir*). Pro CC legendum esse puto *CCC m. p.*, quæ revera pertinent usque ad *Cap Noun* et in Ptolemæi tabula usque ad Atlantem majorem, quamvis is sec. seriem locorum non sit *C. Noun*, sed *C. Ghir*, quod a *Tensift* fluvio nonnisi 112 m. pass. distat. ‖ — 1. ζʹ ∠''] ζʹ ϛ'' ed. pr. Herculis promontorium nunc *Ras el Hadid*. Distantia a Phuth fl. bene habet. ‖ — 2. Ταμουσίγα] sic X, Ταμούσιγα cett., nisi quod Ταμούσια Φ Arg., *Tamusia* edd. Vic. Ulm. ‖ — κθʹ ∠'' γ'' ιβ''] λθʹ ∠'' γ'' ιβ'' ed. pr. Secundum positionem Tamusiga est hod. *Mogador* sive *Souira*, sequens vero oppidum *Suriga* ad *Oued Tidsi* fuit. Fortasse hæc oppidorum nomina permutanda sunt, adeo ut Suriga sit hod. *Souira*. ‖ — 3. Οὐσσάδιον] Ὑσσάδιον X, Οὐσάδιον FLMNOPRVWΔΞ, ed. Rom.; *Vassadium* ed. Ulm. ‖ — ζʹ ∠''] ζʹ ϛ'' ed. pr. Hodie *Ras Ossim* sive *Sim* sive *Tagrioualt*. « C'est ici que les premières ramifications méridionales de l'Atlas commencent à dominer la côte. V. Arlett, *Journal of the royal geogr. soc.*, vol. 6, p. 289. » VIVIEN DE S.-MARTIN l. l. Montes illos Phocra nomine ab Ussadio non austrum versus sed boream versus usque ad fictitium illum Atlantem minorem pertinere Ptolemæus statuit. ‖ — 4. Σούριγα] « Souriga nous paraît répondre à Koubia sur l'Oued Tidsi, à 7 milles au sud du cap Sim. La vallée de l'oued Tidsi forme une sorte d'Oasis sur cette côte aride. » TISSOT, p. 117. Cf. not. vs. 2. — 5. Οὔνα] Haud longe ab hoc fluvio in mediterraneis nominatur Οὐάλα oppidum (§ 7). Quare pro Οὔνα dicendum fuisse Οὐάλα Grashofius conjecit probabiliter. ‖ — ηʹ] ηʹ γο'' Φ², 8 2/3 edd. Rom. Ulm.; 6 ed. Vic. ‖ — κηʹ ∠''] κʹ ∠'' F, κηʹ ∠'' δ'' ed. pr. ‖ — 6. ηʹ ∠''] ηʹ ϛ'' ed. pr. ‖ — κζʹ ∠'' γ''] κζʹ ∠'' δ'' L, κζʹ γ'' ed. pr. ‖ — 7. Σάλα] *Sane* ed. Ulm. ‖ — ηʹ γο''] ηʹ γ'' Φ² ed. pr., ed. Ulm. ‖ — 8. μείζων] μεῖζον ΦΨ. ‖ — ηʹ] 8 1/3 edd. Rom. Ulm. — Atlas major Ptolemæo est *Ras Ighir* s. *Ghir* s. *Aferna*, quandoquidem c. 6 in sequente Libyæ Interioris ora Massa et Nuius (h. *Massa* et *Noun*) fluvii nominantur. At ora quæ hucusque a Phuth fluvio est 900 stadiorum, a Ptolemæo in 2500 stadiorum longitudinem, quæ ad alterum Atlantis terminum ad h. *C. Noun* positum pertineret, confuse extenditur. Tres fluvios inter Phuth et Atlantem positos Tissot ita disponendos esse suspicatur ut Una aut Vala sit *Oued Tefetna*, Agna *Oued beni Tamer* ad boreale latus *Ighir* promontorii, Sala denique proximus hinc fluvius *Oued Tamarkt*; hic autem quum a *Ras Ighir* meridiem versus sit, alius vero fluvius non suppetat, Atlantis nomine non *Ras Ighir* promontorium maximum, sed id quod est inter *Tamarakt* fl. et *Agadir* (Rysaddir ap. Plin. 5, 9), indicari opinatur. Vivien de S.-Martin certius aliquid de his fluviis affirmari posse negat. Mihi Salas Atlanti majori proximus, fluvius fictitius est, sicut ad verum Salam fluvium in extrema provincia Romana fictitius collocatur Atlas minor. Ac quemadmodum Maceniles et Bacuates non in Atlantis majoris vicinia, ut Ptolemæus statuit, sed in boreali provinciæ romanæ parte erant, sic etiam Agna fluvius non diversus fuerit a *Gua* fluvio quem inter Lixum et Ampelusium pr. Mela 3, 107 commemorat, Vala autem, si ita scribendum est, idem esse videtur qui est Valon freti Gaditani. ‖ — § 3. Antequam de singulis locis lateris borealis videamus, nonnulla de dimensuratione hujus oræ præmittere liceat. — Secundum nostras tabulas a Cote pr. (11° 45′ long.) ad Alexandriam (47°35′) sunt gradus 35° 50′, qui exæquant Ptolemaicos gradus 43. Ptolemæus vero a Cote (6°) ad Alexandriam (60° 30′) habet gradus 54° 30′ (= 45°25′ veros gr.), qui justam mensuram excedunt gradibus Ptolemaicis 11°30′ (= 9° 35′ nostris). Minor erroris

3. Ἡ δὲ ἀπ' ἄρκτων πλευρὰ ὁρίζεται τῷ τε Πορθμῷ, ἐν ᾧ ἔστι μετὰ τὸ εἰρημένον ἄκρον

Τίγγις Καισάρεια	ς'	L''	λε'	L''γ''ιβ''
Οὐάλωνος ποτ. ἐκβ.	ζ'		λε'	L''γ''
Ἐξίλισσα πόλις	ζ'	L''	λε'	L''γ''ιβ''

3. Septentrionale latus terminatur Freto, in quo post promontorium quod diximus sequuntur

Tingis Cæsarea	6° 30'	35° 55'
Valonis fluvii ostia	7°	35° 50'
Exilissa oppidum	7° 30'	35° 55

---

pars in spatium cadit inter Carthaginem (34° 50' Ptol.) et Alexandriam intercedens, quod apud Ptolemæum est gradum 25° 40' (= 21° 23'), dum revera inter Carthaginem (28° long.) et Alexandriam (47° 35) intercedunt nostri gradus 19° 35' (= 23° 30' Ptol.), adeo ut error non excedat gradum 1° 48' (= 2° 10' Ptol.). Aliter res habet in tractu a Cote Carthaginem pertinente, cujus ratio hæc est :

	Nos.		Ptolemæus.			Error.
				gr. Ptol.	gr. nost.	
Cotes pr. . .	11° 45'		6°			
		0° 39'		1° 50'	1° 32'	+ 0° 53'
Abyla.	12° 24'		7° 50'			
		2° 56'		3° 30'	2° 55'	— 0° 01'
Mulucbath.	15° 20'		11° 20'			
		8° 24'		14° 55'	12° 26'	+ 4° 02'
Ampsaga.	23° 44'		26° 15'			
		4° 16'		8° 35'	7° 09'	+ 2° 53'
Carthago. .	28		34° 50'			
		16° 15'		28° 50'	24° 02'	+ 7° 47'

Igitur secundum lineam directam a Cote Carthaginem in freti Gaditani parallelo (36°), in quo 486 stadia in gradum nostrum (405 st. in gr. Ptolemæi) computanda sunt, nobis sunt stadia 7897, Ptolemæo autem 11680. Oræ longitudo reapse est circiter 9300 stadiorum, in Ptolemæi tabula circiter 15500. Satis accurate igitur Eratosthenes, terræ longitudinem constituens, hunc tractum 8000 minimum stadiorum esse dixit, teste Strabone 1, 4, 5 (Plinius 5, 40 Eratosthenem et Polybium 8800 stadia computasse tradit). Seriores vero scriptores omnes falsissima tradunt. Strabo a Cote Carthaginem 13500 stadia computat ratione perinepta (v. not. p. 583, 2). In Itinerario p. 2 *a Tingi per maritima loca Carthaginem usque* colliguntur sec. plurimos codices 1554 m. p. (12432 stad.), sec. cod. Escor. 1675 m. p. (13400). Jam quod Mauretaniam attinet, easdem mensuras, si minimas discrepantias missas feceris, Ptolemæus et Plinius exhibent. Nam in Ptol. Tingitana longa est 2160 stad., 270 m. p., Cæsariensis M. 6040 stad., 755 m. p.; Plinius vero 5, 9 Tingitanæ longitudinem item dicit 270 m. p. (nam sic pro 170 leg. esse patet), et quoniam utramque Mauritaniam 1038 m. p. esse prodit (5, 22), Cæsariensi tribuisse debet 768. Pro his numeris in Itin. habes 395+741 = 1136 m. p. Similiter in Orbis divisione p. 19 ed. Riese in Geogr. lat. min. utriusque Mauritaniæ longitudo est 1130 m. p. — Latitudo utriusque Mauretaniæ sec. Plinium (5, 21) est 467 m. (3736 st.), sec. Dimens. provinc. (p. 13) 462 m., sec. Division. orbis terr. (p. 19) 470 m. p. Eadem mediæ Mauretaniæ latitudo est ap. Ptolemæum. — 1. ἡ δ'] ἡ δ' L. — ἀπ'] ἀπὸ ed. pr. — 2. τε om. D. || — 4. Τίγγις] Τιγγίς Φ Arg. || — Καισάρεια] ἡ καὶ Καισ. X ed. pr. || — ς' L''] ς' ς'' ed. pr. || — λε' L'' γ'' ιβ''] sic DFLMNOPRSVWΞΩ; λε' L'' γ'' A edd. Vic. Rom. Ulm.; λε' L'' ιβ'' BEZ, λε' γ'' ιβ'' ed. pr., λε' ιβ' ΨΦ' ed. Arg., λς' Φ². In nummis nomen urbis *Tenga*, *Tinga*, *Titga*, (v. Tissot p. 44); ap. Melam 1, 26 *Tinge*, ap. Plinium 5, 2, Itin. p. 2. 4. 9. 23. 495. 510, Ravenn. p. 162, 12. 345, 11. 516, 24 *Tingi colonia*, ap. Strabonem 17, 3, 6 codices : Τίγα (l. Τίγγα?); ap. eundem 3, 1, 8 Τίγγις, ut ap. Marcianum in Steph. Byz. s. v. et Dionem 48, 45, in quo 60, 9 corrupte, ut vid., legitur Τέγγις; ap. Plutarch. Sertor. 9 Τίγεννις, ap. Procop. B. Vand. 2, 10 et 2, 13 Τίγισις. Ex Hecatæo ap. Steph. Byz. legitur Θρίγκη πόλις περὶ τὰς Στήλας et Θίγγη πόλις Λιβύης, sive his duo ejusdem urbis nomina, sive duæ urbes diversæ significantur. *Tingitanum castellum* (hod. *Orléansville* vel in ejus vicinia) Mauritaniæ Cæsariensis habes in Itin. p. 37, 7. Idem est *Tingit* in Rav. p. 160, 30. Præterea hodie *Tindja* locum quendam in hod. Tunisia regione vocari monet Tissot. Cf. not. ad p. 573, 1. — Plinius 5, 2 Tingin, postquam a Claudio Cæsare colonia facta esset, appellatam esse Iuliam Traductam tradit parum accurate. Dicta Tingis est *colonia Iulia*, ut e titulo n. 10983 p. 983 colligitur ; *Iulia Traducta* vero erat Bæticæ oppidum e Iulia Tingi traducta (v. Strabo 3, 1, 8). *Cæsareæ* cognomen ex uno Ptolemæo novimus. Tituli oppidi v. in C. Inscr. 8, 2, p. 854 et 983 ; de ruinis v. Barth. p. 8, Movers p. 535 et præ ceteris Tissot. p. 44 sqq. Hodie *Tanger*. || — 5. Οὐάλωνος] Οὐάλλωνος SΦ ΨΩ, Οὐυάλλωνος ed. Arg., *Vallonis* ed. Ulm. || — λε' L'' γ''] λε' γ'' ed. pr. Valo fluvius sec. Tissotum p. 34 nunc est *Oued el Ksar*, cui adjacet *Ksar es-Srir*, veteris, ut videtur, oppidi locum occupans. Incerta res est, quoniam distantiarum rationes ap. Ptol. laborant. || — 6. Ἐξίλισσα] Ἐξίλλισσα ZΨ, Ἐξιλλις

Ἑπτ' Ἀδελφοὶ ὄρος	ζ'	γο''	λε'	𐅵γ''
καὶ τῷ Ἰβηρικῷ πελάγει κατὰ περιγραφὴν τοιαύτην·				
Ἀβίλη στήλη	ζ'	𐅵γ''	λε'	γο''
Φοίβου ἄκρα	η'		λε'	𐅵
Ἰαγάθ	η'	γ''	λε'	ιβ''

Septem Fratres mons	7°	40'	35°	50'
atque deinde Iberico mari, quæ ora sic describitur :				
Abila columna	7°	50'	35°	40'
Phœbi promontorium	8°		35°	30
Iagath *promontorium*	8°	20'	35°	5'

SΩ. ‖ — ζ' 𐅵] ζ' ς'' ed. pr., 7 1/6 edd. Vic. Rom. Ulm. ‖ — λε' 𐅵 γ'' ιβ''] λε' 𐅵 γ'' AD, λε' γ'' ιβ'' ed. pr., 35 1/2 1/12 ed. Ulm., 35 1/4 (sic) 1/3 1/12 ed. Vic. Exilissa aliunde non nota, nisi fort. est *Lissa* Plinii 5, 2 : *Oppida fuere Lissa et Cotte ultra columnas Herculis, nunc est Tingi.* Cum prima nominis parte cf. oppidum oræ Bæticæ *Ex* (Mela), *Sexi* (Plin.), Σέξ (Ptol. p. 113, 3). « C'est dans l'anse formée par la pointe Blanca [*Album* pr. ap. Plin. 5, 3] et la pointe Leona, et qui, désignée sur nos cartes sous le nom d'Anse Benzus, a reçu des indigènes celui de Mersa Belyounech, que devait être située l'Exilissa de Ptolémée. » TISSOT, p. 33. Mons ab occasu huic sinui proximus *Djebel Mouça* (*Apes hill* Anglis est) apud Strabonem 17, 3, 6 Ἐλέφας ὄρος vocatur. « Vu du sud-ouest il rappelle d'une maniere assez frappante la silhouette d'un monstrueux éléphant. » TISSOT. ‖ — 1. Ἑπτ' Ἀδελφοί] sic Wilbg.; Ἑπτάδελφοι codd., Ἑπταάδελφοι ed. pr. ‖ — ζ' γο''] ζ' 𐅵 BEXZΦΨ Arg. Vic. Ulm., ζ' ς'' ed. pr. ‖ — λε' 𐅵 γ''] λε' ς'' ed. pr. Cf. Mela 1, 29 : *Montes sunt alti qui continenter et quasi de industria in ordinem expositi ob numerum septem, ob similitudinem Fratres nuncupantur.* Plinius 5, 18 : *quos Septem Fratres a simili altitudine appellant ; freto imminent ii juncti Abylæ.* Strabo p. 702, 30 : εἶτα τῶν Ἑπτὰ ἀδελφῶν μνήματα καὶ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος Ἀβίλη πολύδενδρον καὶ μεγαλόδενδρον. Mons nunc *Dj. Belyounech*, septem ramis in oram procurrens inter *Mersa Belyounech* et *Oued Fnidek*. Statio maritima *Ad Septem fratres* (Itin. p. 9) Tissotus agnoscit in hod. *Mersa Dennil*, quæ est juxta *Mersam Belyounech* inter *pointe Blanche* et *pointe Bermeja*. A Tingi 60 m. p., a statione *Ad Abilem* 14 m. abesse dicitur perperam, sed consentiente fere Ptolemæo. Ceterum errores isti ex antiquis fontibus derivandi, non vero librorum nostrorum vitiis imputandi sunt. *Ad Abilem* statio quum fuisse videatur ad borealem peninsulæ partem, ubi nunc est portus *Ceuta* oppidi, a priore statione vix 4 m. p. aberat. — Itinerarium per maritima Tingitanæ ita habet :

Tingi	
Ad Septem fratres	60 m. p.
Ad Abilem	14
Ad aquilam minorem	14
Ad aquilam majorem	14
Ad prom. Barbari	12
Tænia longa	24
Cobula	24
Parietina	24
Promuntorium	25
Ad sex insulas	12
Promuntorio Cannar	30
Promuntorio Rusadder	50
Rusadder colonia	50
[A Tingi Rusadder 318]	
Ad tres insulas	65
Flumen Malva	12
	395

Flumen Malva dirimit Mauretanias duas. Incipit Cæsariensis.

2. καὶ τῷ Ἰβ. πελάγει] ἔστι δὲ καὶ τὸ Ἰβηρικὸν πέλαγος A. ‖ — 4. Ἀβίλη] Ἀλίβη ADLΔΞΞ, Ἀβίλιος Φ Arg., Ἀβίλυος Ψ, Ἄβιλυς 3 " Χ, Ἄβιλυς στήλη Ἀλύβη SΩ, *Abilys* ed. Vic., *A*[illegible] ed. Ulm., Ἀλύβη PRV ed. pr., *Alyba* ed. Rom.; Ἀβύλη de conj. Wilberg. Nunc *Acho* mons in *Ceuta* oppidi peninsula. ‖ — ζ' 𐅵 γ''] ζ' ς'' ed. pr. ‖ — λε' γο''] λε' ιβ' ed. pr. ‖ — 5. λε' 𐅵] λε' ς'' ed. pr. ‖ — 6. Ἰαγάθ] Ἰαγαθόν ΦΨ Arg.; *Iagathum* ed. Ulm.; Ἀγάθου ἄκρον A. Ἄκρον vel ἄκρα vocem supplendam esse perprobabile est ‖ — η' γ''] η' ed. pr. ‖ — λε' ιβ''] λε' DMO. — Φοίβου ἄκραν et Ἰαγὰθ recte haud dubie Tissotus composuit cum navium stationibus *ad Aquilam minorem* et *ad Aquilam maiorem*. (Cf. Ἀετόρυγχον ἄκρον Bospori, *Aetius* (Ἀέτειος) portus (hod. *puerto de las aguilas*) Hispaniæ ap. Avien. or. mar. 449. Vid. supra not. p. 150, 3). *Aquila minor* est parvus oræ apex nunc *pointe Castillejos* sive *Ras el Fnidek* dictus, qui ab Herculis columna nonnisi 4 m. p. (11 m. sec. Pt.), a navali autem *Ad Abilem* statione in boreali peninsulæ recessu ponenda circa 10 m. (14 m. Itin.) distat. *Aquila maior* est maius promontorium hodie *Cap Negro* dictum, quod navium stationem habebat ad latus australe et locum *Ras el Terf* nuncupatum. Recte hucusque in Itinerario computantur 14 m. p. In Ptolemæi tabula a Phœbi promontorio ad Iagath minimum sunt 30 m. p., perperam; quæ vero deinceps sunt ab Iagath ad Tamudam

Θαμούδα ποτ. ἐκϐολαί	η'	∟''	λε'		Thamudæ fluvii ostia	8°	30'	35	
Ὀλέαστρον ἄκρον	η'	∟''γ''	λε'	ς''	Oleastrum promontorium	8°	50'	35°	10'
Ἀκράθ	θ'		λδ'	∟''γ''ιβ''	Acrath	9°		34°	55'
Ταινία λόγγα	θ'	∟''	λε'	∟''δ''	Tænia Longa	9°	30'	35°	45'
Σηστιάρια ἄκρα	ι'		λε'		Sestiaria promontoria	10°		35°	

(*Oued Martil*) 6 m. p. (nobis 8 m.), ad verum prope accedunt. Celerum nescio an in Ἰαγάθ lateat nomen *Ajjah*, i. e. *accipiter*, et Φοίϐου corrupte scriptum sit pro Φαϐὸς vel fortasse Φάϐου, quoniam minorem et palumbi similem accipitrem tum φαϐοτύπον tum simpliciter φάϐα appellatum esse ex Hesychio colligo, qui : φαϐοτύπος, ait, εἶδος ἱέραχος καὶ περιστερᾶς ἀγρίας. Idem : φαϐοκτόνος, ἱερακτόνος. Cf. Aristoteles Hist. An. 8, 3 : ἱέρακες ἄμφω, ὅ τε φαϐοτύπος καὶ ὁ σπιζίας· διαφέρουσι δ' οὗτοι τὸ μέγεθος πολὺ ἀλλήλων. || — 2. Θαμούδα] de conj.: Θαμουλα X, in quo supra λα adscribitur θα; θαλοῦ BE, *Tali* ed. Vic., Θαλοῦδα cett.; Θαλούδα scr. Wilberg. || — η' ∟''] η' ς'' ed. pr. Fluvii nomen in Melæ 1, 29 codicibus *Tamuada*. In Plinio 5, 18 legitur : *Ab his* (Abylis) *ora interni maris, flumen Tamuda* (*Thamuda*, *Amuda*. *Tamunda* var. lect.) *navigabile, quondam et oppidum, flumen Laud et ipsum navigiorum capax, Rhysaddir oppidum et portus, Malvane fluvius navigabilis*. Legendum ibi videatur *navigabile quondam, et oppidum*. Non interiisse oppidum docet Notitia Imp. 2, p. 79 ed. Böcking.: *Subdispositione comitis Tingitanæ præfectus alæ Herculeæ Tamuto*. Porro apud Melam 3, 107 ex corruptis illis *gildavo dubritania* codicis Vaticani, transpositis literis *du*, eliciendum esse suspicor *Gilda*, *Vobri*, *Tam(ud)a*. Fluvius vero, hod. *Oued Martil*, ut nunc sic jam Plinii ævo navibus parum aptus fuerit. « *Tamda*, dans le dialecte des Chleuch de l'Atlas, a le sens d'*étang, marais*. L'oued Martil forme de vastes marécages à son embouchure, et c'est évidemment à cette particularité qu'il a dû son nom primitif de *Tamuda*. — Les marais de l'oued Martil engendrent des fièvres dangereuses pendant l'été. La ville ne pouvait être située que sur le plateau assez élevé de Tetouan près des sources abondantes auxquelles la ville berbère, qui a succédé à la ville libyenne, a emprunté son nom; *Titaouen*, pluriel de *Tit*, a, en langue berbère, le double sens du mot arabe *ain, aioun, œil, source*. » TISSOT, p. 22. || — 2. η' ∟'' γ''] η' ς'' ed. pr. In Itinerario post 12 m. p. a statione *Ad Aquilam maiorem* sequitur statio *Ad promuntorium Barbari* (*Barbiti* cod. Esc.), quæ fuisse debet ad hod. *Oued Lau* (Laud fl. ap. Plin. 5, 18) juxta promontorium quod hodie vocatur *Ras Makked*, ap. Ptolemæum ex fonte latino Oleastrum pr. ab Iagath 25 m. p. distans. Falsam esse distantiam ex eo colligis quod sequens Ἀκράθ fuisse ad *Ras Kaa Asras* nominum similitudo suadet. « Cette pointe appelée par les indigènes Ras Makked, forme une saillie très remarquable et constitue en outre, sur cette côte, le point de démarcation entre le pays maure qui s'étend à l'ouest, et la région purement berbère. Nous ne doutons pas que la dénomination antique du promontorium Barbari n'ait fait allusion à cette limite traditionelle de deux races qui ne se sont jamais confondues. » TISSOT, p. 22. In Itinerarii codice antiquissimo Escor. nomen *Barbari* non jungitur verbis *Ad promontorium*, sed inter duos versus majoribus literis scriptum est tanquam titulus, adeo ut hoc promuntorium, sicuti mox aliud, in Itin. nomine careat. || — 3. Ἀκράθ] Ἄκραθον ΦΨ, Ἄκρατον ed. Arg., *Arrach* ed. Vic. Hodie *Ras Kaa Asras*. || — λδ' ∟'' γ'' ιβ''] ιβ'' om. D; λδ' ς'' ed. pr. || — 4. Ταινία Λόγγα] e Wilbergii conj., Τανιολόγγα X, Ταινιόλογγα cett., nisi quod Ταιονιόλογγα ΨΦ, Arg.; *Teonilonga* ed. Ulm. || — θ' ∟''] θ' ς'' ed. pr. || — λδ' ∟'' δ''] sic X, λδ' BEZΦΨ edd. Vic. Arg., λε' ed. pr., λδ ∟'' cett. Hodie *Mersa Tighissa* (*Tikiças* ap. Edrisium, *Tagasa* vulgo in tabulis) seu *l'anse des peupliers*. — « On peut y mouiller sur un fond de sable et à petite distance du rivage. La plage qui borde, sur nos cartes, l'anse de Tighissa a pu former un isthme avant que les alluvions du petit fleuve qui y débouche ne l'eussent rattachée à la vallée : c'est ce que semble indiquer le nom caractéristique de Tænia longa. » TISSOT p. 19. || — 5. Σηστιάρια] Σεστιαρία BEFGS2, fort. rectius. Promontorium a Rusaddir urbe (h. *Mlila*) 15 m. p. boream versus positum in Itinerario vocatur *Rusaddir* (*Rusaddi* codd.), hodie *Ras ed-Deir* s. *Ras Hourak* s. *Cap des trois Fourches*, in Tingitanæ ora omnium maxime conspicuum. Idem deinceps denuo ponitur Metagonitidis nomine, quemadmodum Molochath fluvius denuo Malvæ nomine recurrit. Tractus inter Tæniam longam et Sestiarium pr. interjectum, quod in nostris tabulis est c. 125 m. p., in Itinerario vero 165 m. p., a Ptolemæo in breve 25 m. p. spatium contrahitur temere. Similiter Plinius l. l., quem in oræ mensura cum Ptolemæo consentire supra monui, post Tamudam et Laud fluvios statim Russadir oppidum nominavit, omissis intermediis, quæ in Itinerario sunt Cubula (*anse des Pêcheurs*), Parietina (*anse d'Alcala*), Promuntorium (*pointe Bosicou*), Ad sex insulas (*Albucemas*), promuntorium Cannar (*pointe d'Abdoum*). — Nomen Σηστιάρια, ut Moversius 2, p. 643 et

Ῥουσάδειρον	ι'	λδ' ∠''δ'	Rusadirum	10°	34° 45,
Μεταγωνῖτις ἄκρα	ι' ∠''	λδ' ∠''γ''ιβ''	Metagonitis prom.	10° 30'	34° 55'

Tissotus p. 16 censent, punice erat *Sesseth arâim*, i. e. *sex aræ*. « Les trois principales saillies, Tissotus ait, du cap des trois fourches présentent six pointes bien distinctes. Il est permis de supposer que ces six pointes, à l'époque phénicienne, étaient marquées par autant d'autels. » Dubia mihi res est conferenti quæ de Hispaniæ promontorio leguntur ap. Plinium 4, 41 : *in peninsula tres aræ Sestianæ Augusto dicatæ*. Cf. Mela 3, 1 : *tres aræ quas Sestianas vocant... Augusti nomine sacræ*. Ptolemæus p. 145, 1 : Σηστίου βωμοί, ἄκρον. ‖ — 1. Ῥουσάδειρον] sic X, Ῥυσάδειρον FNΦΨ. Arg., *Rysadirum* ed. Ulm., Ῥυσσάδιρον ed. pr., Ῥυσσάδειρον cett. ‖ — ι'] sic X ed. pr., ι' ϛ'' cett. ‖ — λδ' ∠'' δ''] λδ' ∠'' γ'' Arg. Plinius 5, 18 : *Rhysaddir* (*Rusadir* v. l.) *oppidum et portus*. Mela 1, 33 : *Rusigada*. Itiner. p. 11, 4 : *Rusadder* (*Russadder*, *Rusader* v. l.) *colonia* (sic unus codex, *col.* cod. Escor., *conalia* cett.). De nomine urbis a promontorio alto [*adir* = altum, excelsum] sic dictæ v. Movers l. l. p. 516. Eandem urbem (h. *Mlila*) indicari in Scylacis periplo § 111, in quo post Sigam occasum versus memoratur πόλις μεγάλη καὶ λιμήν (Ἄκρος ἡ πόλις καὶ ὁ κόλπος ἐν αὐτῇ) conjeci in Geogr. Min., assentiente Tissoto p. 14, ubi hæc : « Comme la Mlila berbère Rusaddir était située sur une presqu'île rocheuse assez basse dominée à l'ouest par les hauteurs qui portaient l'acropole et qu'ont successivement couronnées depuis la citadelle d'Abd-er-Rhaman en Nacer et le fort espagnol de Rósario. Le débarcadère, taillé dans le rocher même sur lequel la ville est assise, est peut-être une œuvre phénicienne, un *cothon*. Une anse, située dans le sud-ouest du fort, sert d'abri contre les vents d'est. Le mouillage est dans l'est de la place. » Quodsi recte habent quæ Stephanus Byz. tradit : Μεταγώνιον, πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· θηλυκῶς δὲ ταύτην φασί, ea de nostra urbe intelligenda esse puto. — De Rusaddir *colonia* non magis constat quam de Sala *colonia*, quam ex codicum scriptura *Sala cona* seu *conia* plurimi eliciendam esse censent (v. p. 576, 2). Ac mirum sane foret vocem notissimam hoc quoque loco in plurimis codicibus esse corruptam. Itaque ut p. 576, 2 *cona* vel *conia* verbo aliud Salæ nomen indicari conjeci, sic nunc eodem sensu ad *Rusadir* adscriptum fuerit *Con alias*, in quo *Con* pro *Gon* scribitur, ut pro *Rusgonium* etiam *Rusconium* exaratur. Scilicet *gon* i. q. *adir*. Idem vocatur Μεταγώνιον ἄκρον, quod rectius Γώνιον ἄκρον dicendum erat (v. not. ad vs. sq.). Ceterum τὸ Γώνιον ὄρος τὸ ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων, cujus Pseudaristoteles Mir. 133 meminit, non nostrum hoc promontorium est, ut Gronovius in notis ad Melam conjecit, sed in Sicula Carthaginiensium ditione alicubi fuerit. ‖ — 2. Μεταγωνῖτις ἄκρα] Μεταγωνίτις ἄκρα X, Μεταγωνίτις ἄκρον ed. pr., Μεταγωνίτης ἄκρον cett. — ι' ∠''] ι' ϛ'' X ed. pr., ι' BEZ, ι' δ'' ΦΨ Arg. Vic. Rom. Ulm. ‖ — λδ' ∠'' γ'' ιβ''] λδ' ∠'' δ' BEZXΦΨ, Vic. Rom. Ulm. Arg., λ' δ'' ed. pr. Promontorium quum inter Molochath fl. et Rusadirum ponatur medium, Tissoto est parvus oræ apex, qui 4 m. p. a fluvii ostio occasum versus e regione *Zafarines* insularum (quæ sunt *Tres insulæ* Itinerarii) exstans nunc vocatur *Cap de l'Agua* vel *Ras Sidi Becher*. Ego Metagonium pr., ἄκραν μεγάλην (Strabon. 17, 3, 4), a magno Sestiario sive Rusaddir promontorio eodem errore quo Molochath a Malva diversus esse sumitur, distingui censeo. Sestiaria acra a Molochath fl. apud Ptolemæum tantundem fere distant, quantum Metagonitis acra abest a Malva fluvio. Hoc errore ora inter Rusaddir oppidum et Malvam fluvium interjecta, quæ est fere 45 m. p., in 73 m. p. perperam extenditur, consentiente fere Itinerario, in quo a Rusaddir ad Malvam 77 m. p. computantur. — Metagonii nomine Græci designarunt longum oræ tractum qui μετὰ τὸ Γώνιον promontorium erat indeque ad fretum usque Herculeum pertinebat. Incolæ eius generali Μεταγωνιτῶν nomine conprehendebantur. Certum quendam populum proprio nomine sic dictum esse recte negavit Artemidorus. Quamquam Ptolemæus Metagonitis juxta fretum Herculeum sedes satis angustas assignavit, immemor loci in quo promontorium cognomine collocavit. A regione nomen Metagonii translatum est ad ipsum illud promontorium quod rectius Γώνιον dicendum erat. Alii, ut Ptolemæus, id ad Mauritaniæ Tingitanæ et Cæsariensis confinia, alii, ut Timosthenes et Mela et Plinius, ad confinia Mauretaniæ Cæsariensis et Africæ provinciæ eo in loco posuerunt, ubi Ptolemæus et Strabo Tretum prom. (*Sèba Rous*) commemorant. Diversa hæc male conflavit Strabo, qui a Colibus ad Metagonium Molochat fluvio vicinum 5000, inde ad Tretum prom. 6000, inde ad Carthaginem 2500 stadia esse dixit, quum dicendum fuisset a Colibus ad Metagonium seu Tretum pr. alios 5000, alios 6000 stadia, hinc vero ad Carthaginem 2500 stadia computare, adeo ut colligantur 7500 aut 8500 stadia (8000 aut 8800 sec. Eratosthenem). Testimonia : Strabo 17, 3, 6 : Καλεῖται δὲ καὶ ἄκρα μεγάλη πλησίον τοῦ ποταμοῦ (sc. τοῦ Μολοχάθ ποτ., ὃς ὁρίζει τὴν Μαυρουσίων καὶ τὴν Μασαισυλίων γῆν) Μεταγώνιον καὶ τόπος ἄνυδρος καὶ λυπρός· σχεδὸν δέ τι καὶ τὸ ὄρος τὸ ἀπὸ τῶν Κώτεων μέχρι δεῦρο παρατείνει· μῆκος δὲ

Μολοχὰθ ποτ. ἐκβολαί ι' ∟''δ'' λδ' ∟''δ''
Μαλούα ποτ. ἐκβολαί ια' ϛ'' λδ' ∟''γ''

4. Ἡ δὲ ἀνατολικὴ πλευρὰ ὁρίζεται Μαυριτανίᾳ τῇ Καισαρηνσίᾳ κατὰ μεσημβρινὸν τὸν ἀπὸ τῶν τοῦ Μαλούα ποταμοῦ ἐκβολῶν μέχρι πέρατος, οὗ ἡ θέσις ἐπέχει μοίρας ια' γο'' κϛ'

Molochath fluvii ostia 10° 45' 34° 45'
Malvæ fluvii ostia 11° 10' 34° 50'

4. Orientale vero latus finitur Mauritania Cæsariensi ad meridianum qui ducitur a Malvæ fluvii ostiis usque ad terminum, cujus positio est 11° 40' 26°

τὸ ἀπὸ τῶν Κώτεων ἐπὶ τοὺς ὅρους τοὺς τῶν Μασαισυλίων στάδιοι πεντακισχίλιοι. Ἔστι δὲ τὸ Μεταγώνιον κατὰ νέαν που Καρχηδόνα (deb. κατὰ Ἄβδηρα) ἐν τῇ περαίᾳ· Τιμοσθένης δ' οὐκ εὖ κατὰ Μασσαλίαν φησίν· ἔστι δ' ἐκ Καρχηδόνος νέας δίαρμα στάδιοι τρισχίλιοι (sunt 1600 stadia; c. 1700 ap. Ptol.) Idem 17, 3, 9 : ἀπὸ τοῦ Μεταγωνίου μέχρι τοῦ Τρητοῦ ἑξακισχίλιοι (στάδιοι)· οἱ δὲ ἐλάττους φασίν. Idem 3, 5, 5 : τὴν Ἀβίλυκα... φησὶν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Μεταγωνίῳ, Νομαδικῷ ἔθνει, ἱδρῦσθαι... Ἀρτεμίδωρος δὲ... οὐδ' Ἀβίλυκα ὄρος οὐδὲ Μεταγώνιον ἔθνος (εἶναί φησιν). Mela 1, 33 : *Regio quæ sequitur* (sc. ab Ampsaga fl. ortum versus) *a promontorio Metagonio* (Τρητῷ ἄκρῳ Strabonis et Ptolemæi) *ad Aras Philænorum proprie nomen Africæ usurpat.* Ibidem Metagonium pr., utpote e regione Massiliæ positum, esse censuit Timosthenes. Confuse Plinius 5, 22 : *Ab Ampsaga* (ortum versus) *Numidia est Masinissæ nomine clara, Metagonitis terra a Græcis appellata.* Plinii auctori, sicuti Melæ, Metagonium pr. erat hod. *Sebu Rous*, et *eo usque*, non vero *inde ab eo* ortum versus Metagonitis terra pertinebat. — Secundum Polybium 3, 33, 9 Hannibal ex Thersitis, Mastianis, Oritis, Olcadibus Hispaniæ 1200 equites et 13850 pedites in Libyam transduxit, eorumque τοὺς μὲν πλείους εἰς τὰ Μεταγώνια τῆς Λιβύης, τινὰς δ' εἰς αὐτὴν τὴν Καρχηδόνα κατέταξε· ἀπὸ δὲ τῶν πόλεων τῶν Μεταγωνιτῶν καλουμένων ἀπέστειλεν ἄλλους εἰς Καρχηδόνα πεζοὺς τετρακισχιλίους, ὁμηρείας ἔχοντας καὶ βοηθείας ἅμα τάξιν. || — 1. Μολοχάθ] Μολόχαθ Z, Μολοχθος ΦΨ, Μολοχθὸς, *Molochthi*, ed. Arg., *Molochathi* ed. Rom., *Malochthi* ed. Ulm. || — ια' λδ' ed. pr. || — 2. Μαλούα] Μαλοῦα Δ ed. pr. || — ια' ϛ''] ι' BEZ, 11 1/3 ed. Ulm. || — λδ' ∟''γ''] λδ' ϛ'' ed. pr. Duo ejusdem fluvii nomina in duos fluvios abierunt frequenti apud Ptolemæum erroris genere. Μολοχάθ fluvius dicitur ap. Strabonem l. l., *Mulucha* ap. Melam 1, 25 et Sallustium Iug. 92, 5 : *flumen Mulucha quod Iugurthæ Bocchique regnum distinguebat.* Idem : *Numidia usque ad flumen Mulucham sub Iugurtha erat.* Apud Plinium 5, 18 *Malvane fluvius navigabilis* et deinde *amnis Mulucha* nominantur. In Itin. p. 11, 6 : *Malva fluvius dirimit Mauritanias duas.* Item *Malva* ap. Iulium Honorium p. 53, Orosium 1, 2 p. 23 ed. Zangemeister, Isidorum Or. 14, 5, 10, Geogr. Rav. p. 158, 9. 162, 11 : *Malba non longe a portu Sigense.* Hodie *Molouia.* Fluvio appositum fuerit Μολοχάθ oppidum, cujus § 7 inter mediterranea mentio fit. Aliud ejusdem nominis oppidum quod in codicibus Μαλαχάθ, Μαλουχάθ, Μαλακάθ scribitur, in Libya interiore, c. 6, 8, commemoratur. Nomen fluvii significare *flumen salsum, meluchat* (a voce *melach* seu *malach*, i. e. *sal*) censet Movers l. l. p. 629, addubitante Tissoto, p. 9, quoniam hodierni *Molouia* fluvii aqua minime salsa sit. « Tout au contraire, ait, d'après les renseignements qui nous ont été fournis par un pêcheur du Rif, le courant de la Molouia est si rapide que l'eau conserve sa douceur jusque fort avant dans la mer. » Num igitur a salsamentis quæ ad eum conficiebantur nomen habet, sicuti Malaca Hispaniæ propter ταριχείας suas (Strabo 3, 4, 1) sic dicta est? Utut est, hujus *Molochath* nomen facile confundi poterat cum nomine fluvii qui absque dubio a *melach* voce dictus etiam nunc *Malach* sive hispanice *rio Salado*, in Itinerario autem *Salsum flumen* nuncupatur, a portu Sigense 24 m. p. ortum versus distans. Hunc *Muluchæ* nomine indicari et cum altero Mulucha qui revera regna olim et provincias disterminabat confundi censeo apud Melam 1, 29, ubi in ora Mauritaniæ nominantur : *Tamuada fluvius et Rusigada et Siga parvæ urbes et portus cui Magno est cognomen ob spatium ; Mulucha ille quem diximus* (§ 25) *amnis est nunc gentium olim regnorum quoque terminus, Bocchi Iugurthæque.* Falsa hæc cum veris miscuit Plinius 5, 19 : *Malvane fluvius navigabilis ; Siga oppidum, ... Syphacis regia, alterius jam Mauritaniæ ... Ab ea portus Magnus a spatio appellatus ;... amnis Mulucha, Bocchi Massylorumque finis.* Portus Magnus, qui a *Malach* fluvio 80 m. p. ortum versus erat, perperam ante Mulucham nominatur. Simili modo erravit Ptolemæus qui portum Magnum 25 m. a Siga ortum versus ponit, adeo ut ad hod. *Malach* fluvium, cujus Ptolemæus non meminit, collocandus foret. || — 3. ἡ δὲ] δὲ om. L. || — ὁρίζεται] διορίζεται ed. pr. — Μαυρητανίᾳ LD. || — 4. κατὰ μεσ.] κατὰ τὸν μεσ. W, κατὰ μεσημβρινὴν γραμμὴν FN². || — 5. τὸν ἀπὸ] om. FN²X, τῶν ἀπὸ L. || — Μαλοῦα LΔ ed. pr. || — 6. πέρα-

ἡ δὲ μεσημβρινὴ τοῖς παρακειμένοις τῆς ἐντὸς Λιβύης ἔθνεσι κατὰ τὴν ἐπιζευγνύουσαν τὰ εἰρημένα πέρατα γραμμήν.

5. Κατέχουσι δὲ τῆς ἐπαρχίας τὰ μὲν πρὸς τῷ Πορθμῷ Μεταγωνῖται, τὰ δὲ πρὸς τῷ Ἰβηρικῷ πελάγει Σοκόσσιοι καὶ ὑπ' αὐτοὺς Οὐερουεῖς· καὶ ὑπὸ μὲν τὴν Μεταγωνῖτιν χώραν Μάζικες· εἶτα Οὐέρβικαι, ὑφ' οὓς Σαλίνσαι καὶ Καῦνοι· εἶτα Βακουᾶ-

meridionale autem adiacentibus Libyæ Interioris gentibus ad lineam terminos quos diximus inter se iungentem.

5. Incolunt eius provinciæ partes quæ ad Fretum sunt *Metagonitæ*, quæ sunt ad Ibericum mare *Socossii* et infra eos *Verves*; atque infra Metagonitim terram *Mazices*; deinde *Verbicæ*, infra quos *Salinsæ* et *Cauni*; deinde *Bacuatæ*, infra quos *Maca-*

τος] τοῦ π. ed. pr. ‖ — 6. ἡ θέσις] sic ABDEZΞ, ἡ om. cett. ‖ — ἐπ. μοίρας] om. SΩ. ‖ — ια' γο'] 11 1/3 ed. Rom., et de conj. Wilberg., qui etiam p. 251, 5 Malvæ ostium posuit ια' γ'', ut idem sit meridianus. ‖ — κϛ'] κϛ'' δ'' X ed. pr. ‖ — 1. τῆς ἐντὸς] sic SXΩ et de conj. Wilberg., τοῖς ἐντὸς cett.; τῆς om. ed. pr. ‖ — 3. γραμμήν] περιγραμμήν Φ. ‖ — 4. τῆς ἐπαρχίας] om. C. ‖ — 5. Μεταγωνῖται]..ίται,.. εῖται codd.; οι supra εῖ adscriptum in A. De Metagonitis v. p. 583, 2. ‖ — 5. Verba τὰ δὲ πρὸς τῷ Ἰβ. πελ.. Σοκ. καὶ om. F, alia manus in margine supplevit. ‖ — 6. Σοκόσσιοι] Σοκόσιοι MOPW, Κοκόσσιοι ed. pr. Ignoti. Fortassis sunt *Succhæi*, quos commemorat Stephanus Byz.: Σουχχαῖοι, ἔθνος Μαυρούσιον, ὡς Δέξιππος Χρονικῶν δεκάτῳ. *Cosæi* qui in libro generationis (v. Müllenhoff *zur Weltkarte des K. Augustus*, *Kiel*, 1856, p. 41) juxta Salathiæos nominantur, accolæ sunt Cusæ fluvii quem post Salam fl. austrum versus ponit Ptolemæus. ‖ — 7. Οὐερουεῖς] Οὐερουγεῖς FN; fort. leg. Οὐεργεῖς, accolæ *Ouargha* fluvii, qui a borea in Subur (*Sbou*) flumen incidit. « Il existe encore aujourd'hui dans les contreforts méridionaux du Rif un district de Ouargha. » Tissot p. 174. ‖ — μὲν] Xα; om. cett. Μεταγωνῖτιν]...ίτιν,..ίτην,..είτην codd. ‖ — 8. Μάζικες] Μάσικες codd. h. l., sed Μάζικες c. 2 § 5. Gens late sparsa quam nos *Berbères* vocare solemus, ipsa se appellat *Mazigh*, *Amazigh*, *Mazirgh*. *Amazirgh*. Nomen hoc apud græcos et latinos scriptores *Mazices*, *Mazaces* (Sueton. Nero 30, Lucan. Phars. 4, 681, Nemesius Cyn. 261, Corippus Ioh. 1, 549, 4, 724 etc.), Μάζυες οἱ Λιβύης νομάδες (Hecatæus ap. St. B.) Μάξυες (a Tritone fl. occasum versus ap. Herodot. 4, 191), *Maxitani* (Iustin. 18, 6), modo latiori sensu usurpatur, modo certas quasdam ejus stirpis partes designat. Per meridionales Libyæ tractus Mazices collocantur in Expositione totius mundi (G. Min. 2, p. 527): *Deinde post omnem Africæ regionem adjacet terra deserta valde latissima in partibus austri, ubi ajunt barbarorum gentem pessimam habitare qui Mazices et Æthiopes vocantur.* Anon. Cosmogr. p. 88 ed. Riese: *Oceanus meridianus habet... gentes Mazices multas.* In Chronico Pasch. p. 57, 22 ed. Bonn. distinguuntur Ἄφροι, Μάζικες πρῶτοι, Μάζικες δεύτεροι, Γαράμαντες ἐξώτεροι. In Mauritania Tingitana Mazices præter Ptolemæum commemorat Anonymus in codice Veronensi (G. lat. min. p. 129 ed. Riese): *Gentes quæ in Mauritania sunt*: *Mauri Gensani* (i. e. *Gentiani*. cf. *Gentiana* ap. Rav.; Γοντιάνα ap. Ptol. § 7), *Mauri Mazaceses* (i. e. *Mazaces*), *Mauri Baveres* (Cf. *Bavares* Mauritaniæ Cæsariensis in titulis Cæsareæ, Auziæ, Lambesæ, n. 9024. 9047. 2615), *Mauri Bacautes* (i. e. *Bacuates*). Mazices Mauretaniæ Cæsariensis ap. Ptolem. c. 3, 5. Frequens horum mentio apud Ammianum 29, 5. 17. 21. 25 (*ad Tingitanum castellum* (h. Orléansville) *progressus per Ancorarium montem Mazices in unum collectos invasit ... Mazices bellicosum genus et durum*). 50. 51. Iidem, ut videtur, intelligendi sunt in titulo Lambæsitano (C. I. 8, n. 2786), in quo commemoratur *Mazicum regio Montensium*, et apud Iulium Honorium p. 54. Alio sensu ap. Eustathium ad Dionys. 195 Iarbas vocatur Νομάδων καὶ Μαζίκων (*Maxitanorum* ap. Iustin. 18, 6) βασιλεύς. — Οὐέρβικαι] sic ed. pr., Οὐερβίκαι PRSV ΞΩΞ, Οὐέρβικες ALW, *Verbices* ed. Rom., Οὐέρβεικαι D, Οὐέρβεικες FNΔ, Οὐερβείβαι BEZΦΨ Arg., *Verbibæ* edd. Vic. Ulm., Οὐεριβίβαι X; Οὐερβείκαι de conj. Wilberg. De vera nominis forma non liquet. Populus ignotus. ‖ — 9. Σαλίνσαι] Σαλῖνσαι L, Σαλιήνσαι X, Σαλίναι W, *Saliase* ed. Vic. Sunt accolæ Salæ fluvii, qui a Geogr. Rav. *Salensis* vocatur. Cf. Rav. p. 7, 11 et 158, 11: *Mauritania Perosis* (Περορσίς) *et Salinarum* (*Salinsarum*). Iidem denuo ponuntur in Libya interiore (c. 6), ubi fluvius Σάλαθος, accolæ ejus Σάλαθοι; apud Plinium 5, 9 *Selatitæ*; in Geogr. Rav. p. 164 *Getuli Selithæ*. In libro generationis l. l.: Καινὰν ἐγέννησε Σαλά, ἐξ οὗ Κοσαῖοι καὶ Σαλαθιαῖοι. ‖ — 9. Καῦνοι] Καύχανοι X, fort. rectius; Καύσινοι ed. pr.; *Caunes* vocat Corippus Joannid. 2, 65: *Silzactæ* (an *Selatitæ* Plinii?) *Caunesque leves, qua montis ab alto dirigit incurvis amnem per gramina ripis Vadara, quem planos currentem fundit in agros.* Vadara fluvius

ται, ὑφ' οὓς Μακανῖται· ὑπὸ δὲ τοὺς Οὐερουεῖς Οὐολουβιλιανοί· εἶτα Ἰαγγαυκανοί, ὑφ' οὓς Νεκτίβηρες· εἶτα τὸ Πυρρὸν Πεδίον, οὗ θέσις

θʹ 𐅵ʺ λʹ

ὑφ' οὓς Ζεγρήνσιοι· εἶτα Βανιοῦβαι

nitæ; atque infra Verves *Volubiliani*; deinde *Iangaucani*, infra quos *Nectiberes*; deinde Campus Rufus, qui situs est

9° 30′ 30°

infra eos *Zegrenses*; deinde *Baniubæ* et

---

qui fuerit, nescio. Hodiernus *Oued Dara* intelligi vix potest. De hodierno *Ouergha* qui in Suburem incidit, fortasse cogitandum esse suspicatur Vivien de S.-Martin p. 468, qui Caunos postea sedes mutasse censet : « car les *Kani* sont actuellement une des tribus de la Grande Kabylie (V. Daumas, Grande Kabylie; tableau des tribus p. 422.) » ‖ — 1. Βακουᾶται]...άται FLNPZΔΦΨΩ,...ούαται W.; *Bacautes* Anon. cod. Veron.; *Mauri Baccuates et Massennas* (i. e. *Macenitæ*) Lib. generat. in Geogr. latin. min. p. 167 ed. Riese.; *Uacuates, Uacautes, Baccuates* codd. Iulii Honorii p. 53 et 54 ed. Riese.; Μακουακοί Chron. Paschal. p. 46, 17. 59, 12. In Itiner. p. 2 legitur : *A Tingi Mauretaniæ, id est ubi Bacuates* (sic scribendum ; *Bacuetes* cod. Escor., *Bacauates* cod. Lugd.; *Baccavates* cett.) *et Macenites Barbari morantur.* Secundum hæc in boreali Tingitanæ parte populus quærendus est, fortasse ad *Oued el Akouas* qui 5 fere m. p. a Zilia in mare egreditur. Idem colligas e titulo Cartennæ (h. *Tenes*) coloniæ in ora Mauretaniæ Cæsariensis, qui scriptus est *C. Fulcinio, qui irruptione Baquatium coloniam tuitus est* (C. Inscr. 8, n. 9663). Ceterum a Bacuatis non diversi fuerint qui ab iis ortum versus ponuntur Οὐακουᾶται. — « Les Bacouatæ se retrouvent dans les Berghouata que l'historien des Berbères connait aussi sur la côte occidentale du Maghreb (v. Ibn. Khaldoun, trad. par M. de Slane tom. 2, p. 71, 135, 124 et suiv.). » VIVIEN DE S.-M. p. 408, consentiente Tissoto p 175. ‖ — 1. Μακανῖται] Vid. not. vs. 1. Cf. Dio Cassius 75, 13 : ἐκ γὰρ τοῦ Ἄτλαντος τοῦ ὄρους σαφῶς ἀναδίδοται (ὁ Νεῖλος)· τοῦτο δέ ἐστι ἐν τῇ Μακεννίτιδι παρ' αὐτῷ τῷ ὠκεανῷ πρὸς ἑσπέραν... Πλησίον γὰρ οἱ Μακεννῖται τῇ Μαυριτανίᾳ τῇ κάτω οἰκοῦσιν. « Les Macanitæ sont les Makna ou Meknèça des généalogies berbères (Ibn Khaldoun, hist. des Berbères t. 1, p. 172, 258), tribu puissante, dont le siége était la partie moyenne du bassin de la Malouia, mais qui etait repandue aussi sur les pentes méridionales de l'Atlas central, et qui occupait au sud du Sbou le territoire où s'éleva, dans le 10e siècle, la ville de Meknèça ou Méquinez, qui tira d'eux son nom. (Ibn. Kh. 1, p. 259, 172; 2, p. 574. Comp. Edrisi 1, p. 224; Iaubert et Renou, Descriptions du Maroc p. 254). Des fractions de la tribu de Meknèça avaient poussé à l'est jusque dans les parties centrales de l'ancienne Numidie. » VIVIEN DE S.-M. p. 408. ‖ — 1-3 Verba ὑφ' οὓς Μακανῖται... Νεκτίβηρες om. ΣΦΨ. edd. Ulm. Arg. ‖ — 2. Οὐερουεῖς] Οὐερουγεῖς FN, ὑπὸ δὲ τούτους Οὐερουεῖς C, *ac ab his Verves* ed. Rom. ‖ — 2. Οὐολουβιλιανοί] sic X, Οὐολοιβιλιανοί FN, Οὐολοιβηλιανοί SΩ, Οὔλοι βιλιανοί ABCDELMO PRVWZΔΞ⊐, Οὖλοι βιλιανοί ed. pr., *Voli Biliani* edd. Vic. Rom. De Volubili oppido v. § 7. ‖ — 2. Ἰαγγαυκανοί] sic ABEZ ed. Vic., Ἰαγγακαυκανοί ed. pr., αναγαυκανοί X, οἱ ἀγγακαυκανοί W, οἱ ἀντακαυκανοί V, οἱ ἀγγαυκανοί CDLMΔΞ⊐, Οἰαγγαυκανοί FNOP. Populus fort. pars fuit ejus qui p. 585, 9 Καῦνοι s. Καυκανοί vocatur. Græberg de Hemsœ (*Specchio di Marocco* p. 299) cum eoque Vivien de S.-Martin p. 409 hunc populum agnoscunt in *Beni-Azgangan*, quos Leo Africanus in *Gharet* regione ad inferiorem *Molouia* fluvii cursum degisse dicit. Degerint ad *Iasgan* fl. qui ab occasu in Molouiam influit. ‖ — 3. Νεκτίβηρες] Νεκτήβηρες MO. Polybius 3, 330 Hannibalem ex Hispania in Libyam traduxisse dicit Ὀρείτας Ἴβηρας, Thersitas, Mastianos, Olcades. Ejusmodi Iberes transducti fort. etiam Νεκτίβηρες. An Νερτίβηρες, Iberes Nertobrigæ urbis? ‖ — 4. Πυρρόν] Πυρόν DFMNOPRVΔΞ⊐. — πεδίον] πρίδιον ΦΨ Arg., *pridium* ed. Ulm. ‖ — οὗ] om. SΩ. θέσιν ἔχει X. « La désignation employée par Ptolémée est l'équivalent exact des mots arabes Bahirt el-Hamra, et désigne la grande plaine aride et rougeâtre qui s'étend, à l'ouest de Maroc, entre l'Atlas et le Tensift. » TISSOT, p. 108. Aliud πυρρὸν πεδίον notatur c. 6, 5 in Libya interiore. ‖ — 6. Ζεγρήνσιοι] Ἐγρήνσιοι X, Ζευγρήνσιοι⊐, *Zeugrensii* ed. Vic., Τευγρήνσιοι ΦΨ edd. Ulm. Arg. « Les Zegrensii existent encore sous le nom de Zeghrana dans les parties occidentales du Sahara (Daumas, Le grand desert p. 150.). Ce sont les Zegghên des généalogies berbères, tribu de la famille des Lamta, de même souche que les Ghézoules ou Gétules (Ibn Khaldoum 1, p. 133, 2, 117, 160). » VIVIEN DE S.-M. p. 409 ‖ — 6. Βανιοῦβαι] In E supra ι opponitur ο litera; Βανοιοῦβαι BEZ, *Banœube* ed. Vic., Βανοιόρβαι ΦΨ edd. Arg. Ulm., Βανιοῦχαι PV, *Baiube* ed. Rom. Dicendum erat Βανιοῦραι, ut recte monent Vivien de Saint-Martin p. 409 et Tissot p. 174. Plinius 5, 17 : *Gentes in ea* (Tingitana provincia), *quondam præcipua Maurorum, unde nomen, quos plerique Mau-*

καὶ Οὐακουᾶται. Τὴν δ' ἀνατολικὴν πλευρὰν κατέχουσι πᾶσαν Μαυρήνσιοι καὶ μέρος Ἑρπεδιτανῶν.

6. Ὄρη δέ ἐστιν ὀνομαστὰ ἐν τῇ χώρᾳ τό τε καλούμενον Διούρ, οὗ τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας

η′ L″ λδ′

καὶ ἡ Φόκρα ὄρος ἐκτεινόμενον ἀπὸ τοῦ Ἐλάττονος Ἄτλαντος ἐπὶ τὸ Οὐσσάδιον ἄκρον, ὅ ἐστι παράλιον·

καὶ τοῦ Δούρδου τὰ δυτικά, ὧν θέσις

ι′ κθ′ L″

Vacuatæ. Orientale autem latus incolunt totum *Maurenses* et pars *Herpeditanorum*.

6. Montes insignes in hac terra sunt tum is qui dicitur Diur, cuiusque media pars sita est 8° 3o′ 34°

tum Phocra mons, qui extenditur a minore Atlante ad Ussadium promontorium præter littus;

et Durdi partes occidentales, quæ sitæ sunt 10° 29° 3o′

---

rusios dixerunt. Attenuata bellis ad paucas recidit familias. Proxuma illi Masæsylorum fuerat. Simili modo exstincta est. Gætulæ nunc tenent gentes, Baniuræ multoque validissimi Autotoles (*Autoteles* cod. Leid.) *et horum pars quondam Nesimi* (*Nisemi*, *Vesimi* v. l., *Vesuni* codd. Barbari).. *qui avolsi his propriam fecere gentem versi ad Æthiopas*. In Geogr. Rav. p. 163 inter Tingitanæ oppida nominantur: *Tolocosion*, *Bolubili*, *Boniuricis* (*Ban.?*) *Gudda* (l. *Gilda*). In Mauritania Cæsariensi Βανιούρους habet Ptolemæus c. 2, 5. Ibidem fuerint *Baiuræ* (l. *Baniuræ*) Ammiani Marc. 29, 5, 33: *Mittebat* (a Tipata)... *ad gentes circumsitas*, *Baiuras*, *Cantaurianos*, *Auastomates*, *Cafaues*, *Daharesque*. Cf. Iulius Honor. p. 54, qui juxta *Musuncos* (*Moscenes* v. l.) nominat *Baniures* (*Vaniures* v. l.). ‖ — 1. Οὐακουᾶται] Οὐακούαται X, Οὐακουάται L, Ἀκουᾶται ADFNOSΞ, Ἀκούαται Ξ, Οὐακούατες BEZ ΦΨ Arg., *Vacuates* edd. Vic. Ulm. V. not. ad p. 585, 9.2. ‖ — 2. Μαυρήνσιοι] i. q. Μαυρούσιοι. Nomen late patens certæ cuidam Tingitanæ regioni vindicatur inepte. « On y a retrouvé avec vraisemblance le mot sémitique *Maourim*, dont le nom arabe que portent aujourd'hui les populations marocaines, *El-Gharaba*, est la traduction exacte : *les gens de l'Occident*. » Tissot. p. 172. Ceterum *Maura* oppidum Mauretaniæ Gaditanæ nominatur a Geogr. Rav. p. 164, 12, ac *Maurensis* memoratur inter cathedras quæ non habent episcopos. V. Bœcking ad Notit. dign. 2, p. 562, 627. ‖ — 3. Ἑρπεδιτανῶν] sic X, ...άνων cett., nisi quod Ἑρπεδητάνων SΩ, Ἑρπεσιτάνων ΦΨ, ed. Vic., Ἑρπασιτάνων edd. Arg. Ulm., *Herpiditanorum* ed. Rom. Sedes populi ex parte trans Mulucham in M. Cæsariensi erant. V. c. 2, 5. Oppidum regionis § 7 Ἑρπίς dicitur, adeo ut aut Ἑρπεδίς aut Ἑρπιτανοί scribendum fuisse videatur. Similiter p. 77, 3 in codd. quibusdam legitur Ἐρδῖνοι οἱ καὶ Ἑρπεδιτανοί. ‖ — 5. Διούρ] Διοούρ C, Διυρος ΦΨ Arg., *Diorus* ed. Rom., *Dierus* ed. Ulm. ‖ — μέσον] μέρος BEZ. ‖ — 6. ν′ L″ λδ′ ed. pr. Secundum positionem inter Gildam et Babam oppida mediam Diur cum hod. *Dj. Kurt* componendus foret. Tissoto, p. 170, mons est hod. *Dj. Zerhoun* et *du Tselfat* a Subure fl. austrum versus in regione Volubilis oppidi. At quoniam ceteri Libyæ borealis montes, quos ab ora maritima haud ita multum abfuisse novimus, in Ptolemæi tabula omnes de vera sua sede austrum versus longe detruduntur, idem etiam de Diur monte statuendum fuerit. Designari igitur puto tractum montanum *er Rif* dictum, ex quo fluvii Tingitanæ borealis in mare internum decurrunt. ‖ — 7. ἡ Φόκρα] ἡ om. A, ἡ Ὄκρα Ξ. ‖ — ἐλάττωνος F. ‖ — 8. Οὐσσάδιον] Ὑσσάδιον L, sed Οὐσσάδιον in tabula, Οὐσάδιον ΑΞ, *Usadium* ed. Rom., Ὑσάδιον DFMNOPRSVWΔΞΩ, Οὐσσάδιον, apposito ρ supra ιο, B; Ῥυσάδειρον ΦΨ ed. Arg., *Rysadirum* ed. Ulm., ἐπὶ Τουσσάδιρον EZ, ἐπὶ Τουσσαδειρον X, *Tusadirum* ed. Vic. Hodie *C. Ossim*. Vid. supra p. 579, 3. Fuere qui Phocram esse tractum montanum qui ab Oceano ad Rusadirum borealis oræ promontorium (v. p. 580, 3) pertinere censerent. Repugnant verba ὅ ἐστι παράλιον, quæ si ad v. ἄκρον referenda forent, inepta essent. Ceterum montana illa ab Ussadio pr. austrum versus ad Atlantem maiorem, non vero boream versus ad ficticium illum Atlantem minorem pertinebant, ut supra jam monui. ‖ — 10. τοῦ Δούρδου] Τουδούρδου Z, τοῦ Δούρδα B, τοῦ Δούρα ed. pr. ‖ — δυτικά] sic ADL PRSVWΔΞΩΞ, δυτικώτερα cett. Infra c. 2, 5 in M. Cæsariensi notatur τὸ ἀνατολικὸν ιε′ κθ′ L″. ‖ — ὧν θέσις] οὗ θέσις ἐπέχει X. ‖ — ι′ κθ′ L″] ιϛ′ κθ′ L″ X, ιε′ κθ′ L″ ed. pr., qui est gradus termini orientalis. In ceteris codd. utrique termini conjunctim notantur : ι′ κθ′ L″ καὶ ιε′ κθ′ L″. Intelligendus tractus montanus qui ab Atlantis jugis versus ortum æstivum porrectus fluvios qui sunt inde a Molochath usque ad Chinalaf, in mare internum defluentes, discriminat ab iis qui meridiem versus in paludes *Schott el Garbi* et *Schott el Schergul* deferuntur. Qui ab his paludibus meri-

7. Πόλεις δέ εἰσι τῆς Τιγγιτανῆς μεσόγειοι αἵδε·

Ζιλία	ϛʹ	ϛʺ	λεʹ	∠ʺ
Λίξ	ϛʹ	∠δʹ	λδʹ	∠γʹιβʺ
Ὄσπινον	ζʹ	∠ʺ	λεʹ	γʺ
Σούβουρ	ϛʹ	∠γʹ	λδʹ	γʺ
Βάνασα	ζʹ	∠ʺ	λδʹ	γʺ

7. Oppida sunt in media terra Tingitana hæc :

Zilia	6°	10′	35°	30′
Lix	6°	45′	34°	55
Ospinum	7°	30′	35°	20′
Subur	6°	50′	34°	20′
Banasa	7°	30′	34°	20′

diem versus sunt colles Mauritaniæ Cæsariensis, Madethubadi nomine c. 2, 4 comprehendi videntur. Sub Durdo monte c. 2, 5. Δρυῖται sedes habere dicuntur. Nescio an ibi Δυρῖται legendum, nomenque hoc de monte inditum sit; quem Ptolemæus Durdum vocat, alii vero Δῦριν dixerint, quo nomine Atlantis juga ab indigenis vocari Strabo refert. Idem Δῦριν nomen fortasse latet etiam in Διούρ nomine; certe illi quoque montes, ad quos nomen hoc retulimus, Straboni 17, 3, 2 sunt πρόποUς τις τοῦ Ἄτλαντος. ‖ — 2. αἵδε] ἐπίσημοι add. BEFNZΦΨ, edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. Ex oppidis viginti duobus, quæ Ptolemæus exhibet, in Itinerariis memorantur Zilia, Lixus, Banasa, Tamusida, Sala, Vopisciana, Gilda, Volubilis, Tocolosida. Ceterum Itinerariorum rationes et ipsas parum accuratas esse patet, quamquam quomodo corrigendæ sint, non ubique liquet. Diligentissime de his egit Tissotus l.l., in cujus tabula V Itinerariorum interpretatio hæc est :

Itin. p. 6—8.		Itin. p. 23-24.	
Tingi colonia.		Tingi col.	
Ad Mercurios........	18	Ad Mercurios..	18
(*Dehar Djedid, ruin.*	15)	Ad Novas.....	12
Zili................	6	(*Sidi el Yemani.*	7)
(*Azila*............	8)	Oppido novo...	32
Tabernis...........	14	(*Kfar el Kebir.*	27)
(*Lella Djilaliya*.....	7)	Tremulis.......	12
Lix colonia..........	16	(*Basra*........	10)
(*El Araich*..........	10)	Vopiscianis....	19
Frigidis...........	16	(*Djebel Kort*...	12)
(*Soueir*...........	13)	Gilda.........	24
Banasa.............	24	(*el Haliyn?*....	15)
(*Sidi Ali bou Djenoun.*	21)	Aquis Daticis..	12
Thamusida.........	32	(*Ain el Kibrit.*	12)
(*Sidi Ali Ben Ahmed.*	25)	Volubilis col...	16
Sala...............	32	(*Ksar Faraoun.*	16
(*Sla. Rbat. Chella*...	25)	Tocolosida.....	3
Mercurios..........	16	(*Rudera*.......	3)
(*Oued Yekkem*.......	14)		

3. Ζιλία] sic X, ed. pr., Ζιλίαι CDFLMNOPRVW ΔΞΣ, Ζίλιαι ΦΨ, Ζιλιαι Arg., Ζιλεία S, Ζιλείαι Ω. Ζιλεῖαι ABEZ. ‖ — ϛʹ ϛʺ] ϛʹ ∠ʺ ΔΣ ed. pr., edd. Rom. Ulm. ‖ — λεʹ ∠ʺ] sic BEZΦΨ, edd. Vic. Ulm. Arg., λεʹ ϛʺ cett. Oppidi nomen (hod. *Azila* et *Arzila*) ap. Strabonem 3, 2, 8 in codicibus nostris Ζέλις (Ζῆλις scr. Cramer), sicut Ζελείτης gentile ap. Steph. Byz. (ubi Ζηλ. scrib. conjecit Meineke). Apud Strabon. 17, 3, 6, ex alio, ut videtur, fonte, Ζῆλις; ap. Steph. Byz. : Ζῆλος (Ζῆλις legere licet salvo literarum ordine), πόλις τῶν Ἑσπερίων Αἰθιόπων. Στράβων ιζ. Ὁ πολίτης Ζηλίτης. Plinius 5, 3 : *Ab eo* (Tingi oppido) *XXV* (24 sec. Itin. *m. p. in ora oceani colonia Augusti Iulia Constantia Zulil* (sic optimi codd., *Zuli*, *Zubil*, *Zugil*, *Zulis*. v. l., nisi quod unus codex Vat. *Zilis* præbet), *regum ditioni exempta et jura in Bæticum petere jussa; ab ea XXXV* (XXXII v. l.; 30 m. sec. Itin.) *m. p. colonia a Claudio Cæsare facta Lixos.* In Itin. p. 8 *Zili* (ablat.), item in Geogr. Rav. p. 162, 13, qui p. 345. 10 habet *Zichi*. In nummis huic oppido adscriptis *Aslith* legi monet Tissot. l. l. p. 64. ‖ — 4. Λίξ] Λίξα ed. pr. V. not. ad p. 573, 1. ‖ — λδʹ ∠γʺ ιβʺ] sic BEZΦΨ Arg.; λδʹ ∠ʺ cett. Debebat ϛʹ γʺ ιβʺ, λεʹ δʺ, quoniam Lixi fl. ostium ponitur ϛʹ γʺ, λεʹ δʺ. ‖ — 5. Ὄσπινον] sic ΦΨ edd. Arg. Ulm., Ὄπτινον Ξ, Ὄπινον BEZ ed. Vic., Ὄππινον cett. Dicendum fuisse Ὄππιδον νέον, cujus in Itinerario et Geogr. Rav. p. 162 mentio fit, Simmlerus ad Itin. et post eum alii conjecerunt. At Concilio Carthaginiensi anni 419 interfuit Leo episcopus *Ospinensis*, legatus Mauritaniæ Tingitanæ (V. Dupin. Notit. episc. eccles. Afr., Bœcking ad Not. Imp. 2, p. 653). Ceterum ut Oppidum Novum sec. Itin., sic Ospinum sec. Ptol. tabulam a Tingi 62 m. p. distat, adeo ut diversa ejusdem urbis nomina tradi videantur. ‖ — λδʹ γʺ] λδʹ ∠ʺ Φ². ‖ — 6. Σούβουρ] *Subnur* ed. Vic. Vid. not. p. 574, 1. ‖ — λδʹ γʺ] sic L, λδʹ γοʺ BEZΦΨ, edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., λδʹ ∠ʺ γʺ cett. ‖ — 1. Βάνασα] Βάνασσα FNPSVΩ ed. pr., Βονάσα ΦΨ edd. Ulm Arg. ‖ — ζʹ ∠ʺ] ζʹ ∠ʺ γʺ X. ϛʹ ∠ʺ Φ, edd. Vic. Rom. Ulm. Plinius 5, 5 : *A Lixo XL m. p. in mediterraneo altera Augusti colonia est Babba Iulia Campestris appellata, et tertia Banasa LXXV m. p. Valentia cognominata : ab ea XXXV m. p. Volubilis*

Ταμουσίδα	ζ'		λδ'	δ''	Tamusida	7°		34°	15'
Σίλδα	ζ'	∠''γ'	λγ'	∠''γ' ιβ''	Silda (Gilda)	7°	50'	33°	55'
Γοντιάνα	ζ'	γο''	λδ'	∠''	Gontiana	7°	40'	34°	30'
Βάβα	η'	ς''	λδ'	γ''	Baba	8°	10'	34°	20'
Πισκιάνα	θ'		λδ'	γ''	Pisciana (Vopisciana)	9°		34°	20'

oppidum, tantumdem a mari utroque distans... Amnis Sububus præter Banasam coloniam defluens. Numeros LXXV et XXXV falsos esse ex Itinerario colligitur. Postea coloniæ cognomen fuit aut (*Aur*)*elia*, ut Mommsenius in C. Inscr. 8, p. 855 conjicit, aut (*A*)*elia*, ut Desjardin in *Revue archéol. Dec.* 1872, t. 24, p. 366 suspicatur. Scilicet in truncato titulo an. 171 p. C. legitur : *Col. ... eliæ Banasæ.* Titulus an. 1871 a Tissoto repertus est inter veteris oppidi rudera in colle qui vocatur *Koubba de Sidi Ali bou Djenoun.* « Les ruines de Banasa, situées sur la rive gauche du Sbou couvrent un monticule allongé, à triple sommet, perpendiculaire au fleuve qui en baigne la pointe septentrionale, et d'autant plus remarquable, bien que sa hauteur ne dépasse pas une vingtaine de mètres, que l'immense plaine qu'il domine n'offre, à perte de vue, aucun accident de terrain appréciable. — Il n'est pas probable toutefois, à en juger par le peu d'étendue de ses ruines, qu'elle ait jamais été très prospère. Le développement de l'enceinte, mesuré à la base de la colline peut être évalué à 1100 mètres. Du sud-ouest au nord-est, c'est-à-dire dans le grand axe de l'élipse allongée que forme la ville antique, on compte 618 pas ou un peu plus de 400 mètres. » Tissot. p. 141. — In Notit. Dign. p. 79 Bœcking. pro *Castra Bariensi(a)* legendum esse *Castra Banasensia* suspicatur. Ego Castra illa ad *Bati* (*Bari*), Tingitanæ oppidum, cujus Ravennas p. 163, 14 meminit, fuisse puto. ‖ — 1. Ταμουσίδα] Ταμούσιδα ΦΨ. Situs Tamusidæ inter Banasam et Babam mediæ (sec. Itin., haud vero sec. Ptol.) ruinis indicatur quas Tissotus reperit ad lævam Suburis ripam in loco qui vocatur *la Koubba de Sidi Ali ben Hamed.* Viæ romanæ directio pontium reliquiis indicatur. « Il existe en outre, en face de ce lieu sur la rive droite du Sbou, des vestiges assez considérables d'une enceinte bâtie en pierres de grand appareil. Ces ruines qui portent le nom de *Fghaina*, sont vraisemblablement celles d'un poste militaire. » Tissot, p. 146. ‖ — 2. Σίλδα] Debebat Γίλδα, uti legitur in Itinerario, apud Melam 3, 107 et Stephanum Byz.: Γίλδα, πόλις Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Γιλδίτης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. Fortasse eadem est *Gudda* Ravennatis p. 163, 13. Oppidum sec. Itin. 12 m. p. distat ab *aquis Daticis* (sic ex cod. Remense et Geogr. Rav. p. 163, 7 legendum puto pro *Dacicis*. Nomen repetitum ab incolis hujus regionis qui nunc *Daudi* vocantur). Aquæ istæ hodie nuncupantur *Ain el Kibrit*, « source sulfureuse située au-dessous du pic du Tselfat, à 3 heures 50 minutes du Ksar Faraoum : la distance est d'un peu moins de 24 kilomètres (23950 mètres) et représente, par conséquent, les 16 milles de l'Itinéraire (At in tabula V Tissoti nonnisi 8 m. p. melior). » Tissot. Gilda sec. distantiam quæ est ab Aquis Daticis ponenda foret ubi nunc est *el Haliyn* inter *Sbou* et *Varga* fluvios. In eodem fere loco Tissotus quævit *Assadam* oppidum quod antiquitatis rudera habere El Bekri refert. Præterea Tissotus p. 159 ait : « Il existe au nord-ouest de la position que nous proposons pour Gilda une tribu de *Mesgilda*. Il est facile de retrouver dans ce composé berbère le nom de la station antique, précédé du mot libyen *Mes* qui a la même signification que le mot arabe *Beni*. » ‖ — 3. Γοντιάνα] sic Xα, Γοντίανα cett. *Gondana* ed. Ulm. Cf. Geogr. Rav. p. 163, 4 ; *Tamusida, Gentiano, Exploratio Bobaliica, Bobiscianis.* Anonymus in codice Veron. (v. p. 585, 8) : *Mauri Gensani.* Pro λδ' ∠'' Wilbergius de conjectura scripsit λγ' γ'', propterea, puto, quod præcedens numerus est 33° 50'. De situ nihil liquet. Fortasse pro ζ' γο'' dicendum erat ς' γο'' adeo ut oppidum oræ mar. propinquum, nec diversum sit a Ποντίων (Γοντίων?) τόπῳ καὶ πόλει, quæ in hac ora Scylax novit (V. supra p. 576, a). Similiter in sqq. Baba et Vopisciana gradu integro occasum versus transponendæ forent. ‖ — 4. Βάβα] Βαυλα X. ‖ — η' ς''] η' ∠'' 2. ‖ — λδ' γ''] 34 1/6 ed. Vic. Cf. Rav. p. 162 : *Baba.* Plinius 5, 5 : *Babba Iulia Campestris Augusti colonia* a Lixo 40 (c. 80 ap. Ptol.) m. p. distans. Eadem distantia foret si ap. Ptol. pro η' ς'' scriberetur ζ' ς''. Steph. Byz.: Βάβαι, πόλις Λιβύης. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Ὁ πολίτης Βαβαῖος. Idem vero s. v. Ῥάβα· ὁ πολίτης Ῥαβαῖος, ὡς Βάββα Βαββαῖος. Inter Libyæ interioris populos Ptolemæus 4, 6, 6 Βαβίους commemorat. Situs incertus. Fortasse hodie est *Fezzan*, 40 m. p. a Lixo oppido, ubi vetus oppidum stetisse antiquitatis ruderibus numisque ibi repertis probatur. V. Tissot, p. 180. ‖ — 5. Πισκιάνα] sic X, et ex conj. Grashof., Πτισκιάνα ΖΨ Arg., Πτισχίανα Φ ed. pr., *Ptisciana* ed. Ulm., Πισκίανα cett. Debebat : Οὐοπισκιάνα sive Βοβισκίανα. Rav. p. 163, 7 : *Bobiscianis. Aquis Daticis.* Itin. p. 23, 5 : *Uopiscianis* (sic cod. Escor., *Viposcianis*, *Uiposianis*, *Uipocianis*, *Uipotianis* var. lect.). Quod

Οὐόβριξ	θ′	γ″	λδ′	δ″	Vobrix	9°	20′	34°	15′
Οὐολουβιλίς	η′	δ″	λγ′	γο″	Volubilis	8°	15′	33°	40′
Ἑρπίς	ι′	γ″	λγ′	∠″δ″	Herpis	10°	20′	33°	45′
Τοκολοσίδα	ζ′	ς″	λγ′	∠″	Tocolosida	[8]	10′	33°	30′
6 Τρισιδίς	θ′		λγ′	ς″	Trisidis	9°		33°	10′
Μολοχάθ	ι′	ς″	λγ′	ιβ″	Molochath	10°	10′	33°	5′
Βέντα	θ′	∠″	λβ′	∠″γ″	Benta	9°	30′	32°	50′

olim in Melæ editionibus legebatur : *Gilda, Volubilis, Prisciana* (*gildavo dubritania* codex Vat., i. e. *Gilda Vobri Tam(ud)a*) meris conjecturis nititur. *Priscianam* nemo commemorat, sed solummodo *Prisianensis* quidam inter Africanos episcopos incertæ provinciæ nominatur (v. Bœcking ad Notit. dign. 2, p. 655). ‖ — λδ′ γ″] λδ′ γο″ BEZΦΨ, edd. Vic. Arg. Pro θ′ poni debebat η′. Quo numero recepto Vopisciana a Gilda boream versus distant 26 m. p., quorum loco 24 habes in Itinerario. « Cette distance conduit de l'emplacement que nous avons assigné à Gilda, au *Djebel Kort*, où *Abou Obeid el* Bekri signale une ancienne ville déjà ruinée au XIe siècle. » Tissot. l. l. ‖ — 1. Οὐόβριξ] sic BEWXZΦΨ Arg., Οὐοβρίξ cett. ‖ — λδ′ δ″] λδ′ ADFLMNORSVWΔΩΞ. Oppidum ignotum apud Melam 3, 107 *Vobri* vocari conjeci ad vs. antec. ‖ — 2. Οὐολουβιλίς] Οὐολοβιλίς ed. pr., Οὐολοβηλίς S, Οὐολοβιλής PV. Rav. p. 163, 11 : *Bolubili*; Itin. p. 23, 2 *Volubilis colonia*. Plinius 5, 5 : *Volubile oppidum*, 35 m. a Banasa dissitum et tantundem ab utroque mari distans. In C. Inscr. 8, n. 9994 : *Municipium Volubilitanum*. Hic titulus aliique complures reperti sunt in ruinis quæ vocantur *Ksar Faraoun* (palatium Pharaonis). De situ Tissot, p. 148 : « Ksar Faraoun est situé sur le versant occidental du Zerhoun, à 6 heures sud-est de Sidi Gueddar, 3 heures 35 minutes sud-est de Sidi Kassem, à 3 heures 45 minutes nord de Meknes et 20 minutes nord-ouest de Moula Idris. On compte 11 heures 30 minutes de marche, à 6500 mètres par heure, entre Kasr Faraoun et Sidi Ali bou Djenoun. Volubilis était donc à 50 m. rom. de Banasa et non pas à 35 milles, comme l'a affirmé Pline. Le même auteur ajoute que Volubile était situé à égale distance des deux mers ; cette seconde indication est plus vraie. Ksar Faraoun est, à quelques milles près, également éloigné de Sala et de la côte du Rif. » Similiter res habet in Ptolemæi tabula. Nomen Volubilis agnoscimus in *Guabili* oppido, cujus meminit Leo Africanus Descr. Afr. p. 381, sed quod a Pharaonis palatio 8 m. p. abesse dicit. Haud vidisse hæc loca Leonem et male relata referre censet Tissotus p. 156, qui ruinarum descriptionem peramplam dedit p. 147-155. ‖ — 3. Ἑρπίς] Ἑρπίς LΦΨ ed. Ulm. Cf. p. 587, 3 : Ἑρπεδιτανοί, et ap. Avienum in Or. mar. 244 *Herbi* (si vera scriptura) in Tartessiorum regione prope Onobæ æstuarium. Situs ignotus. Quæri possit in ea regione ubi nunc est *Assi Berkan* haud longe a Molouia fluvio. ‖ — 4. Τοκολοσίδα] in ZXΦΨ Arg., Τικολόσιδα F, Τοκολόσιδα cett. ‖ — η′ ς″] de conj.; ζ′ ς″ codd.; 7 1/2 ed. Vic. ‖ — λγ′ ∠″] λζ′ ∠″ BE, λγ′ X. In Itinerario pro *Tocolosida* codex Escor. præbet *Ptolocosida*. In Rav. p. 163, 10 : *Tolocosion*. A Volubili oppidum 3 m. p. (sic cod. Esc.; 4 m. cett.) distat. « J'ai retrouvé en effet à 45 minutes (4 kilomètres et demi) au sud du Kasr Faraoun sur la route de Meknez, quelques vestiges antiques bien caractérisés. Le sol présente, sur une certaine étendue, des restes de murailles construites en pierres de grand appareil. Le seuil de quelques édifices est encore visible avec les trous destinés à recevoir les gonds des portes... L'emplacement est parfaitement choisi pour un poste avancé. La ville était située à l'extrémité du grand plateau que le Zerhoun projette entre l'oued Chedjra et l'oued Rdem, et dominait les plateaux immenses, mais moins élevés qu'occupe aujourd'hui Meknès et qui s'étendent jusqu'aux montagnes des Beni Mter. » Tissot, p. 156. ‖ — 5. λγ′ ς″] λγ′ γ″ X. Trisidis oppidum ignotum. De *Frigidis* Itinerarii (*Friglas*, ut videtur, in Not. Dign. p. 79) propter situm hujus loci cogitari nequit. Fieri potest ut Trisidis, Benta, Molochath, Galafa stationes fuerint viæ a Tocolosida in Mauritaniam Cæsariensem ducentis, in qua nunc iter est per *Fez, Meknes, Theza, Temessuin*, et *Tabridam*, quæ Muluchæ apposita ruinas romanas habet. Ejusmodi viam in Tabulæ Peutingerianæ parte deperdita descriptam fuisse suspicor, ad eamque referenda esse videtur locorum series quam servavit Geogr. Rav. p. 160 : *Septemvenam. Turbice* (*Trisidis* Ptol. ??), *Nassufa* (*Nesser* regio ad *Ensa* fluvium, a *Fez* oppido occasum versus?) *Subsellint* (in *Selles* regione a *Fez* ortum versus), *Gent* (Benta Ptolemæi ?), *Tigit* (*Fichtala* regionis ?) *Fulga, Taxafora* (h. *Tetrafa* ?), *Ataba* (Altava ap. Ptol. 4, 2, 6 ; nunc *Hadjar er Roum* in Maur. Cæsariensi. ‖ — 6. Μολοχάθ] Μολόχαθ X, *Moiochath* ed. Ulm. Oppidum fuerit ad fluvium cognominem ; forte ubi nunc *Tabrida* (i. e. trajectus) et antiquitatis rudera. Ceterum cf. Μαλαχάθ et ab eo ortum versus Βύνθα in Libya interiore, 4, 6, 7. ‖ — 7. Βέντα] Κέντα ed. pr.,

Γαλαφά	ια'		λβ'	γο''
Θικάθ	η'	∠''	λβ'	∠''
Δοράθ	θ'		λα'	δ''
Βόκκανον ἡμεροσκοπεῖον	θ'	γ''	κθ'	∠''
Οὔαλα	η'	ς''	κη'	δ''

Galapha	11°		32°	40'
Thicath	8°	30'	32°	30'
Dorath	9°		31°	15'
Boccana specula	9°	20'	29°	30'
Vala	8°	10'	28°	15'

8. Νῆσοι δὲ παράκεινται ἀπὸ δυσμῶν τῆς ἐπαρχίας ἐν τῇ ἐκτὸς θαλάσσῃ

Παῖνα νῆσος	ε'	λβ'
Ἐρύθεια νῆσος	ς'	κθ'

8. Insulæ huic provinciæ adiacent occasum versus in mari externo

Pæna insula	5°	32°
Erythia insula	6°	29°

Gent Geogr. Rav. 160, 16. In Corp. Inscr. 8, p. 857, n. 10002 inter titulos originis incertæ affertur inscriptio sepulcralis, cujus locum Fr. Ximenes Hispanus indicat verbis : « ruinas de la antigua Bunta que oy llaman *Bervic.* » Ubi sit *Bervic*, nescio. ‖ — λβ' ∠'' γ''] ιβ'' add. X, 23 1/2 1/3 edd. Vic. Rom., 23 1/3 ed. Ulm. ‖ — 1. Γαλαφά] Γαλάφα ΖΦΨ Arg., Γαλαθα X. ‖ — 2. Θικάθ] sic X ed. pr., Οἰκά F, Οἰκάθ cett., *OEchath* edd. Vic. Ulm. An *Duga* in Notit. Dign. p. 97. 7 : *Tribunus cohortis primæ Hispanorum Duga?* Fort. hod. *Dayat er Roum* ad Suburis cursum superiorem. ‖ — η' ∠''] 9 ed. Rom. ‖ — λβ' ∠''] λβ' ∠'' γ'' X, 31 1/4 ed. Rom. ‖ — 3. Δοράθ] Δόραθ Z. An Δαράθ? Versum om. C; in margine addit cod. lat. Basiliensis, notante Wilbergo. ‖ — θ'] 10 edd. Rom. Ulm. ‖ — λα' δ''] λα' S. ‖ — 4. Βόκκανον] Βοκκανόν FN, Βοκανόν DLMOPRVWΔΞΣ, *Bocanum* ed. Rom. ‖ — ἡμεροσκοπεῖον] de conj., ἥμερον codd., nisi quod ἔμερον ed. Arg.; ἔρημον conj. Wilberg. Conferendus erat Ravennas p. 164, ubi : *Gætuli Daræ. Turris Bucconis. Paurisi. Perota* (i. e. *Phaurusii, Perorsi*). Ex his colligitur turrem fuisse in confiniis provinciæ, ubi exploratorum et custodum speculæ exstruebantur. Cf. *Burgus speculatorum Antonianus* (hod. *Loth Bordj*) et *Burgus Commodianus speculatorum inter duas vias ad salutem commeantium nova tutela constitutus* (an. 188) in australi Numidiæ parte (C. Inscr. 8, p. 279, n. 2494 et 2495); *Turris Tamalleni* (Itin. p. 73) et *Turris Timizegeri* (Tab. Peut.) ad lacum Tritonidem; *exploratio Mercurius dicta* (ultima Tingitanæ statio in Itin. p. 23.). Igitur in ἥμερον, quod aperte corruptum est, aut ἔρυμα latet aut potius ἡμεροσκοπεῖον. Cf. Ἡμεροσκοπεῖον Hispaniæ oppidum quod juxta speculam ortum est sicut in Sardinia colonia Λιβίσωνος πύργος (v. p. 382, 2). De situ nostri loci non liquet. Quod Βόκκανον nomen attinet, cf. episcopus *Bucconiensis* seu *Bocconiensis*, qui inter Numidiæ episcopos in actis conciliorum nominatur. ‖ — 6. Οὔαλα] Οὔαλα Γ, Οὔαλλα Ω, Οὐάλα ΦΨ ed. pr. ‖ — η' ς''] sic BEXZ, 50 1/6 (sic) Arg., 8 1/2 1/3 ed. Rom., η' ∠'' cett. ‖ — κη' δ''] 38 1/4 ed. Vic. In Guidonis *Descriptione totius maris* p. 516 Tingitanæ locus maxime australis est *Bovalica*. Idem in Rav. p. 163, 5 vocatur *Exploratio Boballica* (nam jungenda esse hæc nomina censeo). Eodem referri possit *Vala* Ptolemæi, adeo ut *Vala* pro *Bovala* dicatur quemadmodum in antec. *Pisciana* pro *Vopisciana* usurpatur. ‖ — 9. Παῖνα] Παίνα BEFNZ, Παῖα DMOΔΞ, *Pena* edd. Rom. Ulm., *Pæna*, Ταῖνα (sic), Arg.; νῆσος vocem om. ed. pr. h. l. et vs. 10. ‖ — ε'] 6. 5 (sic) ed. Ulm. ‖ — 10. Ἐρύθεια] Ἐρύθια ADLMOΔΞ, Ἐρυθία BCEZ. ‖ — ς'] 7, 6 (sic) ed. Ulm. Erythia insula, quam usquam exstitisse Hecatæus et Pseudo-Aristoteles Mir. 145 negarunt, a ceteris aut a Gadium insula non diversa aut juxta eam sita aut denique contra Lusitaniam (Mela 3, 47. Plin. 4, 120) posita esse censetur. In Ptolemæi tabula Erythia in Ussadii fere prom. parallelo (29° 15') collocata cum hod. *Mojador* insula, Pæna vero seu Pæa in Asanæ fl. latitudine posita cum insula exigua juxta promontorium *Dar el Beida* (300 fere stadia ab Asana fl. boream versus) oræ adjacente componi possent. At nescio an positiones harum insularum accommodatæ sint ad perversas illas quæ Iunoniæ insulæ (h. *Madeira*) et Fortunatis insulis assignantur. Quarum hæ recte quidem e regione Daradi fluvii collocantur, sed una cum fluvio de vera sua sede (secundum Sebosi computum) mirum quantum austrum versus rejiciuntur. Similiter Iunonia, quæ revera in Soloentis pr. (*C. Cantin*) parallelo sita est ideoque in Ptolemæi tabula 31° 15' lat. ponenda fuisset, perperam sub 23° 50' ponitur. Inde vero ad Pænam sive Pæam insulam (32° lat.) in Ptolemæi tabula habes gradus 8° 10' sive stadia 4000 et paullo amplius, quæ intercedunt inter hodiernam *Madeiram* et maximam *Azorum* insularum, quæ *S. Miguel* vocatur et portum *do Ibeo* dictum habet. Hanc igitur Pæam esse putare licet. Alius quidem nemo *Azores* commemorat, attamen haud ignotas Carthaginiensibus fuisse insulas quas denuo Portugalli an. 1431 detexerunt, nummis punicis in *Corvo* insula repertis comprobatur. Porro ab Iunonia ad Erythiam

ΚΕΦ. Β'.

Μαυριτανίας Καισαρηνσίας θέσις.

[Λιβύης πίναξ α'.]

1. Ἡ Μαυριτανία ἡ Καισαρηνσία περιορίζεται ἀπὸ μὲν δύσεως τῇ εἰρημένῃ πλευρᾷ τῆς Τιγγιτανῆς Μαυριτανίας· ἀπὸ δὲ ἄρκτων τῷ Σαρδῴῳ πελάγει κατὰ τὴν ἀπὸ τῶν τοῦ Μαλούα ποταμοῦ ἐκβολῶν μέχρι τῶν τοῦ Ἀμψάγα ποταμοῦ ἐκβολῶν παράλιον, ἧς ἡ περιγραφὴ ἔχει οὕτως.

2. Μετὰ τὰς τοῦ Μαλούα ποταμοῦ ἐκβολὰς

Μέγα ἀκρωτήριον	ια'	∠′′	λε'	
Γυψαρία λιμήν	ια'	∠′′γ′′	λδ'	∠′′δ′′

CAP. II.

Mauritaniæ Cæsariensis situs

[*Libyæ tabula prima.*]

1. Mauritania Cæsariensis ab occidente finitur Tingitanæ Mauritaniæ latere quod supra indicavimus; a septentrionibus autem Sardoo mari juxta oram maritimam a Malvæ fluvii ostiis usque ad Ampsagæ fluvii ostia extentam, cuius descriptio hæc est.

2. Post Malvæ fluvii ostia

Magnum promontorium	11° 30'	35°
Gypsaria portus	11° 50'	34° 45'

Ptolemæus numerat gradus 5° 10'. Quodsi igitur Iunoniam recte posuisset in Soloentis pr. latitudine (31° 15' sec. Ptol.), Erythia ponenda fuisset 36° 25', sive in eadem fere latitudine in qua Gades (36° 10') collocat, et ceteri etiam Erythiam collocant.

Cap. II. 2 Μαυριτ.] Μαυρητ. L h. l. et vs. 4. || — Καισ.] Καισαρινσίας L, καὶ Σαρνησίας ΦΨ. || — 4. καὶ Σαρνησία] ΦΨ. || — 5. μὲν] om. X, — δύσεως] δυσμῶν L, — τῆς] om. ed. pr. || — 7. κατὰ τὴν ἀπὸ τῶν τοῦ Μ. ποτ. ἐκβολῶν] sic SΩΞ (nisi quod τοῦ om. Ξ] et de conj. Wilberg.; κατὰ τὴν ἀπὸ (τοῦ add. BW) Μαλούα ποτ. ἐκβολὴν cett.; *juxta Maluæ fl. ostium usque ad Ampsagæ fl. ostium* edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. || — 8. μέχρι τῶν τοῦ Ἀμψάγα] sic FSΩ, μέχρις Ἀμψάγα aut μέχρι Σαμψάγα (Σαμψάγου A) cett. || — 9. παράλιον] Hanc vocem post v. Μαλούα ποταμοῦ ἐκβολῶν habent FSΩ. || — ἐκβολῶν] ἐκβολὴν ΦΨ. || — ἔχει] ἐπέχει X. || — 13. Μέγα ἀκρωτήριον] ἄκρα Μέγα ἄκρ codd. præter SXΩ ed. pr. || — ια' ∠′′] ια' ∠′′ δ′′ X. Promontorium sec. positionem foret hod. *Cap Milonia*, in quod *Magni* nomen minime cadit. Itaque non diversum esse a maximo hujus oræ promontorio, quod in antecc. Μεταγωνῖτις ἄκρα (μεγάλη ἄκρα ap. Strabon l. l.) vocatur (sicuti Mulucha fl. non alius est quam Malva fl.,) recte, opinor, statuit O. Mac-Carthy (*Algeria Romana, recherches sur l'occupation et la colonisation romaines en Algérie. Alger* 1851. *Extrait de la Revue Africaine*, vol. 1, p. 31). || — 14. Γυψαρία] Γυψαρίας A, Γυψάρα ed. pr., *Gipsaria* ed. Ulm. || — α' ∠′′ γ′′] ια' ∠′′ A. Portus nunc *Mersa Hanaie*, ad quem gypsi strata exstant, monente Carthyo l. l. p. 30. Commemoratur *Gypsariensis* episcopus. Idem oppidum in Itinerario p. 12 *Artisigam* (sic codex Escor.) s. *Artisicam* dici Carthy l. l. p. 32 censet probabiliter. Nescio igitur an *Artisida* scribendum sit, quoniam *sid* hebraice *gypsum* significat. Itinerarium (p. 11), in quo distantiarum notæ tantum non omnes falsæ sunt, ita habet :

Fl. Malva.		
Lemnis	22	
(*Bou Terfes* vel *Oued Adjeroud*	.....	12)
Popleto fl.	30	
(*Oued Konarda*	.....	5)
Ad Fratres	6	
(*Nemours, ubi rupes oræ Fratres dictæ.*	.....	8)
Artisiga	25	
(*Mersa Hanaye*	.....	18)
Portu Cæcili	12	
(*Mersa Ourdania*	.....	8)
Siga Municipium	15	
(*Takebrit*	.....	8)
Portu Sigensi	3	
(*Baie de Rachgoun*	.....	3)
	113	62

Σίγα πόλις, κολωνία	ιβ'	λδ' γο''	Siga oppidum, colonia	12°	34° 40'
Σίγα ποταμοῦ ἐκβολαί	ιβ' δ''	λδ' γο''	Sigæ fluvii ostia	12° 15'	34° 40'
Ἀσσαράθ ποτ. ἐκβολαί	ιβ' ∟''	λδ' ∟''	Assarath fluvii ostia	12° 30'	34° 30'
Πόρτος Μάγνος	ιβ' ∟''δ''	λδ' ∟''	Portus Magnus	12° 45'	34° 30'

1. Σίγα πόλις] Σιγαίπολις A Arg., Σικαὶ π. Φ[1], Σιγαὶ π. Φ[3], *Sigapolis* ed. Vic., *Sigepolis* ed. Ulm., *Sige opp.* ed. Rom., πόλις om. Ω; κολώνεια DFLMNO ΔΞΩϽ. ‖ — 2. Σίγα ποτ.] Versum om. CPRVWΦΨ edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. — Cf. Scylax p. 90 : Μὴς πόλις καὶ λιμήν. Σίγη πόλις ἐν τῷ ποταμῷ καὶ πρὸ τοῦ ποταμοῦ νῆσος Ἄκρα. Strabo 17, 3, 9 : Σίγα (Σίγαθα Strabo ap. St. Byz.), ἐν χιλίοις σταδίοις ἀπὸ τῶν λεχθέντων ὅρων (sc. ἀπὸ τοῦ Μολοχὰθ ποταμοῦ), βασίλειον Σόφακος· κατέσπασται δὲ νῦν. Mela 1, 29 : *Rusigada et Siga parvæ urbes*. Plinius 5, 19 : *Siga oppidum ex adverso Malacæ* (falso) *in Hispania sitæ, Syphacis regia*. Itin. : *Siga municipium*. Geogr. Rav. p. 150 : *Signa* (i. q. *Siga*) *municipium*, *Rubræ* (*Ad rubras* statio in Itin. 36, 4), *Sita* (l. *Siga*) *colonia*. Idem oppidum ex duobus fontibus bis apponitur. Idem porro intelligendum videtur ap. Steph. Byz.: Σίγγα, πόλις Λιβύης, ὡς Πολύβιος ιβ'. Præterea Sigæ mentio fit in lapide miliario castelli Romani cui nomen erat *Numerus Syrorum Severianus Alexandrinus* (hod. *Salla Maghnia*). Vid. C. Inscr. 8, p. 910, n. 10470, ubi : *a N(umero) Syr(orum) Pomariam* (*hod. Tlemsen*) *M. P. XXVIIII, Sig(am) M. P. ... VIII* (XXXVI dedit Carthy l. l. p. 7). Ruinæ oppidi in loco nunc *Takebrit* dicto ad lævam *Tafna* (i. e. Sigæ) fluvii ripam, 3 m. p. ab ostio ejus. « Au X[e] siècle Siga avait fait place à la ville arabe d'*Archkoul* dont le nom est resté aux terrains de l'embouchure de la Tafna et à l'île située vis-à-vis, sous la forme H'archgoun, francisée en Rachgoun. Cette île de Rachgoun, aux falaises escarpées, est l'Ἄκρα de Scylax, en même temps que la baie en avant de laquelle elle s'élève est le portus Sigensis. » CARTHY. l. l. Portum hunc ap. Scylacem Μής nomine indicari suspicor. Cf. Itinerarium maritimum p. 513, ubi in insularum recensu hæc leguntur : *Item inter Carthaginem Spartariam et Cæsaream Mauritaniam : Insula Erroris et Tauria inter se habent stadia LXXV* (leg. CXXV). *Ad has supra dictas insulas a Calama de Mauritania stadia LXXV. Ad Mecas insula Acri* (Ἄκρη ionice pro Ἄκρα). — *Inss. Stœchades*. Sic hæc corrigenda sunt. Vulgo : ... *de Mauritania Admecas* (*Amecas* v. l.) *stadia LXXV. Insula Crinis et* (*et* om. in 3 codd.) *Stœchadis*. Ex his *Erroris insula* (*quasi* πλάνης νῆσος i. e. Πλανησία, Πλανασία, frequens insularum nomen) hodie est *Ile Plane*, promontorio quod *Cap Falcon* nunc vocatur objecta, Ψαμαθὸς νῆσος Scylacis; inde 125 stadia occasum versus distans *Habibas* insula occurrit et juxta eam alia quædam, e regione *Sigale* promontorii et fluvii cui *Sidi Barti* appositum est. Alterutra harum est *Tauria* Itinerarii et Βαρτὰς νῆσος Scylacis, cui oppositus erat Βαρτὰς λιμήν. *Mecæ* i. q. Μής Scylacis. Στοιχάδες vero sunt insulæ tres ab ortu occasum versus porrectæ, quæ hodie *Zafarines* vocantur. — Ceterum a Malva fl. Sigam oræ longitudo est c. 60 m. p., 52 sec. Ptol., 113 sec. Itin., 125 sec. Strabonem. ‖ — 3. Ἀσσαράθ] sic A, Ἀσσάραθ BEZ, Ἀσσάρα ed. pr., Ἀσαράθ cett.; *Assarath* ed. Vic., *Asarath* edd. Rom. Ulm. Arg ‖ — λδ' ∟''] λδ' δ'' X, λδ' P. Proximum a Siga fluvium, 20 fere m. p. a portu Sigensi distantem, ex Itinerario novimus *Salsum* fluvium, hod. *Oued Malah* sive hispanice *rio Salado*. Hunc igitur esse Assarath Ptolemæi credi possit; at nomen suadet indicari potius hodiernum *Isseur* fluvium, qui in mare non egreditur sed ab oriente in Sigam (*Tafna*) influit. « La forme ptoléméenne du mot Isseur semble s'être maintenue jusqu'à l'époque arabe. Le manuscrit du Bekri (X[e] siecle de notre ère) de la bibliothèque de Paris ... porte *Assarah*;... mais le ms. d'Alger et celui de Londres écrivent seulement *Asar*, *Asser*. » CARTHY. p. 45. *Isaris* legitur in Geogr. Rav. p. 158, a quo Mauretaniæ Cæsariensis fluvii recensentur : *Usar* (sic etiam Plinius 5, 22, Σίσαρ Ptol.; hodie *Oued Djemmi*, a Saldis ortum versus occurrens, prope quem in mediterraneis est *Thala Uzzai*, Οὔσσαρα Ptolemæi), *Agilaum* (*Agilama?*, Χυλημάθ Ptol., hod. *Chelif*). *Mina* (hod. *Mina* in *Chelif* influens, ad quem Mina oppidum), *Sira* (*Sirat* ap. el Bekri; hod. *el Hammam*. Ad eum fuisse videntur *aquæ Sirenses*. V. C. Inscr. 8, n. 9745. In vasta planitie quam perfluit *Sirat* atque Arabes etiamnum *Sirat* vocant, Σώρας Ptolemæi habitasse probabile est), *Tasagora* (hod. *Tenazera*, ut videtur, in Siram influens, ad quem *Tacasora* oppidum), *Isaris* (hod. *Isseur*), *Nigrensis* (fort. h. *Safraf*, *rivière de Tlemsen*, in *Isseur* fl. incidens, ad quem *Ripas Nigras*, quarum Rav. p. 160, 10 meminit, fuisse Carthy censet), *Ligar* (*Siga* em. Carthy), *Malba* (h. *Malouia*). ‖ — 4. Πόρτος Μάγνος] Πορτόσμαγνος BZ, Πορτώμαγνος ΦΨ, Arg., *Portomagnus* ed. Ulm., Πόντος μάγνος C. Portum Magnum fuisse ubi nunc est *Vieil Arzew* sive *St.-Leu* titulis ibi repertis constat. Vid. C. Inscr 8, p. 835 et 909. In columnis miliariis n. 10456, 10457 : *A port. Magn.* In Ptolemæi tabula Portus

				Latin		
Χυλιμὰθ ποτ. ἐκβολαί	ιγ'		λδ'	Chylimath fluvii ostia	13°	34°
Κούϊζα κολωνία	ιγ'	γ''	λδ'	Quiza colonia	13° 20'	34°

Magnus a Chylimath fluvio 30 m. p. distat eaque distantia satis accurata est; perperam vero totidem fere m. p. intercedunt inter Portum et Sigam oppidum, quum juxta oram sint fere 100 m. p. Ex Itinerarii numeris colliguntur 135 m. Ante Portum Magnum ponendus erat Deorum portus s. portus Divinus (hod. *Mersa Kebir*), quem Ptolemæus præter ordinem inter Quizam et Arsenariam collocat. De portu Magno cf. Mela 1, 29, Plinius 5, 19, Ravennas p. 156, 13. 345, 16, Guido p. 517, 3, Anon. Cosmogr. p. 89 ed. Riese, Itin. p. 13. Portum divinum præter Itin. et Rav. commemorat Strabo 17, 3, 9 : Μετὰ δὲ τὴν Σίγαν Θεῶν λιμὴν ἐν ἑξακοσίοις σταδίοις (satis accurata distantia). εἶτ' ἄλλοι ἄσημοι τόποι. — Itinerarium p. 13 ita habet :

		cod. Escr.
Portu Sigensi		
Camarata	12	
Ad Salsum fl.	12	
Ad Crispas	25	
Gilva colonia	6	
Castra puerorum	26	
Portus Divinus	18	
Portus Magnus	36	
Quiza municipium	40	
Arsenaria	40	
Cartenna colonia	18	
Iar castellum	24	14
Cartili	12	15
	70	53.
Gunugus	12	12
Cæsarea colonia	22	12

In his quæ inter portum Sigensem et Portum Divinum media nominantur, non sunt oræ maritimæ, sed ad viam pertinent quæ erat juxta australem partem lacus permagni, haud longe a mari per hunc tractum extensi. Gilva haud dubie est Γιγλουί Ptolemæi. Cum *Camarata* nomine cf. *Fons Camarata* in Tab. Peut. p. 295 ed. Lapie, inter Mileu et Chulchul medius. Nomen ei fuerit de camarato opere seu fornice quo inclusus fons tectusque. Eodem nominis sensu Camaratam Itinerarii refero ad *Ain* (i. e. fontem) *Temouchent* a Siga c. 18 m. p. ortum versus distantem. Oppidum ibi antiquum fuisse titulis (C. I. 8, p. 838) probatur, at nomen ei *Safar* fuisse, ut Willmanns conjecit, ex iis non consequitur. Facilis vero conjectura est *Temouchent* esse Τιμιχί Ptolemæi et *Safar* ab eodem Ἀπφαρ dici. Hæc igitur mediterranea sunt. Maritima autem hujus oræ loca præbent Ravennas p. 345 et Guido p. 517, ubi : *portus Sigensis. Galama* (*Calama* Guido). *Valonice. Portus Magnus.* Ex his Calama in Ptolemæo Κάλαμα scribitur ac perperam inter mediterranea recensetur. Maritimum oppidum fuisse ex Itinerario maritimo patet ex eoque colligitur quærendum esse ad hod. *Cap Lindles* e regione insularum de quibus dixi p. 593, 2. Calama hæc initium est viæ in Itin. p. 36, ubi :

Calama	
Ad Rubras	20
Ad Albulas	30
Ad Dracones	14.

Ex his 50 m. p., quæ a Calama ad Albulas computantur, ad thermas et antiquitatis rudera ducunt quæ sunt in hod. *Sidi Abdeli*, thermarum vero locus ipso nomine antiquo indicatur (Cf. τὰ Ἄλβουλα ὕδατα prope Tibur in Latio ap. Strabon. p. 208 Cas.). Easdem aquas *Tepidas* dicit Ravennas p. 160 : *Dracones. Tepidas.* — Valonice prope hod. *Cap Falcone* alicubi steterit. ‖ — 1. Χυλιμάθ] sic BEZΦΨ, edd. Arg. Vic., Χυλήμαθ cett. — ἐκβολή BEZ. Hodie *Chelif*, Mauretaniæ Cæsariensis fluvius maximus. Idem, ut videtur, ap. Rav. p. 158 *Agilaam* vocatur. (Cf. *Sidi Aguellam* ad lævam *Chelif* fluvii ripam, 19 m. p. ab hodierno *Orleansville* occasum versus.) Eundem esse Tzschukkius censet *Sardabalem* ap. Melam 1, 31, ubi post Iol Cæsaream occasum versus nominantur : *Cartinna et Arsinna oppida et Avisa* (i. q. *Quiza*) *castellum et Laturus sinus* (ad quem est Magnus portus) *et Sardabale* (*Sardaval* Plin. 5, 21) *fluvius*. At series nominum suadet Sardabalem esse potius eum qui aliis *Sira* seu *Sirat* vocatur. ‖ — 2. Κούϊζα] Βούιζα DFLMNOPRWΞΞ ed. pr., *Vuiza* ed. Rom. ‖ — κολωνία] κόλπος L; om. ed. pr. Cf. Mela 1, 31 : *Avisa castellum.* Plinius 5, 19 : *Quiza Xenitana peregrinorum oppidum.* Itin. p. 13, 9 : *Quiza* (*Quita* cod. Esc.) *municipium.* Geogr. Rav. p. 155, 6 : *Quetas.* In Actis Concil. *Quidiensis episcopus.* Coloniam alius nemo dixit, nisi cum Marquardtio (*Ræm. Staatsverwaltung* 1, p. 488 ed. 2) eam quæsiveris in titulo Auziensi (an. 251 p. Chr.), in quo (n. 9045 p. 773) legitur : *decurioni III coloniarum Auziensis et Rusgunensis et Equiz(etensis).* At hæc ad Equizetum oppidum inter Auziam et Sitifin situm, cujus titulos vide in C. I. 8, p. 751, referenda esse recte monuit Mommsen. Quiza in Ptol. tabula ad ripam dextram Chylimath fluvii ponenda erat. Nunc locus vocatur *Pont de Chelif.* Tituli ibi reperti v. in C. I. 8,

Θεῶν λιμήν	ιγ'	L''	λγ'	L''δ''	Deorum portus	13°	30'	33°	45'
Ἀρσεναρία κολωνία	ιγ'	L''γ''	λγ'	L''γ''	Arsenaria colonia	13°	50'	33°	50'
Καρτέννου ποτ. ἐκβολαί	ιδ'	δ''	λγ'	γο''	Cartenni fluvii ostia	14°	15'	33°	40'
Κάρτεννα	ιδ'	L''	λγ'	γο''	Cartenna	14°	30'	33°	40'
Καρήπουλα	ιδ'	L''γ'	λγ'	γο''	Carepula	14°	50'	33°	40'
Ἴαρ κώμη	ιε'	ϛ''	λγ'	L''	Iar vicus	15°	10'	33°	30'
Γούνουγον κολωνία	ιε'	L''	λγ'	L''	Gunug*u* colonia	15°	30'	33°	30'

p. 823. In n° 9699 legitur : *Dispunctor reipublicæ Q(uizensium) et curator.* ‖ — 1. λγ' L'' δ''] λγ' δ'' A, λγ' L'' ed. pr. Deorum portum præter ordinem collocari dixi p. 593, 4. ‖ — 2. κολώνεια FLNΞ. Cf. Plinius 5, 19 : *Arsenaria* (*Arsennaria* cod. Leid.) *Latinorum, III milibus p. a mari.* Mela 1, 31 : *Arsinna.* Itin.: *Arsenaria.* Rav. p. 156, 2 : *Arsenarium*, p. 345, 17 et Guido p. 517, 4 : *Cersenaria.* In Actis Concil. *episcopus Arsinnaritanus.* Stetit ad *Magrua* promontorium, ubi nunc *Sidi Bou Ras.* Tituli loci in C. I. 8, p. 828. A Quiza distantia 40 m. p. in Itin. satis recte habet ; at a Cartenna non sunt 18, sed circ. 30 m. p. ‖ — 3. Καρτέννου] Καρτένου PLNΦΨ ed. pr. et pr. manu A, *Carthenni* ed. Vic., *Catherui* ed. Ulm. ‖ — ἐκβολή BEZ. ‖ — ιδ' δ''] ιγ' δ'' ed. pr. Cf. Iulius Honorius p. 52 ed. Riese : *Fluvius Cartennas nascitur in campo Mauro.* Hodie *Oued Mourga* fluvius exiguus prope urbem defluens. ‖ — 4. Κάρτεννα] sic PR libro 8, 13 ; Καρτένναι FVW ed. pr., Κάρτιννα A²DMORΞ, Κάρτινα A¹FLNSXΔΩΞ et plurimi codd. lib. 8, 13, Καρτῆναι Φ, Καρῆναι BEZ, *Carenæ* edd. Vic. Ulm. Arg. Versum om. Ψ. ‖ — ιδ' L''] ιδ' L'' γ'' ed. pr. Cf. Plinius 5, 20 : *Cartenna, colonia Augusti, legio secunda.* Itin. p. 14 : *Cartenna* (*Cartenas* cod. Esc.) *colonia.* Mela 1, 30 : *Cartinna.* Gennadius De viris illustr. 77 : *Cartenna.* Anon. Cosmogr. p. 89 ed. Riese : *Chartennas.* Iulius Honorius p. 54 : *Artennites gens.* In not. episcop. *Cartennitanus episcopus.* Augustinus ep. 93 : *Nisi quisquis hoc audiverit, Cartennas vererit vel in viciniam Cartennensium, mundari omnino a delictis suis non poterit.* « Ex hac colonia fuerunt martyres Cartennenses. Victor *Cartennæ Mauritaniæ civitatis* episcopus scriptis in Arianos libris notus est. In Martiani mss., quorum excerptis utor, *Carnennæ*, *Carnennea*, unde *Cartennæ* refingendum arbitror. » Wesselig. ad Itin. p. 14. Nunc *Tenes.* Tituli loci in C. I. 8, p. 824. In n. 9663 legitur : *C. Fulcinio... qui inruptione Baquatium coloniam tuitus est, testimonio decreti ordinis et populi Cartennitani et incolæ primo ipsi, nec ante ulli, ære collato.* ‖ — 5. Καρήπουλα] Καρίπουλα SΩ. ‖ — ιδ' L'' γ'' λγ' γο''] ιδ' δ'' λγ' γ'' ed. pr. A Cartenna Cæsaream nos supputamus 54 m. p ; in Ptolemæi tabula vitiosa sunt 125 m.; ex Itinerarii numeris colliguntur 70 m.; sin his substitueris numeros codicis Escorialensis, obtines 53 m., quot res postulat. Ceterum quoniam idem codex in summa 493 m. p., quæ p. 5 a Russader ad Cæsaream esse perhibentur, cum ceteris codicibus consentit, nostro loco discrepantes hujus codicis numeros non librariorum culpa in ceteris libris corruptos, sed in prototypo codicis Escor., quod alias ob causas in Africa scriptum esse puto, a viro docto correctos esse suspicor. Secundum hos igitur situs locorum tabulis inscribendus est, quum certioribus indiciis destituamur. De Carepula s. Caripula aliunde non constat. Ni fallor eadem est quæ Cartilis Itinerarii atque post Iar commemoranda erat. ‖ — 6. Ἴαρ κώμη] sic XVWR, Καρκώμη cett., *Corcoma* ed. Vic. ‖ — ιε' ϛ'] ιδ' ϛ'' ed. pr., ιε' L'' DPRVWΞ, ιε' γ'' X. ‖ — λγ' L''] λγ' γ'' ed. pr. In Itinerario *Iar castellum* codices plurimi, *Castelliar* codex Escor., *Lar castellum* codices quattuor et Geogr. Rav. p. 156. 346 et Guido p. 517. Hæc Λάρ scriptura etiam in Ptolemæi codicibus quibusdam ita indicata fuerit ut juxta Ἴα adscriberetur Λά, quod hinc in sequentem versum migravit, adeo ut ibi Γνοῦτον abiret in Λάγνουτον. Pertinere huc videtur qui in Not. eccl. nominatur episcopus *Castelli-iabaritanus* (Iarbarit ?). ‖ — 7. Γούνουγον] vel fort. Γουνουγού de conj.; Γνοῦτον κολωνία X, Λάγνουτον cett. (nisi quod Λάγνουντον SΩ, *Laguntum* ed. Rom.), missa voce κολωνία. Oppidum a Cartenna sec. Ptol. 50 m. p. distat, sec. Itinerarii codices plurimos 48 m., sec. cod. Escor. 41 m. Plinius 5, 20 post Cartennæ mentionem pergit : *Item colonia ejusdem* (Augusti), *deducta cohorte prætoria, Gunugu* (*Gunugi, Gunigu* v. l.). *Promontorium Apollinis oppidumque ibi celeberrimum Cæsarea, Iubæ regia a Divo Claudio coloniæ jure donata.* In titulo Cæsareæ n. 9423 p. 869 legitur *Gunugitanus*, in titulo Auzensi n. 9071 p. 777 : *Gun(ugitanus)*. In Not. episc. : *Gunigitanus.* In Itin. p. 15, 1 *Gunugus* (sic cod. Esc.), *Ganucus, Canucus.* In. G. Rav. p. 156 *Gunubus*, p. 346 *Gunagus*, in Guidone p. 517 *Cunagus.* Cum scriptura *Canucus* conf. Κανουκίς p. 596, 3, quam pro alius oppidi nomine vendidit Ptolemæus. ‖ — P. 596, 1. ιε' L'' γ''] sic X, ιε' ϛ'' ed. pr., ιε' L'' cett., 17 1/2 ed. Vic. ‖ — λγ' γο''] λγ'

Ἀπόλλωνος ἄκρον	ιε'	∠''γ''	λγ'	γο''	Apollinis promontorium	15°	50'	33°	40'
Κάστρα Γερμανῶν	ιε'	∠''γ''	λγ'	∠''ιβ''	Castra Germanorum	15°	50'	33°	35'
Κανουκίς	ις'	∠''	λγ'	∠''	Canucis	16°	30'	33°	30
Χιναλὰφ ποτ. ἐκβολαί	ις'	γο''	λγ'	γ''	Chinalaph fluvii ostia	16°	40'	33°	20'
Ἰὼλ Καισάρεια κολωνία	ιζ'		λγ'	γ''	Iol Cæsarea colonia	17°		33°	20'
Τίπασα	ιζ'	∠''	λγ'	γ''	Tipasa	17°	30'	33°	20'

ς'' ed. pr. ‖ — 2. Γερμανῶν] Γερμάνων Z. ‖ — ιε' ∠'' γ''] ιε' ς'' γ'' (sic) A, ιε' ς'' ed. pr., 15 2/3 ed. Rom., ιε' ∠'' BEXZ, edd. Vic. Ulm. Arg. ‖ — λγ' ∠'' ιβ''] λγ' ς'' ιβ'' (sic) A, λγ' ∠'' D, λγ' ς'' ed. pr. ‖ — 3. Κανουκίς] Κανουκκίς X ed. pr., edd. Ulm. Arg., Καννουκίς Ψ, *Canucris* ed. Vic. ‖ — ις' ∠''] ις' ς'' DPRSVWΞΩΣ, ιε' γο'' X. ‖ — λγ' ∠''] λγ' ς'' ed pr., λγ' δ'' X. ‖ — 4. Χιναλάφ] Χιναλάφου A, Χινάφαλ ed. pr., Χιλιναφ ed. Arg., *Calinaph* ed. Ulm. Fortasse legendum Χιναλάθ, collatis fluviorum nominibus Χυλιμάθ, Ἀσσαράθ, Νασαβάθ. ‖ — ις' γο'' λγ' γ''] ις' γ'' λγ' ς'' ed. pr. ‖ — 5. Ἰὼλ Καισάρεια] Ἰωλκαισάρεια Z, *Iulia Cæsarea* cod. lat. Basil. et ed. Lugd., notante Wilbergo; κολωνία add. ex X. Cf. C. Inscr. 8 n. 9401 : *splendidissima colonia Cæsariensis*; n. 9480 : *C(olonia) C(laudia) C(æsariensis)*; in titulo urbano vol. 6, n. 3262 : *col. (Claudia) Cæsaria Mauretania.* Cæsaream e regione Tarraconis sitam esse Marinus Tyrius statuit, improbante Ptolemæo p. 39, 24, qui p. 153, 3 Tarraconem (16° 20') 40' a Cæsareæ meridiano occasum versus ponit. Reapse meridiani differunt gradu integro et paullo amplius. — Primus Iol urbis notissimæ meminit Scylax c. 111, ubi codex : Ἰουλίου ἄκρα καὶ πόλις καὶ λιμήν ; deinde Mela 1, 30, Strabo 17, 3, 12, Plinius 5, 20, Dio Cass. 60, 9, Eutropius 7, 5, Solinus 25, 16, Ammianus 29, 15, 18, 42, Orosius 7, 33, Procopius B. Vand. 2, 5, 20, Itin., G. Rav., Iulius Honorius, Notit. episc. Hodie *Cherchel.* Iol Cæsarea quum a Gunugu nonnisi 12 m. p. distet, in Ptolemæi tabula eo fere in loco collocanda erat ubi ponuntur *Castra Germanorum*, quæ quidem ad ipsam Cæsaream sita fuisse puto. Nam Apollinis promontorium, prope Castra a Ptolemæo positum, a Plinio ita commemoratur ut juxta Cæsaream quærendum sit nec differat ab ἄκρᾳ Ἰουλίᾳ Scylacis. Porro in Cæsareæ titulo mutilo, n. 9357, ultimi versus ita habent :

M..T. . . . .
RATO. . . . .
GERM. . . . .

Quæ ad milites castrorum Germanorum referenda esse proclivis conjectura est. Adde quod Mommsenius in C. I. p. 800 monet non pauca indicia titulos præbere et milites provinciæ et classem prætoria habuisse Cæsareæ. — Canucis ab Iol 25 m. p. distans haud diversa est a Gunugu, ut jam monui p. 595, 7. — Chinalaph fl. qui sit in tanta rerum confusione dicere difficile est. Si recte ponitur inter Gunugu et Iol, hodie est *Oued Messelmun*. Regio *Cherchel* urbi propinqua hod. *Chenua* vocatur. ‖ — 6. ιζ' ∠''] ιζ' ς'' A ed. pr. ‖ — λγ' γ''] sic ed. pr., λγ' ς'' A, λγ' ∠'' cett. Plinius 5, 20 Tipasam a divo Claudio Latio donatam esse prodit ; *coloniam* dicunt Itin. l. l. et titulus 9290 (*colonia Tipasensis*). Cf. C. I. 2, n. 2110 : *ordo Tipasensium* ; Iulius Honor. p. 47 15, Rav. p. 155, 12 et 346, 4, Anon. Cosmogr. p. 89, 33, Ammianus 29, 5, 17, Victor Vitensis Persec. Vandal. 5, 6 (*Typasensis majoris Mauritaniæ civitas*), Optatus Milevitanus Schism. Donat. c. 18 (*Thipasa Cæsariensis Mauritaniæ civitas*), Notit. Episc. — Ruinæ peramplæ ad vicum *Tefessed* dictum, cui nunc priscum Tipasæ nomen Francogalli reddiderunt. Vid. Leclerc in *Revue archéol.* 1850 p. 553-558. « Les ruines de Tipasa, vir doctus ait, sont les plus grandes que l'on puisse voir en Algérie. Je ne connais à leur comparer que celles de Lambèse... Les ruines ont plus d'une lieue de long, un peu moins d'une demi-lieue dans leur plus grande largeur. »

ITINER. p. 15.		TAB. PEUT.	
Cæsarea col.			
Tipasa col.	16		
Casæ Calventi	15		
Icosium col.	33		
Rusguniæ col.	15		
Rusubbicari.	24	Rusibricari Matidie.	
Cisi mun.	12	Cissi mun.	22
Rusuccuro col.	12	Rusucurru col	12
Iomnium mun.	18	Lomnio mun.	28
		Rusippisir mun . . .	42
Rusazis mun	38	Rusazu mun.	23
Saldis col.	35	Saldas col.	25
A Caesarea Saldas.	218		

Οὐία	ιζ' γο''	λγ'	Via	17° 40'	33°
Ἰκόσιον	ιη'	λγ'	Icosium	18°	33°
Σαύου ποτ. ἐκβολαί	ιη' ς'	λγ'	Savi fluvii ostia	18° 10'	33°
Ῥουσγόνιον	ιη' ∠''	λβ' ∠''δ''	Rusgonium	18° 30'	32° 45'
Ῥουσίβικαρ	ιη' ∠''δ''	λβ' ∠''γ''	Rusibicar	18° 45'	32° 50'
Μοδούνγα	ιθ' ς''	λβ' ∠''γ' ιβ''	Modunga	19° 10'	32° 55'
Σέρβητος ποτ. ἐκβολαί	ιθ' ∠''	λβ' ∠''γ''	Serbetis fluvii ostia	19° 30'	32° 50'

1. Οὐία] Οὔια MNOSΩ, Οὐία ἢ Ὄνγα A, *Via sive Onga* ed. Rom., Ὄνια C. || — ιζ' γ'' λγ' ς'' ed. pr. A Tipasa Icosium in Ptol. tabula c. 38 m. p., nobis 14 m., sec. Itin. parum accurate 48 m. p. Uia igitur prope *Oued Shiffa* quærenda foret. In Itin. inter Tipasam et Icosium ponuntur *Casæ Calventi*, quarum locus ob incertam distantiarum rationem incertus est. (Calventius quidam in Africæ titulis n. 2668 et 6061). Si forte easdem Ptolemæus indicavit, Οὐία ex Οὐίλλα natum esse putaveris. Alia Οὐίλλα κώμη § 6 nominatur. In Ravennate p. 346, 5 medium inter Tipasam et Icosium memoratur *Ubori* (*Ciborim* ap. Guidonem), cujus fuerit *Oboritanus* episcopus Mauritaniæ Cæsariensis. An hod. *Ain-Tagurit* et *Koubre-er-Rumiah*, *monumentum commune regiæ gentis*, quod inter Cæsaream et Icosium nominat Mela 1, 31? Cf. Barth. *Wanderungen* etc. p. 57. || — 2. Ἰκόσιον] *Itosium* ed. Ulm. Hodie *Alger* sec. distantiarum notas in Itin. et titulum loci n. 9259, in quo: *ordo Icositanorum*. Sec. Plinium 5, 20 *a Vespasiano Latio donatum*, sec. Itin. p. 15 *colonia*. Mela 1, 31: *deinde Icosium*, *Ruthisia urbes* ... *et fluentes inter eas Aucus et Nabar*. De nominis origine fabulæ ap. Solinum 25, 17 et Ammianum 29, 5, 16. *Icositanus* episcopus in Not. eccl.; *Icosium* ap. Guidonem p. 517, 10, *Ycosium* ap. Rav. p. 346, 6, *Egosium* ib. p. 155, 11. || — 3. Σαύου] Σύνου B, *Syni* ed. Vic., *Aves* Plinius 5, 21, *Aucus* Mela l. l.; hodie *Oued Haratch*, ut videtur, in medium sinum qui inter Icosium et Rusgunium est, egrediens. Ab hoc fluvio perexiguo distinguendus est (quamvis non distinguatur in tabula codicis L) Savus vel Sabas, cujus mentio fit § 6, ubi: παρὰ τὰς τοῦ Φοιμίου ποταμοῦ πηγάς, ὃς συμβάλλει τῷ Σαύῳ (Σάβᾳ v. l.) ποταμῷ Σουβουργία 21° 28° 20'. Quibus magnus ille fluvius designari videtur qui in oræ descriptione Νασαβάθ vocatur. Ad superiorem hujus fluvii cursum (h. *Bou-Sellam*) quærendum *Ad Sava municipium*, a Sitifi 24 m., a Tamanuna 25 m. p. dissitum (Itin. p. 40. Tab. Peut.). || — λγ'] λγ' γ'' ADFLMNOPRSVWΔΞΞ; λγ' γ'' ιβ'' X. || — 4. Ῥουσγόνιον] sic X, Ῥουστόνιον cett. In Itin. p. 16, 1: *Rusguniæ colonia*. Rav. p. 155, 10: *Rusguniæ*, p. 346, 7: *Ruguniæ*, Plinius 5, 20: *colonia Augusti Rusguniæ* (sic cod. Leid.; *Rusconiæ* v. l.). *Colonia* vocatur etiam in tit. n. 9045. 9047. Eadem num sit *Ruthisia* ap. Melam l. l., dubium est. Fuit in hod. *Cap Matifou*, ubi vicus *Temendfust*. Tituli ejus loci in C I. p. 792, inter quos n. 9247 et 9249 præbent v. *Rusguniensis*. Episcopus *Rusguniensis* in Not. eccles. Oppidum ab Icosio 15 m. p. (c. 30 sec. Ptol.) distare recte statuitur in Itin. || — ιη' ∠''] ιη' ς'' ed. pr. || — λβ' ∠'' δ''] λβ' β'' ∠'' δ'' (sic) L, λγ' ed. pr. || — 5. Ῥουσίβικαρ] sic X, Ῥουσίκγβαρ FN, Ῥουσικίβαρ Z, Ῥουσίκιβαρ cett. In Itin. p. 16, 2 plurimi codices *Rusubbicari* (*Rusubuiccario* cod. Esc., *Rusubbiccari*, *Russubbicari*, alii codd.); in Geogr. Rav. p. 346, 10 *Rusuvicaris*; in Tab. Peut. *Rusibricari Matidie*. « Anastasius *Rusubiscarim*, male. Notus ex Collationis cap. 197 Constantius episcopus *Rusubicariensis* est. » WESSELING. Matidia Tabulæ Peut. eadem est Marcianæ Trajani sororis aut filia aut neptis, cujus erant *Pacciana Matidiæ*, quæ in Itin. p. 18, 4 nominantur. Præterea in titulo n. 8812 ad hod. *Bordj Medjana* (*munimentum nomine Mediana* ap. Ammian. 29, 5, 45) reperto legitur: *terminationes agrorum definitionis Matidiæ adsignantur colonis Kasturrensibus*. — A Rusgunio usque ad Rusucurru, quod hodie esse *Tigzirt* tituli fide nunc constat, in nostris tabulis 55 m. p. melior, quorum loco in Ptolemæi tabula habes c. 88 m. p.; recte tamen in medio fere hoc tractu ponitur Serbes fluvius, qui aperte est hod. *Isseur*, ostio suo a Rusgunio c. 30 m. (50 sec. Ptol.), a Rusucurru 25 m. (38 sec. Ptol.) distans. Rusibicar, 24 m. p. a Rusgunio sec. Itin. ponendum, ab Serbete 6 m. p. occasum versus distaret; Modungam, cujus unus Ptolemæus meminit, ad ostium fluvii quærere licet; Cissi municipium 22 m. p. a Rusibicar sec. Tab. Peut. dissitum, locum inveniet ad hod. *Dellis*; Addyme, aliunde non nota, sec. Ptol. in brevi 12 m. p. spatio inter *Dellis* et *Tigzirt* interjecto alicubi fuisse debet. || — ιη' ∠'' δ''] ιη' ς'' δ'' (sic) A, ιη' δ'' ed. pr. || — λβ' ∠'' γ''] λβ' ς'' γ'' A, λβ' δ'' ed. pr. || — 6. Μοδούνγα] Μοδούγγα ed. pr., Μοδοῦνγα ABCDEMNOPSVWZΔ, Αὐδουνγα X. Nescio an in *Modunga* lateat *Matidia* atque *Rusibicar Matidiæ* in duorum oppidorum nomina discerptum sit. || — ιθ' ς''] ιθ' ∠'' FN. || — 7. Σέρβητος] Σέρβεντος L.

Κισσή	ιθ' ∠''δ''	λβ' ∠''γ''	Cissa	19° 45'	32° 50'
Ἀδδύμη	κ'	λβ' ∠''γ''	Addyme	20°	32° 50'
Ῥουσουκκόρου	κ' δ''	λβ' ∠''δ''	Rusuccoru	20° 15'	32° 45'
Ἰόμνιον	κ' ∠''	λβ' ∠''δ''	Iomnium	20° 30'	32° 45'
Ῥουσουβιρσίρ	κ' ∠''δ''	λβ' γο''	Rusubirsir	20° 45'	32° 40'
Ῥουσαζοῦς	κα'	λβ' γο''	Rusazus	21°	32° 40'
Οὐάβαρ	κα' ∠''	λβ' ∠''	Vabar	21° 30'	32° 30'

Hodie *Isseur.* ‖ — ιθ' ∠''] ιθ' ϛ'' ed. pr., 19 1/3 ed. Vic. ‖ — λβ' ∠'' γ''] λβ' ϛ'' ed. pr. ‖ — 1. Κισσή] Κισσά A; *Cissi municipium* Tab. Peut., *Cisi mun.* Itin. p. 16, 3, *Cysi* et *Gisi* codd. Rav. p. 346, 11, *Casi mun.* Guido p. 317, 16. « Ex Collatione Carthagin. c. 208 notus est Flavosus *Cissitanus* et ex Notitia Africæ Reparatus *Cissitanus* inter Maurelaniæ Cæsariensis patres. » Wesseling. ‖ — λβ' ∠'' γ''] λβ ϛ'' γ'' (sic) A, λβ' ϛ'' ed. pr. ‖ — 2. Ἀδδύμη] Ἀδδήμα A, *Addima* ed. Ulm. ‖ — 3. Ῥουσουκκόρου] sic X, Ῥουσουκκόραι ed. pr., Ῥουσοκόρρου C, Ῥουσοκορον, *Russocorum*, edd. Arg. Vic., Ῥουσοκόρου cett. codd., *Rusocorum* ed. Ulm., *Rusocorthu* ed. Rom.; *Rusuccuro colonia* Itin. p. 16, 4, *Rusuccurro* et *Rusuccurru* ib. var. lect. p. 36, 3. 39, 1; *Rusicurum* Rav. p. 155, 9; *Rusucurum* (*Rusucurrum* v. l.) *municipium* ib. p. 346, 12; *Rusicorus municipium* Guido p. 517, 12; *Rusucurru* Tab. Peut. — Plinius 5, 20: *Rusucurium* (*Rusucurum* v. l.) *civitate honoratum a Claudio.* « In Actis S. Marciani municipium est: *Erat beata Martyr Marciana civis Rusuccuritani municipii*: sic enim recte Bollandus legit pro *Rusuguritani*, quod codices offerebant. » Wesseling. In Notit. episc.: *Rusucurritanus.* Ruinæ oppidi in loco *Tagzirt* dicto. Tituli loci in C. I. p. 767. Inter eos n. 8995 in lapide ante templum posito ita habet: *Genio municipii Rusuccuritani. C. Iulius Russici filius Quir. Felix Rusuccuritanus, decurio ab ordine allectus, præfectus pro II viris atque ab ordine electus II virum, item II virum quinquennalium, flamen Augustorum, augur perpetuus, deposita ad solum domo sua veteri, templum et statuam sua pecunia fecit et dedicavit.* His oppidi locum indicari recte monet Willmans p. 766 contra eos qui Rusuccuru ad hod. *Dellis* stetisse putabant. ‖ — κ' δ''] κδ' F. ‖ — λβ' ∠'' δ''] λβ' ∠'' γ'' A, λβ' δ'' ed. pr., 32 2/3 ed. Rom. ‖— 4. Ἰόμνιον] Ἰέχνιον ADFMNOΔΣ. ‖ — κ' ∠''] κ' ϛ'' A ed. pr. ‖ — λβ' ∠'' δ''] λβ' ϛ'' δ'' (sic) A, λβ' δ'' ed. pr. Cf. Itin. p. 17, 1: *Iomnium* (*Lomnium* v. l.) *municipium*; Tab. Peut.: *Lomnio municipio*; Rav. p. 346, 13: *Lomnio*; Guido p. 517: *Lomnium* et deinde *Ionmon*. In Collatione Carthag. c. 208 nominatur *Honoratus episcopus Iomnitensis*, monente Wesselingio. Situs hujus et sequentis oppidi ex Itinerariis et Ptolemæo definiri nequit; nam quum a Rusucurro ad Saldas revera non multum ultra 60 m. p. sint, Ptolemæi tabula minimum 88 m. exhibet, ex Itinerario vero 91 m., ex Tab. Peut. 118 m. colliguntur. Sin ad ruinas superstiles attenderis, locorum ratio hæc erit:

Rusucurru	h. *Tagzirt.*		
Iomnium	h. *Taksept* ruin.	4 m.	(18 Itin., 28 T. P.)
Rusubirsir	h. *Zeffoun* ruin.	16 m.	(om. It.; 42 T. P.)
Rusazu	h. *Sidi Daoud* ad *Cap Sigli*	22	(23 T. P.; 38 ab Iomn. Itin.)
Saldæ	h. *Bougie*	22	(25 T. P., 35 Itin.)

De titulis in *Taksept* repertis v. C. I. p. 766. ‖ — 5. Ῥουσουβιρσίρ] Ῥουσούβιρσιρ FLMNOPSVWΔΩ, Ῥουσουβησήρ ed. pr., *Rusubirsirium* ed. Ulm., Ῥούσου βιρσίρ ΦΨ, Ῥουσούβιρσις ACDΞ ‖ — κ' ∠'' δ'' λβ' γο''] κ' δ'' λβ' γ'' ed. pr. In Tab. Peut. *Rusippisir municipium*, in Rav. p. 346, 14 *Rusuvisir*, in Guidone p. 517 *Rusubisim*. In Itin. oppidum hoc omittitur. Ab Iomnio sec. Tab. Peut. distat XLII *m.* Corrigendum esse videtur XVII *m. p.* Nominatur *Rusubiritanus* episcopus. Hodie, ut videtur, *Zeffoun*, s. *Azeffoun*, cujus loci tituli in C. Inscr. 8, p. 765. ‖ — 6. Ῥουσαζοῦς] Ῥουσαζούς Σ. ‖ — λβ' γο''] λβ' γ'' L ed. pr., λθ' γο'' X. Plinius 5, 20: *Rusazus colonia Augusti*. Itin. p. 17, 2: *Rusaris* (sic cod. Esc., *Rusaxis* cett.) *municipium*. Tab. Peut.: *Rusazu municipium* (sub quo nomine denuo adscribitur *Ruza munic.* in via mediterranea a Rusucurru ad Rusazu); Rav. p. 155, 7: *Ruseius munic.*, id. p. 346, 15 et Guido p. 517, 18: *Rusuvis munic.* Idem fortasse est *Ruthisia* Melæ 1, 31. « Huc refert Th. Ruinartus *Idonium Rusaditanum* ex Notitia. Moris enim Afri est Z et D invicem permiscere. » Wesseling ad Itin. Oppidum fuisse videtur ubi nunc *Sidi Daoud* ad *Cap Sigli*. ‖ — 7. Οὐάβαρ] Οὔαβαρ DΣ ed. pr., Οὔαβαρ Γ, Οὔαδαρ L (at Οὔαβαρ in tabula), Οὐαβάρ Φ[1] Arg., Οὐαλβάρ Φ[2], *Valbar* ed. Ulm. *Baparensis* quidam Mauretaniæ episcopus commemoratur in Notit. episc. an. 484, ubi fort. *Vabarensis* scribendum esse, collato Ptolemæo, censet Bœcking in Notit. dign. 2, p. 651. De situ oppidi non constat. Fortasse Vabar a Saldis 25 m. p. non occasum sed ortum versus, haud longe a Choba, ponenda

Σάλδαι κολωνία	κβ'		λβ'	L''
Νασαβὰθ ποτ. ἐκβολαί	κβ'	ς''	λβ'	L''
Χώβα	κβ'	γο''	λβ'	γ''
Σίσαρος ποτ. ἐκβολαί	κγ'		λβ'	δ''
Ἰαρσάθ	κγ'	γ''	λβ'	ιβ''
Αὖδον ἄκρον	κγ'	γο''	λβ'	δ''
καὶ ἐν Νουμιδικῷ κόλπῳ				
Αὔδου ποτ. ἐκβολαί	κγ'	L''γ''	λβ'	

Saldæ colonia	22°		32°	30'
Nasabath fluvii ostia	22°	10'	32°	30'
Chobath	22°	40'	32°	20'
Sisaris fluvii ostia	23°		32°	15'
Iarsath	23°	20'	32°	5'
Audum promontorium	23°	40'	32°	15'
atque in Numidico sinu				
Audi fluvii ostia	23°	50'	32°	

erat. Ibi enim regio est nunc *Babor* dicta, in qua *Bavares* (quorum de incursionibus sermo est in titulis Lambæsitano n. 2615 et Auziensi n. 9049) degisse censet Nau de Champlouis in *Carte de l'Afrique sous la domination romaine. Paris* 1864. Nonnulli cum *Vabar* opp. composuerunt *Nabar* fluvium, cujus Plinius 5, 22 meminit quemque Mela 1, 31 inter Icosium et Rutisiam esse dixit. Quod ut admitti possit, Rutisiam urbem ignotam prorsus esse statuendum est. || — 1. λβ' L''] λβ' ς' ed. pr. Plinius 5, 21 : *Saldæ colonia ejusdem* (Augusti), *item Igilgili* (*Gilcili* cod. Leid.), *oppidum Tucca impositum mari et flumini Ampsagæ.* Strabo 17, 3, 12 : Μεταξὺ δὲ τῆς Καισαρείας καὶ τοῦ Τρητοῦ μέγας ἐστὶ λιμὴν ὃν Σάλδαν καλοῦσι· τοῦτο δ' ἐστὶν ὅριον τῆς ὑπὸ τῷ Ἰούβᾳ καὶ τῆς ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις. Itin. p. 17, 3 : *Saldis colonia.* Tab. Peut.: *Saldas col.*, Rav. p. 346, 15 et Guido p. 517 : *Saldas*; Iulius Honor. p. 47 et Anon. Cosm. p. 89 ed. Riese : *Saldis.* In titulis n. 8931 et 8933 : *Saldæ colonia Iulia Augusta Saldantium Septimanorum immunis.* In Not. episc. : *Salditanus.* Hodie *Bougie.* || — Qui sequitur tractus a Saldis ad Ampsagam fluvium in nostris tabulis juxta oram maritimam est fere 70 m. p., a Ptolemæo autem in 210 m. p. longitudinem inepte extenditur. — Itin. p. 17 et Tab. Peuting. hæc præbent :

Saldis				
Muslubio	27	Itin.	32	T. P.
Coba	28		28	
Igilgili	28		38	
Paccianis Matidie	24		24	
Chulli municipium	60		60	

2. Νασαβάθ] Νασαυάθ BEZ, edd. Vic. Rom., Νασάθ ΦΨ edd. Ulm. Arg., Νασαύα ed. pr. || — κβ' ς''] ιβ' γ'' ADFLMNOPRSVWΔΞΩΣ. || — λβ' L''] λβ' ς ed. pr. Fluvius ad Saldas in mare exiens nunc vocatur *Oued Sahel* et *Oued Msaud* et *Oued Adous.* In mediterraneis ei adjacet Tubusuptus, 18 m. a Saldis distans (Itin. p. 32 2 et 39, 5), hodie *Tiklat*, ut titulo n. 8836 p. 755 bene constat. Idem fluvius a Ptolemæo denuo ponitur *Audi* nomine (23° 50') et prope hunc in mediterraneis Tubusuptus collocatur. Quod juxta Audum fluvium notatur Audum promontorium, hodie est *Cap Carbon*, juxta Saldas exstans. — 3. Χώβα] sic X, Χοβάθ ΦΨ, Χωβάτ ed. pr., Χωβάθ cett.; *Chabath* ed. Vic., *Chubath* ed. Rom. || — κβ' γο''] κβ' γ'' L ed. pr. || — λβ' γ''] 32 1/2 ed. Vic. Cf. Tab. Peut. : *Choba municipium*, Itin. p. 18, 1 : *Coba mun.*, Rav. p. 154 *Chova municipium*, p. 347, 2, Guido p. 517, 21 : *Chosa.* Hodie *Ziama.* Inter titulos loci n. 8375 p. 716 ita habet : *Imp. Cæs. L. Septimio Severo Pio Pertinace Aug. balneæ municipum municipii Ælii Chobæ p. p. factæ dedicantibus L. Aiedio M. fil. Quir. Victore M. Æmilio fil., Arn. Honorato II viris a. CLVII* (196. p. Chr.). Inter episcopos Mauretaniæ Sitifensis in Notit. an. 484 *Coviensis* nominatur. Choba a Saldis distat 28 m. p. In Itin. et P. Peut. inter Saldas et Chobam interponuntur horrea quædam (*Muslubio horreta* T. Peut., *Musluvion orea* Rav. 347, *Mulusbion orea* id. p. 154, 5, *Muslucium orea* Guido p. 517, 2; *Muslubio* [*Musulubio orea* cod. Esc. An *Musulamiôn?* quorum nomen infra Chobam et Igilgilin habet Tabula Peuting.] Itin. p. 17) quæ a Saldis 27 (32 T. P.), a Choba 28 m. p. distare perhibentur. Hoc si recte fit, via in mediterranea deflexit. [Anno 304 Diocletianus et Maximianus impp. *horrea in Tubusuctitana* [*regione*] *fieri præceperunt* sec. titulum n. 8836, p. 755]. || — 4. Σίσαρος] Σισάρου A, Σίαρος W, *Sissaris* ed. Vic. — ἐκβολή BEZ. || — κγ'] κβ' PV. || — λβ' δ''] 32 ed. Ulm. Idem est fluvius qui apud Plinium 5, 22 et Rav. p. 158 *Usar* vocatur, hodie *Oued Djemmi*, cui in mediterraneis *Thala-Uzar* adjacet. In Barthii tabula hæc regio *Ifa* vocatur. Fluvius in mare exit inter Chobam et Nasabath sive Audum fluvium. Ptolemæus ut Audum fl. sic etiam Sisarem a Choba ortum versus ponit præpostere. || — 5. Ἰαρσάθ] Ἰάρσαθ ΦΨ. || — λβ' ιβ''] λβ' D. Legendum suspicor Ἰσαράθ oppidumque aliunde non notum ad fluvium cognominem situm fuisse. || — 6. Αὖδον] Αὔδον FN. || — κγ' γο''] κγ' γ'' L ed. pr. — λβ' δ''] λβ' γ'' ed. pr. || — 7. Νουμηδικῷ X ed. pr. Huic versui in C (fol. 101) præfigitur Γ' (caput tertium). || — 6. Αὔδου] Ἄδου Arg. || — κγ' L''γ''] κγ' ς'' ed. pr. Fluvium et promontorium ad Saldas ponenda fuisse supra monui. Numi-

Ἰγιλγιλί	κδ		λβ'		Igilgili	24°		32°	
Γούλου ποτ. ἐκβολαί	κδ'	γο''	λα'	L''γ''	Guli fluvii ostia	24°	40'	31°	50'
Ἀσσαράθ	κε'	ς''	λα'	L''δ''	Assarath	25°	10'	31°	45'
Ἀμψάγα ποτ. ἐκβολαί	κς'	δ''	λα'	L''δ''	Ampsagæ fluvii ostia	26°	15'	31°	45'
αἱ πηγαὶ τοῦ ποτ.	κς'		κς'		fontes fluvii	26°		26'	

dicus sinus is est qui inter Saldas et Tretum promontorium infunditur. ‖ — 1. Ἰγιλγιλί] Ἰγιλγιλεί PVΩ, Ἰγιλγίλει DLMNSΔΞ; Ἰγίλγιλι W, Ἰγιλγίλη F, Ἰγλιγίλει⊐, Ὑσιλγίλει ΦΨ, Ὑσιλγίλα Arg., *Hysilgila* ed. Ulm., *Hisilgila* ed. Vic., Ἰγιλγιδι X, *Igilgidi* ed. Rom. ‖ — λβ'] λα' L'' (ς''A) δ'' ADFMNOPRSVWΔΞΩ⊐. Cf. Plinius 5, 21 : *Igilgili* (*Gilcili* cod. Leid.), *colonia Augusti*. Itin 18, 3 : *Igilgili colonia*. Tab. Peut.: *Igilgili*, Ravenn. l. l.: *Itiltili*. Geogr. Anon. in G. M 2, p. 505 maris interni latitudinem a Massilia ἐπ' Ἰγίλγιλιν κολώνειαν stadiorum esse dicit 5500, ex Ptolemæo, ut videtur, in quo coloniæ mentio exciderit. Ammianus 29, 5, 5 : *Sitifensis Mauretaniæ litus quod Igilgitanum accolæ appellant*. In Notit. episc. nominatur *Domitianus Igilgitanus* (l. *Igilgilitanus*) et *Urbicosus episcopus plebis Eguilguilitanus* (sic), citante Wesselingio ad Itin. Hodie oppidum *Djidjelli*, 22 m. p. a Choba distans, quorum loco 28 m. p. (sic cod. Esc., 38 et 39 cett. codd.) Itinerarium, 38 m. p. Tab. Peutingeriana exhibent. Tituli oppidi v. in C. I. p. 715 et 895. In n. 10331 : *ab Igilgil...*; in n. 8369 : *Termini positi inter Igilgilitanos, in quorum finibus kastellum Victoriæ positum est, et Zimices, ut sciant Zimices non plus in usum se habere ex auctoritate M. Vetti Latronis, procuratoris Augusti, quam in circuitu a muro kastelli passus quingentos*. (Anno) *provinciæ LXXXIX, Torquato et Libone coss.* (128 p. C.). Zimices illi (*Zimises* in Tab. Peut.) degisse videntur ad Chobam quæ hodie *Ziama* vocatur. Ptolemæus § 6 Victoriam (14 1/2 33), nescio an perperam, in alia regione habet inter Γιγλουί (14° 30'. 32° 30') et Τίμιχι (18° 50' 33° 10'), quorum nomina similia sunt nominibus locorum inter quos sita erat Victoria tituli. ‖ — 2. Γούλου] Λούγου X, Μούλου ΦΨF Arg., *Auil* ed. Ulm. ‖ — κδ' γο''] κδ' γ'' L ed. pr. ‖ — λα' L'' γ''] λα' ς'' ed. pr. ‖ — 3. Ἀσσαράθ] sic ABEZ, Ἀσισάραθ ed. pr., Ἀσαράθ cett. Cf. Ἀσσαράθ fluvius p. 593, 3. ‖ — κε' ς''] κε' ed. pr. ‖ — λα' L'' δ''] λα' δ'' ed. pr. Assarath oppidum fuerit ad fluvium in hoc tractu maximum, cujus ad cursum superiorem in tabula Corporis Inscr. notatur *Azeratsa* locus. Ostium ejus ab Igilgili 7 m. p. distat. Gulus esse debet fluvius minor ab Igilgili distans c. 3. m. p. Tabula Peut. in hoc tractu tanquam regionis nomen habet *Gedalusium*. ‖ — 4. Ἀμψάγα] Ἄμψαγα FN., Ἄψαγα S, Ἀμψάτα Arg., Σαμψάγα A. ‖ — κς' δ''] κς' ed. pr. ‖ — λα' L'' δ''] λα' δ'' ed. pr., 31 1/2 1/12 ed. Rom. ‖ — 5. κς' long.] κς' L'' γ'' DFLMNOPRVWΞ⊐, κς' ς'' γ'' A, 26 1/3 ed. Rom. Cf. Mela 1, 30 : *Ab eo* (Mulucha) *Numidia ad ripas exposita fluminis Amsaci*. Plinius 5, 21 : *Igilgili, oppidum Tucca impositum mari et flumini Ampsagæ. Flumen Ampsaga abest a Cæsarea CCCXXII m. p. ... Ab Ampsaga Numidia est Masinissæ clara nomine, Metagonitis terra a Græcis appellata*. Solinus 26 : *Quod est a flumine Amsiga* (*Ampsiga* vel *Siga* etiam codices Isidori 15, 1, 76) *Numidiæ datur*. Inferior fluvii pars nunc *Oued el Kebir*, superior *Oued bou Merzoug*. Ab Igilgili ad ostium fluvii sunt fere 22 m. p. (circa 110 sec. Ptol.). In ejus vicinia quærenda sunt *Pacciana Matidiæ*, quæ secundum Itinerarium et Tabulam P. ab Igilgili 24 m. p. distant. Inde a Cæsarea eo usque ex Itinerario colliguntur 325 m. p., consentiente fere Plinio, qui a Cæsarea ad Ampsagam 322 m. computat, unde patet errores Itinerarii ex fonte antiquo repetendos esse. Reapse oræ longitudo est fere 250 m. p. — *Tucca, finis Africæ et Mauritaniæ*, sec. Tabulam Peut. inter Igilgili et Cuicul (hod. *Djemila*) ponitur, ab illo 46 m., ab hoc LX (leg. XL) m. distans. Haud igitur in ora maritima, ut Plinius et Geogr. Rav. p. 153, 17 statuunt, sed in mediterraneis dextræ Ampsagæ ripæ oppidum appositum fuerit eo fere loco ubi ab occasu in Ampsagam influit *Endja* fluvius haud ita longe a Mileu (h. *Mila*) oppido. Eodem facit quod Adeodatus episcopus Milevitanus Donatista Tuccam oppidum a sua diœcesi avulsum esse conqueritur in Collat. Carthag. c. 65 et 130 (V. Bœcking ad Not. dign. 2, p. 631). Ptolemæus c. 3, 6 Tuccam hanc inter mediterranea Numidiæ oppida ponit 29° 30' 31° 20', tribus gradibus et amplius ab Ampsago fluvio, 50 m. p. (46 sec. Tab. Peut.) a Cuicul, quod oppidum similiter de vera sua sede deturbavit. Denique eandem Tuccam denuo ponit inter oppida mediterranea Mauretaniæ Cæsariensis. V. not. p. 608, 11. Fontes Ampsagæ, quos Ptolemæus ab ostio fluminis c. 350 m. p. distantes in extrema Mauretania inepte collocat; 70 fere m. p. ab ora maritima aberant, uti liquet ex titulo n. 5884 (*Genio numinis caput Ampsagæ sacrum C. Aruntius ... permisso ordinis suis pecuniis fecit atque dedicavit*), qui repertus est in regione *Fedj Sila*, tribus fere chiliometris a moscea *Sidi el Abassi* austrum versus juxta castellum ævi Byzantini ad fon-

3. Ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῇ Ἀφρικῇ κατὰ τὸν Ἀμψάγαν ποταμὸν μέχρι πέρατος, οὗ ἡ θέσις ἐπέχει μοίρας κϛ' γ'' κϛ'
ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τοῖς ὑποκειμένοις Λιβυκοῖς ἔθνεσι κατὰ τὴν ἐπιζευγνύουσαν ὑπὲρ τὴν Γαιτουλίαν τὰ νότια πέρατα γραμμήν.

4. Ὄρη δέ ἐστιν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ κατωνομασμένα τό τε Δοῦρδον ὄρος, οὗ τὸ μὲν ἀνατολικὸν ἐπέχει μοίρας
ιε' κθ' ∠''
τὸ δὲ δυτικόν, ὡς εἴρηται, ι' κθ'' ∠''
καὶ τὸ Ζάλακον ὄρος ιϛ' λα' γο''
καὶ τὰ Γάραφα ὄρη ιϛ' κη' γο''
καὶ τὸ Μαδεθούβαδον ὄρος, οὗ τὰ πέρατα ἐπέχει μοίρας
ιγ' κϛ' γο'' καὶ ιζ' ∠'' κϛ'
καὶ τὸ Κίνναβα ὄρος ιθ' ∠'' κϛ'

3. Ab orientali parte finitur Africa juxta Ampsagam fluvium usque ad terminum, qui est 26° 20' 26°
a meridiana autem parte infra sitis Libycis gentibus ad lineam, quæ supra Gætuliam australes terminos coniungit.

4. Montes sunt in ea provincia celebriores et Durdus mons, cuius partes orientales sitæ sunt 15° 29° 30'
occidentales, ut dictum est,
10° 29° 30'
et Zalacus mons 16° 31° 40'
et Garaphi montes 16° 28° 40'
et Madethubadus mons, cuius termini siti sunt
13° 26° 40' et 17° 30' 26°
et Cinnaba mons 19° 30' 26°

---

tem *Ain el Tsaur* [i. e. *fontem Tauri*. Credi possit huc pertinere *Tarudam* haud longe ab Ampsagi fontibus in Ptol. tabula positam ; at p. 612, 8 Ταρούδα corrupte scribi pro Ταβούδα veri similius esse videtur.], e quo nascitur *Oued bou Merzoug*, 26 m. p. a Cirta austrum versus. Mons fonti a meridie imminens *Djebel Borma* vocatur. Apud Ptolemæum *Buzara* mons qui per tres gradus extenditur, tractus montanus esse videtur, quo fluvii in *Oued Kebir* confluentes discriminantur ab iis qui meridiem versus in paludes exeunt. Ea in regione quum sit Zarai (h. *Zraya*) oppidum (Itin. p. 34, 7), nescio an cum hoc nomine Buzara nomen componendum sit. Orosius 1, 2, 45 de finibus Byzacii et Zeugis et Numidiæ loquens dicit : *Habent a meridie montes Uzaræ et post eos Æthiopum gentes pervagantes usque ad occasum Æthiopum.* Quæ referenda sunt aut ad Buzaram montem aut ad τὸ Οὐσάλαιτον ὄρος (hod. *Dj. Usselet* in medio Byzacio), ὑφ' ὃ Οὐζάλαι (Οὐζάραι v. l.) καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ἐρήμου Λιβύης, ut c. 3, § 6 legimus. — Ceterum Ampsagas fluvius nonnisi inferiore cursu Mauritaniam ab Africa provincia disterminabat, ac complura Mauritaniæ Ptolemæus tribuit quæ Africæ provinciæ adscribenda erant. || — 1. τῇ Ἀφρικῇ] τῇ τῆς Ἀφρικῆς ed. pr. || — 2. Ἀμψάγαν] Σαμψάγαν A, Ἀψάγαν S. || — μέχρι πέρ.] om. L, μέχρι τοῦ πέρ. BZ. || — ἡ, θέσις] ἡ, vulgo omissum, add. ed. pr. Verba οὗ ἡ θέσις ἐπ. μοίρ. om. ΣΩ, ἐπ μοίρ. om. W. || — 3. κϛ' γ''] κζ' γ'' F, κζ' ∠'' γ'' DLMOPRVWΔΞΣ, 26 1/2 edd. Vic. Ulm. || — 4. ὑποκειμένοις] παρακ. ed. pr., *a meridie* (sc. limites habet) *Libycos* (λιβυκος ὑποκειμένους Arg.) *juxta lineam* etc., ed. Arg. Vic. Ulm. || — 5. Γαιτουλίαν] Γετ. ed. Arg., Νατουλίαν ΦΨ. || — 8. τό τε Δοῦρδον] τάδε· τοῦνδον ΦΨ, τὸ Δεδοῦρθον Z, τὸ δὲ Δοῦργον B, τό τε Δοῦρνον X, Τοῦρδος ed. Arg. || — μὲν] om. X; ἐπ. μοίρ. om. S, μοίρας om. W. || — 10. ιε'] ιγ' ΦΨ, 13 edd. Vic. Rom. Ulm. || — 11. Versum om. X. Occidentalis terminus jam appositus est p. 587, 10. || — 11. ι'] ιε' ΦΨ, edd. Vic. Ulm. Arg., η' A, 10 ed. Rom. || — κθ' ∠''] 29 1/3 ed. Ulm. || — 12. Ζάλακον] Ζάλακος Arg., *Xalacus* ed. Rom., *Salacus* ed. Ulm. Hunc versum ante vs. 11 habet O. || — ὄρος ιϛ' λα' γο''] om. Φ, numeros om. Ψ edd. Vic. Ulm. Arg. || — λα' γο''] λα' γ'' L ed. pr. Mons ab Oppido Novo austrum versus positus quærendus videtur in regione *Zougzoug* dicta quæ est inter *Chelif* fl. et *Teniet el Haad* opp. Eundem tractum Carthy l. l. p. 50 appellat *le massif du Zakkar de Miliana*. Fortasse Zalacus est *Zelel* mons, cujus mentio fit in Tipasæ oppidi titulo n. 9292 p. 798, secundum quem miles quidam *at monte* (sic) *Zelel interfectus est*. || — 13. κη' γο''] κη' ∠'' L. τὰ Γάραφα ὄρη fort. montes regionis *Ziam Garaba*, ex quibus *Mina* fluvius oritur. || — 14. Μαδεθούβαδον] Μαδεθούβαλον X, Μαλεθούβαλον ed. pr., Μαδεθούβαλος Arg., *Madethubathus* ed. Rom. Cf. not. ad p. 587, 10. || — 15. ἐπ. μοίρ.] om. SΩ, μοίρας om. W. || — 16. ιγ' κϛ' γο''] κγ' κϛ' γο'' FN, νη' ∠'' κη' γο'' BEZ. || — καὶ ιζ' ∠'' κϛ'] καὶ ἔτι μοίρας ιζ' ∠'' κϛ' γ'' ed. pr., καὶ κα' κϛ' ∠'' BEZ ; καὶ om. S. || — 17. Κίνναβα] sic ZΦΨ Arg., Κίναβα BE, Κεννάβα PRVW ed. pr., *Cennaba* ed. Rom. (fort recte). *Cannaba* ed. Ulm., Κιννάβα cett. || — ιθ' ∠''] ιϛ' ϛ'' ed. pr., ιϐ' F. || — κϛ'] λγ' X. κϛ' ∠'' ed. pr. Mons in

καὶ τὸ Βύρβυρ ὄρος κ' ∠'' λα'
καὶ τὸ Φρούραισον ὄρος, οὗ τὰ πέρατα ἐπέχει μοίρας
ιη' ∠'' κη' γο'' καὶ κα' κϛ' ∠''
καὶ ὁ Γάρας ὄρος κγ' κη'
καὶ τὸ Οὐάλουα ὄρος κβ' κϛ'
καὶ τοῦ Βουζάρα τὰ δυτικά, ὧν ἡ θέσις κε' κε' ∠''

5. Κατέχουσι δὲ τῆς ἐπαρχίας τὰ μὲν πρὸς δυσμὰς Ἑρπεδιτανοὶ ὑπὸ τὰ καλούμενα Χαλκωρυχεῖα, ὑφ' οὓς Ταλαδούσιοι· εἶτα

et Byrbyr mons 20° 30′ 31°
et Phruræsus mons, cuius termini siti sunt
18° 30′ 28° 40′ et 21° 26° 30′
et Garas mons 23° 28°
et Valva mons 22° 26°
et Buzaræ pars occidentalis, quæ sita est 25° 25° 30′

5. Incolunt eius provinciæ partes occidentales *Herpeditani* sub Ærifodinis quæ dicuntur, infra quos *Taladusii*; deinde

---

Cissæ fere meridiano (19° 50′) positus referri potest ad hod. *Djebel Ouennagha* supra fontes Nasabath fluvii exsurgentem, a *Kasr Ksenna* austrum versus. Vicini ejus montis Enabasi (p. 604, 3) fuerint in hod. *Oued Enain*. Hoc si recte statuitur, Phruræsus mons, qui a Cinnaba seu Cennaba boream versus collocatur, hodie foret *Djurdjura*, *Ferratus mons* Ammiani 29, 4, 11. ‖ — 1. Βύρβυρ] sic X, Βύρην BMOSΩ, Βῆρυν CPRVW, Βύρινον A, Βύρυν cett.; *Berin* ed. Ulm., *Beryn* ed. Rom. ‖ — κ' ∠''] κ' ϛ'' A, κϛ' ed. pr. Byrbyr esse videtur hod. *Dj. Babor* a Choba opp. meridiem versus. Quæ ab eo monte 40 m. p. versus occasum hibernum ponitur Tucca, ab eo totidem m. p. versus ortum hibernum ponenda erat. ‖ — 2. Φρούραισον] Φούραισον FN, Φρούρεσον L. ‖ — τὰ πέρατα] τὰ ἄκρα ed. pr. Verba ἐπέχει μοίρας om. SΩ. ‖ — 4. ιη' ∠''] ιη' ϛ'' A, ed. pr. ‖ — κη' γο''] κη' γ'' L, ed. pr.; καὶ om. C; ‖ — κϛ' ∠''] κϛ' ϛ'' A, ed. pr. ‖ — Versus 2-7 om. ΦΨ; vs. 7 om. Arg. ‖ — 5. Γάρας] Τάραφος A, *Garasonis alias Saras mons* ed. Arg. ‖ — κγ' κη'] κβ' κϛ' ed. pr., quæ versu seq. pro κβ' κϛ' præbet κγ' κη'. Præferenda hæc videri possint, quoniam sic enumeratio montium ab occasu ortum versus rite procedit. Idem ego transpositione versuum efficere mavelim. Garas longitudinis gradu (23°) medius est inter Auziam (22° 10′), h. *Aumale*, et Tubunam (23° 40′), h. *Tubna*. Latitudinis gradus non 28°, sed 29° fuerit, adeo ut Garas mons in via directa inter oppida illa intercedente collocetur, et ab Auzia distet 62 m. p., quot sec. Itiner. p. 30 ab Auzia distat *Aras* oppidum, quod hodie esse *Tarmount* patet ex quatuor lapidibus milliariis (n. 10432 sqq. p. 906), in quibus *Ab Aras m. p...* legitur. Itaque *Aras* et *Garas* ejusdem nominis formas diversas esse, montemque indicari suspicor oppido a borea imminentem, ex quo fluvioli in lacum Tubonensem defluunt. ‖ — 6. Οὐάλουα] Οὐαλούα FN, Οὐαλοῦα Z, *Valoa* ed. Arg. Versus in C omissus, sed prima manu in margine suppletus est. ‖ — κϛ'] 25 2/3 ed. Rom. et C in margine. Qui sit Valva mons, tu videas. ‖ — 7. Βουζάρα] Βούζαρα h. l. codd. Cf. c. 3 § 6. ‖ — ἡ ante θέσις add. ex L.; οὗ τὰ πέρατα S.; ἐπέχει X. ‖ — κε' ∠''] κε' ϛ'' ed. pr. Plurimi codd. addunt καὶ κη' κζ', qui orientalis montis terminus est, cujus mentio ex 3, § 6 huc transfertur. Cf. not. ad p. 601, a. ‖ — 9. τὰ μὲν] τὰ μέρη τὰ μὲν ed. pr. ‖ — 10. Ἑρπεδιτανοί] Ἐρπ. FMNΔ ed. pr., Ἑρπεδητάνοι SΩ, Ἑρπεσιγανοί BEZΦΨ edd. Arg. Ulm., *Herepesigani* ed. Vic., *Herepedidani* ed. Rom. Cf. not. p. 587, 2. ‖ — ὑπὸ] ὑπὲρ de conj. Wilberg. ‖ — 11. Χαλκωρυχεῖα] sic ACDL, Χαλκωρύκια BEZΦΨ, Χαλκωρύχια cett., nisi quod Χαλκωρικιῶν (sic) Arg., *sub montibus Chalcoriciis* (*Chalcoryheiis* Rom.) *appellatis* edd. Vic. Rom. Ulm. Ærifodinæ fuisse videntur in tractu montano qui a Mulucha fl. ad Sigam et Salsum fluvios pertinet. Carthy l. l. p. 43 de his montibus hæc monet: « On n'y a, jusqu'à présent, reconnu qu'un seul et assez pauvre gisement de sulfure de cuivre, à *Sidna Oucha*; mais leur constitution géologique qui est sur de vastes étendues identique à celle de Mouzaca, permet de croire que ce métal y est plus abondant. » In regione metallifera fuisse videtur Χάλκα urbs, cujus Scylax 111 meminit: ἐν δὲ τῷ κόλπῳ Βαρτὰς νῆσος (de qua v. not. p. 593, b) καὶ λιμὴν καὶ Χάλκα (Χάλκη?) πόλις ἐν τῷ ποταμῷ. Ἀρύλων πόλις· Μῆς πόλις καὶ λιμήν· Σίγη πόλις. Cf. Steph. Byz.: Χάλκη πόλις Λιβύης· « μετὰ δ' αὐτὴν πόλις Φοινίκων Χάλκη » (ex Hecatæo?). Idem: Χάλκεια, πόλις Λιβύης· ὁ Πολυίστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ, ὡς Δημοσθένης, ᾧ μεμφόμενος Πολύβιος ἐν τῷ ιβ' ὧδε γράφει· « ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν Χαλκείων· οὐδὲ γὰρ πόλις ἐστίν, ἀλλὰ χαλκουργεῖα. Quæ juxta Χάλκην apud Scylacem nominatur Ἀρύλων πόλις, nescio an fuerit potius Δούλων πόλις (servorum metallicorum urbs), quam Libyæ urbem ex Hecatæo Stephanus Byz. commemorat. ‖ — Ταλαδούσιοι] Γαλαδούσιοι X, Τελαδούσιοι ed. pr., Τελαούσιοι L, *Thaladusii* ed. Vic. A Chalcorychiis meridiem versus est *Lalla Maghnia*, quod oppidum olim fuisse præsidium *Numeri Seve-*

Σῶραι, ὧν μεσημβρινώτεροι Μασαίσυλοι, ὑφ' οὓς Δρυῖται· εἶτα μετὰ τὸ Δοῦρδον ὄρος Ἠλούλιοι καὶ Τολῶται καὶ Νακμούσιοι μέχρι τῶν Γαράφων ὀρέων· τῶν δὲ Ταλαδουσίων εἰσὶν ἀνατολικώτεροι μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Χιναλὰφ ποταμοῦ Μαχούσιοι, ὑφ' οὓς τὸ Ζάλακον ὄρος, καὶ μετὰ τοῦτο Μάζικες· εἶτα Βαντουρᾶροι, καὶ ὑπὸ τὰ

Soræ, a quibus meridiem versus sunt *Masæsyli*, infra quos *Dryitæ*; deinde post Durdum montem *Elulii* et *Tolotæ* atque *Nacmusii* usque ad Garaphos montes; a Taladusiis autem sunt orientem versus usque ad Chinalaph fluvii ostia *Machusii*, infra quos est Zalacus mons, atque ultra eum *Mazices*, deinde *Banturari*, atque infra Gara-

---

riani Alexandriani Syrorum titulorum fide constat (V. C. I. p. 847. 841. 910). Hinc austrum versus est regio *Oued Ali-Ben-Thala* et ab hac et *Isli* fluvio occasum versus *Sereir* regio Has igitur Taladusiis et Soris vindicandas esse putaveris. Attamen quæritur an variis scripturis Γαλαδούσιοι et Τελαδούσιοι non indicetur potius populus cujus regio *Gedalusium* in Tabula Peutingeriana vocatur et in *orientali* Mauretaniæ parte inter Saldas et Chobam oppida apponitur. Similiter Nacmusii, quos Ptolemæus in occidentali Mauritania collocat, secundum Tabulam Peut. atque situm hodierni *Dj. Nacmus*, orientali potius provinciæ parti assignandi sunt. || — εἶτα] καὶ FMNOPRVΞ || — 1. Σῶραι] Σωρεοί DFMNOPRVWΔΞΞ, Σωριοί L, *Sorei* ed. Rom., Σωραιοί ed. pr. || — ὧν] εἶτα Σωρεῶν FLMNOPRVWΞ. || — Μασαίσυλοι] Μασέσυλοι X, Μασαισίλιοι ed. pr., Μασαίυλοι ΦΨ Arg., *Maseyli* ed. Ulm.; *Masæsyli* etiam Livius 18, 17. 24, 48. 29, 32 et Plinius 5, 17 : *Proxuma illi* (Maurorum genti) *Masæsylorum fuerat; simili modo exstincta est.* Idem 5, 52, de Nilo : *mox alio lacu majore in Cæsariensis Mauretaniæ gente Masæsylum erumpit.* Idem 21, 77 : *in Mauretaniæ Cæsariensis Gætulia contermina Masæsylis venenati favi gignuntur.* Idem 10, 22 : *In insula Africæ Cerne in oceano accipitres totius Masæsyliæ humi fetificant.* Μασσαισύλιοι ap. Polybium 3, 33, 15. 16, 13, 9; Μασαισύλιοι ap. Strabonem 17, 3, 7 et 9, secundum quem gens, cujus Syphax rex erat, a Molochath fluvio ad Tretum pr. per 6000 stadia pertinebat. Cf. Dionys. Per. 187 : Μασαισύλιοί τε καὶ ἀγρονόμοι Μασυλῆες. Stephanus Byz.: Μασαισυλία, χώρα Λιβύης προσεχὴς τῇ τῶν Μαυρουσίων. Τὸ ἐθνικὸν Μασαισύλιοι καὶ Μασαισυλιεῖς καὶ Μασαισυλῖται. Ptolemæus nomen gentis late olim sparsæ ex antiquioris historiæ memoria assumsit ac regionem ejus (siculi Maurorum in M. Tingitana) arctis finibus circumscripsit. || — 2. Δρυῖται] Δρυίται BELZΦΨ Arg., *Drytæ* edd. Vic. Ulm. Ignoti. Carthy l. l. p. 51 nomen græcum esse et quercetorum (δρυμῶν) incolas significare posse opinatur : « Les Dryites, ait, vivaient dans les grandes forêts de chênes qui couvrent le massif Tlemsénien depuis la frontière actuelle du Maroc jusqu'à Saida. » Idem vero nomen Druidarum, sacerdotum Celticorum, comparans, fortasse Celtiberorum gentem intelligendam esse suspicatur idque tanto probabilius esse censet, quum vicini in Tingitana Nectiberes sint. Quodsi Ibericam gentem esse constaret, pro Δρυῖται legendum proponerem Ὀρεῖται, siquidem Ὀρεῖται Ἴβηρες inter eos nominantur quos Hannibal ex Hispania in Libyam traduxit (Polyb. 3, 33, 9). Mihi in mentem venit pro Δρυῖται fort. scribendum esse Δυρῖται, i. e. accolæ Atlantis montis, quem Δύριν indigenæ vocabant (Strabo 17, 3, 2). ||—2. Δοῦρδον] Δούρδονον ed. pr., *Drudum* ed. Vic. || — 3. Ἠλούλιοι] Ἡλ. O, *Helulii* edd Arg. Ulm. || — Τολῶται] Τωλῶται ed. pr. De Eluliorum et Tolotarum sedibus certius aliquid dici nequit. Carthy. l. l. p. 53 : « Les Elouliens occupaient la partie du massif Tlemsénien et les hauts plateaux marocains qui s'étendent de la Mlouia aux limites de l'Algérie; les Tolotes le pays des Ouled Nahr el Ibel, des Ouled Ali ben Hamel, des Beni Matar, des Djafra et des Hameian orientaux et occidentaux. » || — Νακμούσιοι] Νακβούσιοι ΦΨ, *Nacbusii*, Ναρβούσιοι, ed. Arg.; *Nabusii* ed. Ulm. In Tab. Peut. *Nagmus* nomen in orientali Mauritaniæ parte adscribitur, ibidemque a Saldis meridiem versus hodie est *Djebel Nagmus*. Aliam prorsus regionem Nacmusiis Ptolemæus assignat. — 4. Γαράφων] Γαραφῶν DFLMNOPRSVWΔΞΦΨΩΞ ed. pr. || — Ταλαδ.] Γαλαδ. X, Τελαδ. ed. pr. || — 6. Χιναλάφ] ΧινάλαφΞ ed. pr., *Climalaph* ed. Ulm. || — 6. Μαχούσιοι] Μαχχούσιοι X, Μαχούχιοι Γ. || — 7. Ζάλακον] Ζάλακος ed. Arg., Γάλαζον X. || — 8. Μάζικες] *Nazices* ed. Ulm. Cf. p. 585, 8. Hi Mazices apud Ammianum 29, 5, 17. 21. 25 commemorari et a castello Tingitano (*Orléansville*) austrum versus consedisse videntur. Inter principes horum Mazicum fuit *Bellene* quidam (Ammian. 29, 5, 21), cum cujus nomine componendum fuerit *Ballene* (*Pellene* v. l.) *præsidium* (Itin. p. 37, 3), quod a Mina (hodie *Relizan* ad *Mina* fluvium) 16 m. p. austrum et occasum versus distabat. Alia erat *Mazicum regio Montensium*, cujus mentio fit in titulo Lambæsitano n. 2786, et quam ad *Montem* oppidum (hod. *Kasbait*. V. C. Inscr. 8, p. 739) inter Sitifin et Cuicul fuisse

Γάραφα ὄρη Ἀκουήνσιοι καὶ Μυκῆνοι καὶ Μακκοῦραι, καὶ ὑπὲρ τὸ Κίνναβα ὄρος Ἐνάβασοι· ἀνατολικώτεροι δὲ τοῦ Ζαλάκου ὄρους ἐπὶ θαλάσσῃ Μακχουρῆβοι, ὑφ' οὓς Τουλήνσιοι· εἶτα Βανίουροι, ὑφ' οὓς Μαχοῦρες· εἶτα Σαλάσσιοι καὶ Μαλχούβιοι οἱ ὀρεινοί· πάλιν δὲ ἀνατολικώτεροι τῶν Τουληνσίων Μουκοῦνοι καὶ Χιτοῦαι μέχρι τοῦ Ἀμψάγα ποταμοῦ, ὑπὸ δὲ τούτους Κοιδαμούσιοι· εἶτα Τοδοῦκαι παρὰ τὰς πηγὰς τοῦ Ἀμψάγα ποταμοῦ.

6. Πόλεις δέ εἰσιν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ μεσόγειοι αἵδε·

phos montes *Aquenses* et *Myceni* et *Maccuræ*, atque supra Cinnaba montem *Enabasi;* ad orientem vero a Zalaco monte in ora maritima sunt *Macchurebi*, infra quos *Tulenses;* deinde *Baniuri*, infra quos *Machures;* deinde *Salassii* et *Malchubii Montani;* rursus orientem versus a Tulensibus habitant *Mucuni* et *Chituæ* usque ad Ampsagam fluvium, infra hos autem *Cœdamusii;* deinde *Toducæ* iuxta fontes Ampsagæ fluvii.

6. Oppida sunt in ea provincia mediterranea hæc :

---

crediderim. || — Βαντουρᾶροι] sic SΩ, Βαντουράριοι F, Βαντουράροι cett., *Bantunari* ed. Rom., *Banturani* ed. Ulm. Ignoti. Scribendum suspicor Βανιουᾶροι, pars τῶν Βανιούρων qui ab iis ortum versus collocantur. || — 1. Γάραφα] Γάραθα L. || — Ἀκουήνσιοι] Νακουήνσιοι ed. pr., Ἀχουκύσιοι ed. pr., *Achuensis* ed. Ulm. Memoratur *Aquensis* episcopus. Aquarum seu thermarum quarundam accolæ fuisse videntur. || — Μυκῆνοι] Μυκίνοι ed. pr., *Miceni* ed. Vic. Verba καὶ Μυκ. om. BEZ. Cf. Μουκοῦνοι infra vs. 8. Herculem Olbianos et Mycenæos in Libyam deduxisse eorumque ope Diodorum, a quo Iuba genus duxit, multas gentes subegisse fabulatur Plutarchus Sertor. c. 9, 7. || — 2. Μακκοῦραι] Μακοῦραι FΦΨ Arg., Μακκούρωνες A. Cf. *Macares* ap. Corippum Joann. 4, 5 ; Βοράδες οἱ καὶ Μάκορες in libro generat. p. 41 ed. Müllenhoff.; *Vamacures* in Africa provincia ap. Plin. 5, 30. || — ὑπὲρ] ὑπὸ SXΦΨΩ. μὲν, quod post ὑπὲρ in codd. legitur, delevit Wilberg. || — Κίνναβα] Κίναβα PV, Κίνναρα W, *Cennaba* ed. Rom. Cf. p. 601, 17. || — 3. Ἐνάβασοι] ἐν ἄβασοι O, Ἀναβάσεως FN, Νάβασοι ed. pr., *et Nabasi* ed. Vic. Cf. not. p. 601, 17. || — δὲ] om. ΦΨ. || — Ζαλάκου] Ζαλύκου ed. pr. || — 4. Μακχουρῆβοι] Μαχχοῦ ῥῆβοι P, Μαχουρῆβοι ed. pr., Μαχλουρῆβοι ΦΨ, Μαχλουρήβιοι Arg.. *Maclurebii* ed. Ulm. Cf. Plinius 5, 21 : *civitates Timici*, *Tigavæ*, *Sardabal*, *Aves*, *Nabar*, *gens Macurebi*, *flumen Usar*, *gens Nababes* [horum nomen inter Rusucurru et Saldas in Tab. Peut. legitur], *flumen Ampsaga*. Alii Μακχουρῆβοι c. 6, 6 nominantur inter populos Libyæ interioris. Gentem indigenis dici *Magrâuah*, magnam olim lateque sparsam, censet Barthius l. l. p. 233. || — 5. Τουλήνσιοι] τοῦ λήνσιοι P, Τουλίνσιοι ed. pr., *Tudensii* ed. Vic. Horum fuerit *princeps ex Castelo* (sic) *Tulei*, cujus mentio fit in titulis n. 9005 et 9006 loci *Diar Mami* dicto, qui a *Dellys* oppido oræ maritimæ 12 m. p. austrum et occasum versus distat. || — Βανίουροι] *Banniuri* ed. Ulm. Plinius 5, 17 *Baniuras* tanquam Gætulam gentem Mauretaniæ Tingitanæ novit, in qua Βανιούβας Ptolemæus habet. Mauretaniæ Cæsariensis Baniuri apud Ammianum 29, 5, 33 *Baiuræ*, ap. Iulium Honorium p. 54 ed. Riese *Vaniures*. || — 6. Μαχοῦρες] Μάχουνες Arg., Μαχούρωνες. || — Σαλάσσιοι] ΣαλάσιοιFNSΩ, edd. Arg. Ulm., Θαλάσσιοι AMO, ΣαλάνσιοιΞ, Σαλαγαίσιοι L, Σαλάμψιοι ed. pr., Σαλαμύσιοι CW, *Salmysii* ed. Rom. || — Μαλχούβιοι οἱ ὀρεινοί] M. οἱ ὀρινοὶ X ; in cett. om. οἱ ὀρεινοί. Apud Plinium 5, 30 *Marchubii* in Africa provincia nominantur. || — 7. ἀνατολ.] μὲν add. ed. pr. || — 8. Τουληνσίων] Τουλενσίων X, Τουλινσίων ed. pr. || — Μουκοῦνοι] Μουκῶνοι X et ed. pr. Cf. *Musuni* in Africa provincia ap. Plin. 5, 30, *Musonii* in Tab. Peut. inter Sitifin et Tubunam ; *Musunei* ap. Iulium Honor. p. 54. || — Χιτοῦαι] Χιτούωνες A. Ad hoc populi nomen fortasse referendum esse *Cetuph*, sec. Berberorum genealogias *Levæ* filium, cui fratres erant *Masalah*, *Zabar*, *Masel* et *Naithath*, censet Movers l. l. p. 378. || — 9. Ἀμψάγα] Σαμψάγου A, *Ampsacam* ed. Ulm. || — 10. Κοιδαμούσιοι] Κοιδαμάσιοι DΞ, Κηδαμούσιοι AS, Κιδαμούσιοι CPRVWΦΨ edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. || — Τοδοῦκαι] Τουδοῦκαι FN, Τολοῦκαι SΩ, Τοδούκωνες A, Δοῦκαι PRVWX ed. pr., *Duce* ed. Rom., Τόδοι καὶ ΦΨ Arg., *Todi* ed. Ulm., *Todio Lucæ* ed. Vic. || — 11. Ἀμψάγα] om. SΩ ; Σαμψάγου A, *Ampsacæ* ed. Ulm. || — 12. μεσόγειοι] om. L. Titulorum fide constat ubinam sita fuerint oppida mediterranea Ataba, Auzia, Bida, Manliana, Mina, Oppidum novum, Sitiphis, Tubuna, Tubusuptus, Zucchabar ; alia, ut Celama, Tigisi, Sudava, Aquæ calidæ, Tucca, Vagæ, Itinerariorum ope collocare licet pro-

Οὐασβαρία	ιβ′ L″	λδ′	Vasbaria	12° 30′	34°	
Κελάμα	ιβ′ ϛ″	λγ′ L″	Celama	12° 10′	33° 30′	
Οὐρβάρα	ιβ′ L″γ″	λγ′ L″	Urbara	12° 50′	33° 30′	
Λανιγάρα	ιβ′	λγ′	Lanigara	12°	33°	
Οὐίλλα κώμη	ιβ′ γο″	λβ′	Villa vicus	12° 40′	32°	
Ἀλτάουα	ιβ′ L″	λα′ ϛ″	Altava	12° 30′	31° 10′	
Μνιάρα	ιβ′ L″γ″	λγ′	*Mina*	12° 50′	33°	
Τίμιχι	ιγ′	λγ′ ϛ″	Timici	13°	33° 10′	

babiliter. Horum vero pleraque quum a Ptolemæo per ficticia Mauretaniæ spatia temerario prorsus modo disseminentur, facile patet reliqua quæ ex uno Ptolemæo novimus, suis adsignari locis tuto judicio non posse. ‖ — 1. Οὐασβαρία] Οὐασβρία tabula cod. A ‖ — ιβ′ L″] ιβ′ ϛ″ ed. pr. Oppidum ignotum. Fort. stetit ubi nunc *Maskara*, aut, si recte a Chylemath fl. ostio 25 m. p. distans exhibetur, ad hod. *Oued Habra* (29 chiliom. a *Maskara* boream versus) eo fere loco ubi lapis milliarius n. 10460 p. 909 repertus est. ‖ — 2. Κελάμα] sic BEZ, Κέλαμα cett. Præstat Κάλαμα, uti legitur in Itin. maritimo p. 513 et Itin. Ant. p. 36; *Galama* in Rav. p. 345, 14 et ap. Guidonem p. 513, 1. Alia Calama Africæ provinciæ (hod. *Gelma*), cujus Ptolemæus non meminit, nota est ex titulis C. Inscr. p. 521, Orosio 5, 15, Iulio Honorio p. 48, 5, Augustino De civ. 22, 8; 20, Actis Conciliorum et Not. episc. Nostra Calama oræ maritimæ oppidum erat, uti liquet ex Itinerario. V. not. p. 593 et 594. ‖ — 3. Οὐρβάρα] Βαρβάρα X. Ignota. Oppidum sec. Ptol. a Celama 33 m. p. distat. Totidem ab ea abest hod. *Arbat*, quod oppidi antiqui locum obtinere titulis comprobatur. Quodsi ibi Urbara stetit, in titulo truncato n. 9792 pro *RES p. R...*, quod apographo nunc exhibetur, scriptum fuerit *UR...* — Carthy l. l. Mniaram Ptolemæi Pomariam (h. *Tlemsen*) titulorum esse opinatus, Urbariam et Vasbariam sec. Ptol. tabulam in via a Pomaria Sigam ducente sitas fuisse censuit et Urbaram ad hod. *Hadjar Ouâghef*, Vasbariam vero hod. *Souma* retulit, quoniam uterque locus ruinas romanas habet. ‖ — ιβ′ L″ γ″ λγ′ L″] ιβ′ ϛ″ λγ′ ϛ″ ed. pr. ‖ — 4. ιβ′ λγ′] ιβ′ L″ λγ′ L″ X. Lanigara ignota. Carthy p. 37 eam refert ad ruinas castelli, quod ad *Oued Isli* situm *le château d'Isli* vocatur. ‖ — 5. Οὐίλλα] Οὔιλλα ed. pr., Βίλλα X, Οὐίλα B, Οὐιλλακώμη ΦΨ, *Villacoma* edd. Vic. Ulm. Ignota. Commemoratur episcopus *Villanovensis* ‖ — ιβ′ γο″] ιβ′ γ′ ed. pr. ‖ — λβ′] λβ′ δ″ X ed. pr. ‖ — 6. Ἀλτάουα] de conj., Ἀλτάω X, Ἄλταω ed. pr., Ἀτώα BCEZ, Ἀτῶα ADFL, Ἀτῶαι ΦΨ Arg., *Atoa* ed. Rom., *Atoa* ed. Ulm., *Altroa* ed. Vic. ‖ — ιβ′ L″] ιβ′ ϛ″ ed. pr. ‖ — λα′ ϛ″] λα′ L″ X. — *Ataba* G. Rav. p. 160; *Altabensis episcopus* in Concilio Carth. a 484. (Alia Altava, a Theveste 18 m. p. distans occasum versus, in Itin. p. 27.). De situ oppidi nunc constat titulis qui reperti sunt in ruinarum loco *Hadjar er Roum* (nunc *Lamoricière*) dicto ad *Isseur* fluvium, a *Tlemsen* (Pomaria) ortum versus. In n. 9834 : *Pro salute (civi)tatis Alt(avæ) et incolumitate* etc. In n. 9835 : *Pro salute et incolumitate regis Masunæ gentium Maur(orum?) et Romanorum (Pomanorum?) castrum edific(atum) a Masgivini præf(ecto) de Safari idir (?) procuratore castra Severiana, quem Masuna Altava posuit. Et Maxim(us) proc(urator) Alt(avæ) perfecit. Pos(itum?) p(rovinciæ) CCCCLXVIIII* (508 p. C). De ruinis Altavæ v. Mac Carthy in *Revue Africaine* 1, p. 96 (1856) ex eoque Willmanns in C. Inscr. p. 254. In Ptolemæo Altava longitudinis gradu dimidio a Sigæ meridiano distat satis accurate, latitudinis vero gradus non 31° 10′ sed 34° ponendus fuisset, adeo ut Altava eum locum teneret quem in Ptol. tabula habet Vasbaria. ‖ — 7. ιβ′ L″ γ″] ιβ′ ϛ″ ed. pr., ιβ′ ϛ″ γ″ (sic) A. Velim ιγ′ L″ γ″. ‖ — λγ′] λγ′ L″ γ″ X, λγ′ ϛ″ BEZ, edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. Μνίαρα corrupte scribitur pro Μίνα. Vulgata scriptura ex conflatis scripturis Μίνα et Μίρα orta esse videtur. In Itinerario p. 37 codices præbent *Mina* et *Mira*. Pertinet huc *Minnensis* episcopus. Oppidum a Castello Tingitano (*Orléansville*) 61 m. p. distans in via ad Albulas aquas (*Sidi Abdeli*) ducente (Itin. p. 38) quærendum est ad Minam fl. (h. *Mina*), ubi nunc est *Relizan*, prope quem locum repertus est titulus n. 9726, p. 832. Ab Altavæ ruinis *Relizan* distat. c. 116 m. p. versus ortum æstivum. Totidem in Ptolemæi tabula ab Altava Minam habes, sed boream versus. Quodsi pro ιβ′ L″ γ″ scripseris ιγ′ L″ γ″ etiam distantia quæ est inter Minam et Oppidum Novum (*Ain et Kadra*) ad verum propius accederet. ‖ — 8. Τίμιχι] Τιμίχι ABEZ Arg., Τιμίχη SXΩ ed. pr. ‖ — ιγ′] sic X, ιγ′ L″ γ″ cett., quod ortum fuerit ex ιβ′ L″ γ″. ‖ — λγ′ ϛ″] λγ′ γ″ BEZ edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. — Cf. Plinius 5, 21 : *civitates Timici, Tigavæ* etc.; in Not. episc. *Timicitanus episcopus*. Hodie *Ain Temouchent*, ut probabiliter statuunt Mac Carthy p. 24 et Nau de Champlouis l. l.; Willmanns in C. I. p. 838 hunc locum olim Safar dictum esse

Ἀστακιλίς	ιγ′ γ″	λγ′ ϛ″	Astacilis	13° 20′	33° 10′
Ἀρίνα	ιγ′ ∠″	λ′ ∠″γ″	Arina	13° 30′	30° 50′
Ἀρίπα	ιδ′	λ′ ∠″γ″	Aripa	14°	30′ 50′
Οὐικτωρία	ιδ′ ϛ″	λγ′	Victoria	14° 10′	33°
Γιγλοῦι	ιδ′ ∠″	λβ′ ∠″	Giglui	14° 30′	32° 30′
Βουνογόρα	ιδ′ ∠″	λα′ ∠″	Bunogora	14° 30′	31° 30′
Οὐάγαι	ιε′ δ″	λ′ ∠″δ″	Vagæ	15° 15′	30° 45′
Μανλιάνα	ιε′ ∠″γ″	κη′ ∠″γ″	Manliana	15° 50′	28° 50′
Ἄπφαρ	ιϛ′ γ″	λγ′ δ″	Apphar	16° 20′	33° 15′

conjecit, quoniam in titulo sepulcrali ibi reperto n. 9800 quidam nominatur *frater prefectu* (sic) *Safari*. At lapis ille sepulcralis id haud probat, ac in Atlavæ titulo n. 9885 præfectus *de Safari* ita commemoratur ut in propinquo Atlavæ Safar (Ἄπφαρ ap. Ptol.?) oppidum fuisse videatur. || — 1. Ἀστακιλίς] Ἀσταλικίς ΦΨ, Ἀστακιλικίς ed. pr. || — ιγ′ γ″] ιγ′ X, 13 1/2 ed. Vic. Rom. Ulm. || — λγ′ ϛ″] λϛ′ γ″. Astacilis ignota. Ab *Ain Temouchent* ortum versus est *Djebel Tessala*, in quo Astacilis nomen agnoscere sibi videtur Nau de Champlouis. || — 2. Ἀρίνα] Ἄρινα SGΩ, Ἀιρνά ΦΨ, Ἀρίνά (sic) Arg. || — ιγ′ ∠″] ιγ′ ϛ″ A. || — λ′ ∠″ γ″] λ′ ϛ″ γ″ (sic) A, λ′ ϛ″ ed. pr., λ′ γ″ X. Situs oppidi ignotus. *Arennensis* inter incertæ provinciæ episcopos occurrit. || — 3. Ἀρίπα] Ἄριπα Z, Ἀριπά ΦΨ Arg.; Ῥιπία X et ed. pr., quod ortum esse ex Ῥίπα videtur, juxta quam nominis formam Ἀρίπα in usu fuerit, præfixa a litera, ut passim. || — ιδ′] 13 ed. Arg. || — λ′ ∠″ γ″] λ′ ϛ″ γ″ A, λ′ ϛ″ ed. pr. — Episcopus *Castello-Ripensis* subscripsit in Concilio Carthag. an 434. Pertinere huc videntur *Ripæ Nigræ* (ad Nigrensem fluvium) apud Rav. p. 160, ubi: *Tepidas* (i. q. *Ad Albulas*, 50 m. p. a Calama in Itin. p. 36; hod. thermæ *Sidi Abdeli*). *Fovea rotunda*. *Ripas Nigras*. *Stabulum Regis*. *Ataba* (i. e. *Altaba*, h. *Hadjar er Roum*). Ripa igitur haud ita longe ab Altaba alicubi fuerit. Nigrensis fluvius, cujus alio loco Ravennas meminit, unus ex fluviolis fuerit, quorum confluxu inter Altabam et Tepidas aquas *Isseur* fluvius evadit. || — 4. Οὐικτωρία] sic XΞs Οὐικτορία ed. pr., Βικτωρία cett. || — ιδ′ ϛ″] sic ed. pr., ιδ′ ∠″ cett. || — λγ′] sic XΦΨ ed. pr., edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., λ′ γ″ cett. Carthy l. l. Ptolemæi tabulæ fidens Victoriam retulit ad *Ain Zertita*, quod a *Djebel Tessela* ortum versus situm est. Ni fallor, Victoria hæc eadem est quam inter Zimicum et Igilgili urbis territoria sitam esse ex titulo novimus (v. not. p. 600, 1). Ptolemæus eam inter similia Timici et Giglui nomina collocavit. || — 5. Γιγλοῦι] Γιγλούι F, Γιτλούι ed. pr., Γιγλούη ACDLMOPRV WΞΞ, *Giglua* ed. Rom. || — ιδ′ ∠″ λβ′ ∠″] ιδ′ ϛ″ λβ′ ϛ″ ed. pr. In Itinerario p. 13 est *Gilva colonia* m. 13, p. a statione Ad Salsum fluvium, 24 m. p. a portu Divino. De situ certius non constat. Vulgo Gilva refertur ad *Arzeu* ruinas; hæ vero a portu Divino 12 tantum m. p. distant. Præterea titulus n. 9792 docet Gilvæ nomen ad ruinas illas nihil pertinere. V. not. p. 594. || — 6. Βουνογόρα] sic X, Βουνόβορα DEZ, Βουηνοβόρα F, Βουνόβιρα ΦΨ Arg., Βουνοβιώνα W, Βουνοβώρα ed. pr., Βουνοβόρα cett. || — ιδ′ ∠″ λα′ ∠″] ιδ′ ϛ″ λα′ ϛ″ ed. pr. Cum Bunogara nomine fortasse componendus est *Boncariensis* episcopus in Not. ep. Situs oppidi ignotus. || — 7. Οὐάγαι] Οὐαται X, Οὐάτται SΩ, Οὐάγια F. || — ιε′ δ″] ιε′ ∠″ XΦ² edd. Vic. Rom. Ulm. || — λα′ ∠″ δ″] sic F, λα′ ϛ″ ed. pr., λ′ ϛ″ δ″ A, λ′ ∠″ δ″ cett. In Itin. p. 37, 9 plurimi codd. *Vagal*, unus codex Escor. *Vaga* (cf alia Vaga in Africa prov.). In Notit. episc. *Vagalitanus* episcopus et *Vagensis* nominatur. Situs oppidi definiendus est sec. Itinerarii numeros, qui ita constituendi esse videntur;

Mina (*Relizan*)	
Cadaum castra	XXV
Vaga	XVIII
Castellum Tingitanum (*Orleansville*)	XVIII
Tigava munic. (*el Kherbe*, ruin.)	XXII (XVII?)
Oppido Novo (*Ain el Kadra*)	XXXII (XXII?)

Sec. Ptolemæum Vagæ ab Oppido Novo c. 42 m. p. distant. || — 8. Μανλιάνα] Μανδιανα X, Μαυλιάνα FN, Μανατιάναν ed. pr. || — ιε′ ∠″ γ″] ιε′ ϛ″ ed. pr. || — κη′ ∠″ γ″] κη′ ϛ″ ed. pr., κη′ ∠″ L. Debebat: ιε′ ∠″ δ″ λβ′ ∠″ δ″. Oppidum *Malliana* vocatur ap. Augustinum ep. 236 et in Itin. p. 38. In Actis collat. Carthag. an. 411 episcopus *Malianensis*, in Notit. episc. an. 484 epic. *Milianensis*. Hodie *Miliana*. Ab Oppido Novo 18 m. p. distat (Itin.). Tituli loci v. in C. I. p. 820. || — 9. Ἄπφαρ] Ἀμπψάρ ΦΨ, *Ampfarum*, Ἀμψαρόην (sic) Arg., *Ampsarum* ed. Ulm || — ιϛ′ γ″] de conj.; ιδ′ γ″ ed. pr., ιδ′ γο″ cett., utrumque contra ordinem. Quapropter Wilbergius de suo dedit ιε′ γο″, ego malui ιϛ′ γ″ || — λγ′ δ″] λγ′ γ″ X ed. pr., edd. Rom. Ulm, 32 1/3 ed. Vic. Secun-

Ὄππιδον Νέον κολωνία	ιϛ'		λβ'	γο'	Oppidum Novum, colonia	16°		32°	40'
Βοῦρκα	ιϛ'	∠''γ''	λ'	∠''δ''	Burca	16°	50'	30°	45'
Τάῤῥον	ιϛ'	δ''	λ'		Tarrum	16°	15'	30°	
Γάῤῥα	ιϛ'	∠''	λβ'	∠''γ''	Garra	16°	30'	32°	50'
Ζουχάββαρι	ιϛ'	∠''γ''	λβ'	γο''	Zuchabbari	16°	50'	32°	40'
Ἰράθ	ιζ'		λβ'		Irath	17°		32°	
Τένισσα	ιζ'	∠''γ''	λα'	ϛ''	Tenissa	17°	50'	31°	10'
Λάμιδα	ιη'	∠''	λβ'	γ''	Lamida	18°	30'	32°	20
Οὐάσανα	ιη'	γ''	λα'	γο''	Vasana	18°	20'	31°	40'

dum numeros receptos Apphar ab Oppido novo 37 m. p., a Cæsarea 33 m. p. distat. In Itinerario p. 31 et 38 ab Oppido novo 37 m. p., a Cæsarea 41 m. p. distat oppidum quod in plerisque codd. recte *Sufasar*, in cod. Vaticano *Sufar*, in cod. Escor. *Sufus* vocatur. (Similiter episcopus oppidi in Collat. Carth. an. 411 *Sufasaritanus*, in Notit. an. 484 *Sufaritanus* scribitur). Idem oppidum ap. Ptolemæum intelligendum esse suspicor. Cogitari etiam possit de *Safar* oppido, cujus in titulo Altavæ mentio fit (v. not. p. 606 a); attamen hoc in Altavæ vicinia potius quum in nostra hac regione exstitisse videtur. Sufazar seu Suphar sec. Itinerarii rationes hod. *Amora*. Titulus ibi repertus n. 9906 p. 817. ‖ — 1. Ὄππιδον νέον] de conj.; Ὀππιδῶν νέον X, Ὀππιδόνεον ed. pr., Ὀππιδόναιον Γ, Ὀπιδὸν νέον FN, Ὄπιδον νέον ADLMOPRSVWΔΞ, Ὀπιδόνεόν BEZ, *Opidoneum* ed. Vic., Ὀπιδόννεον C, Ὀπιδονίων Φ Arg., *Opidonion* ed. Ulm., *Oppidon neon* ed. Rom. ‖ — κολώνεια FLMNOΣ. ‖ — λβ' γο''] λβ' γ' ed. pr. Plinius 5, 20 : *Ejusdem* (Claudii) *jussu deductis veteranis oppidum Novum* (*coloniæ jure donatum*). Itin. p. 38, 2 : *Oppido novo colonia*. In Notit. ep. *episcopus Oppidonobensis*. Nunc oppidi locus *Ain Khadra* indigenis dictus, ubi *Duperré* vicum Francogalli condiderunt. Nomen *Oppidon* in titulo ibi reperto n. 9643 p. 823. A Tigava sec. Itin. p. 37 Oppidum Novum 32 m. p. distat. Apud Ptolemæum p. 608, 3 Tigava perperam ponitur 18° 50'. 30° 30', et 42 m. p. ab ea distans Ὀππίδιον (19° 10' 31° 10') collocatur, quod a nostro Oppido Novo non est diversum. ‖ — 2. Βοῦρκα] Βούρκα SX ed. pr.; ιϛ' ϛ'' λδ'' ed. pr. Oppidum ignotum. Forlasse hod. *Boghar* haud longe a *Cheliff* fluvii ripa sinistra, 28 m. p. a Sufasar (*Amora*) austrum et occasum versus. Vetus ibi oppidum stetisse probatur titulis, quorum unus (n. 9230) secundum apographum, quod in C. Inscr. p. 790 exhibetur, ita habet HONOREIVR. O. Hæc Mommsenius interpretanda esse putat (B)ONO REI (P)U(BLICÆ NATUS). Ego nescio an fuerit *bono* R. BVR(C)O... ‖ — 3. Tarrum ignotum. Sec. Ptolemæum 72 m. p. a Manliana boream versus distat. In Itinerario p. 38, 7 Taranamusa castra a Manliana absunt 50 m. p. in via Rusucurru ducente. ‖ — 4. Γάῤῥα] Γάριρα F. Ignota. ‖ — ιϛ' ∠''] de conj. Wilbergius propter ordinem numerorum; ιε' ∠'' et ϛ'' codd ‖ — λβ' ∠''γ''] λβ' ϛ'' γ'' A, λβ' ϛ'' ed. pr. ‖ — 5. Ζουχάββαρι] Ζουχάββαρα ΦΓ Arg., *Zuchabbaru* ed. Vic., *Suchabbara* ed Ulm., Ζουχάβαρι L, Χουζαββαρι X, Βουχάμβαροι ed. pr., Οὐχάββαρι C, Οὐχάβαρι W, *Uchabari* ed. Ulm. ‖ — ιϛ' ∠'' γ''] ιϛ' ∠'' γο'' X, ιϛ' ed pr. ‖ — λβ γο''] λβ' γ'' ed. pr. Plinius 5, 34 : *Intus colonia Augusta quæ item Succhabar* (*Suchabar*, *Succabar*, var. lect.). Ammianus 29, 5, 20 : *Municipium Sugabarritanum Transcellensi monti adclinе*. Collat. Carth. an 411 : *episcopus Zugabbaritanus* et *Subcabbaritensis*. Not. episc. an. 484 : *Zucabiaritanus*. Oppidum fuisse videtur prope sacellum *Sidi Abd el Kader el Djilani* sub monte in quo sita est Miliana, ubi quæ fuerunt rudera ætatis Romanæ nuper cesserunt vico Francogallico *Affreville* dicto; nam in propinquo repertus est lapis milliarius n. 10450 p. 908 : *a Zucc*[*abar*) *m. p. IIII*. Cf. Berbrugger in *Revue Africaine* 8, p. 454. Cum monte Transcellensi cf. caput Cillani a Sufafar 16 et a Tiranadi 24 m. p. distans sec. Itin. p. 31. *Præpositus limitis Caput-Cellensis* in Not. Imp., *Caput-Cillensis* episcopus in Not. episc. ‖ — 6. ιζ'] ιϛ' F. Irath, opp. ignotum. A Zuchabbari c. 42 m. p. distat. Totidem fere sec. nostras tabulas sunt a Zuchabbari oppidi loco usque ad *Tiranadi* Itinerarii p. 31, siquidem hoc oppidum in hodierno *Berwaghia* probabiliter agnovit Berbrugger (*Rev. Afr.* 4, p. 48. 236. Cf. C. I: p. 791). Porro a Cæsarea ad Tiranadi sec. Itin. p. 30 (*Cæsarea* 25 *Aquis* 16 *Sufasar* 16 *Caput-Cillani* 25 *Tiranadi*) sunt 82 m. p.; totidem (1° 20') habes ap. Ptol. sec. lineam rectam a Cæsarea ad Irath. Denique a Tiranadi ad Aquas in Itin. sunt 57 m. p.; in Ptolemæo ab Irath ad Aquas calidas (h. *Hammam Righa*. V. C. I. p. 819) sunt 50 m. p. Quæ omnia suadent Irath a Tiranadi non esse diversum. De situ sequentium oppidorum, Tenissæ, Lamidæ, Vasanæ, Castmaræ, Binsillæ quid statuendum sit nescio. ‖ — 7. ιζ' ∠'' γ''] ιζ' ϛ'' ed. pr. — 8. ιη' ∠''] ιη' ϛ'' ed. pr. ‖ — λβ' γ''] λα' γ'' ADFLMNOPRSVWΔΞΩΣ. ‖ — 9.

Κασμάρη	ιη′	ς′′	λ′	∠′′γ′′	Casmare	18° 10′	30° 50′
Βινσίττα	ιη′	∠′′	λ′	γο′′	Binsitta	18° 30′	30° 40′
Τιγαῦα	ιη′	∠′′γ′′	λ′	∠′′	Tigava	18° 50′	30° 30′
Νιγιλγία	ιη′	δ′′′	λ′	δ′′	Nigilgia	18° 15′	30° 15′
Θισίζιμα	ιη′	∠′′	κθ′	∠′′	Thisizima	18° 30′	29° 30′
Χοίζαλα	ιη′	γο′′	λβ′	∠′′	Chœzala	18° 40′	32° 30′
Ὕδατα Θερμὰ κολωνία	ιη′		λβ′	ς′′	Aquæ Calidæ, colonia	18°	32° 10′
Φλωρία	ιθ′	γ′′	λα′	γο′′	Floria	19° 20′	31° 40′
Ὀππίδιον	ιθ′	ς′′	λα′	ς′′	Oppidium	19° 10′	31° 10′
Λαυδία	ιθ′	∠′′γ′′	κθ′	∠′′γ′′	Laudia	19° 50′	29° 50′
Τοῦκκα	κ′		λα′	∠′′	Tucca	20°	31° 30′
Βάδεα	κ′		λ′	∠′′δ′′	Badea	20°	30° 45′

Οὐάσανα] Οὐάσσανα ΦΨ edd. Vic. Ulm. Arg. ‖ — λα′ γο′′] λα′ γ′′ ed. pr. ‖ — 1. Κασμάρη] sic X ed. pr., Κασμαρή ΦΨ, Κασμαρά Arg., *Casmara* edd. Vic. Rom. Ulm, Κασμαρεῖ cett., Κασμαρί de conj. Wilberg. Oppidum, aliunde non notum, in ea regione ponitur in qua Tigava et Oppidium collocantur perperam, in ea autem regione ubi revera erat Tigava, infra p. 909, 1 ponitur *Gasmara*, quæ a Casmara non diversa fuerit, sicuti Oppidium non differt ab Oppido Novo ‖ — ιη′ ς′′] ιη′ PV, 18 cod. lat. Basil. ‖ — λ′ ∠′′γ′′] λ′ ς′′ ed. pr., λα′ ∠′′ γ′′ PRVW, cod. lat. Bas., notante Wilbergo. ‖ — 2. Βινσίττα] Βίνσιττα ΦΨ Arg., Βρινσίττα AD, Βινσίγγα X, *Busuta* ed. Ulm. Oppidum ignotum. ‖ — ιη′ ∠′′ λ′ γο′′] ιη′ ς′′ λ′ γ′′ ed. pr. ‖ — 3. Τιγαῦα] sic ed. pr., Πιγαῦα aut Πιγαύα BEXZΦΨ Arg., Πιγάβα MOR, Πηγάβα ACDFLNPVWΔΞΣ, *Pigaua* edd. Vic. Rom., *Pegaua* ed. Rom. ‖ — ιη′ ∠′′ γ′′] ιη′ ς′′ ed. pr. ‖ — λ′ ∠′′] sic BEXZΦΨ edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., λ′ ς′′ cett. — Plinius 5, 21 : *Tigacæ*, Ammianus 29, 5, 20 : *Tigavitæ*, Itin. p. 38 : *Tigauas* cod. Esc., *Tigava* cod. L, *Tigauda*, *Tingauda*, *Tagauda* cett. codd. « Hinc fuisse videtur *Palladius Tigabitanus*, cujus apud Augustinum lib. de gestis cum Emerito c. 1 mentio est. Ἐξέχοντες τῆς Θιγαβενσίας πόλεως, *primores civitatis Thigabensis*, in codice Canon. Eccles. Africanæ c. 97. » Wesseling. ad Itin. Tigava, quæ sec. Itin. 32 (22 ?) m. p. ab Oppido novo versus occasum hibernum ponenda erat, a Ptolemæo ponitur 40 m. p. ab Oppidio ficticio versus austrum occasumque. Stetisse videtur in ruinarum loco *el Kerba* dicto, quanquam is ab Oppido Novo nonnisi 22 m. p. distat. ‖ — 4. Νιγιλγία] Νιγίλγια SΩ ed. pr., Νιγιλγιλί conj. Grashof. Ignota. ‖ — 5. Θισίζιμα] Θισιζίμα ΦΨ Arg., Θισίζημα X, Θιστιζίμα ed. pr., *Thistizima* ed. Vic. ‖ — ιη′ ∠′′] ιη′ ς′′ FLMNOPRSW, ed. pr. ‖ — κθ′ ∠′′] κθ′ ς′′ FLMNOPRSVWΔΣ. ‖ — 6. Χοίζαλα] sic BEXZ ed. Vic.; Χόζαλα ed. pr., Χαζάλα ΦΨ Arg., *Chasala* ed. Ulm., Χίζαλα cett. Ignota. ‖ — ιη′ γο′′] ιζ′ γο′′ BEZΦ[1] edd. Vic. Ulm. Arg., ιζ′ γ′′ ed. pr., ιζ′ γο′′ Φ[2]. ‖ — λβ′ ∠′′] λβ′ ς′′ SΩ ed. pr., 32 1/3 ed. Vic. ‖ — 7. κολ.] om. ed. pr., κολώνεια FLN. ‖ — ιη′] ιθ′ de conj. Wilberg., κ′ conj. Grashof. propter seriem numerorum. Indicantur Aquæ quæ sec. Itin. p. 30 a Tiranadi 57 m. (50 m. ab Irath ap. Ptol.), a Cæsarea 25 m. p. distant. Hodie *Hammam Rhiga*. Tituli loci in C. I. p. 819. ‖ — 8. Φλωρία] Φλωρύια X ed. pr. Ignota. In Not. episc. *Floricnsis episcopus*. ‖ — ιθ′ γ′′] ιη′ γο′′ X. ‖ — λα′ γο′′] λα′ ς′′ ed. pr., 31 1/3 ed. Vic. ‖ — 9. Ὀππίδιον] Ὀσπίδιον Φ Arg. ed. Ulm, Ὀσπίνδιον Ψ, *Oppidum* ed. Rom. ‖ — ιθ′ ς′′] ιθ′ SΩ ed. pr. ‖ — λα′ ς′′] λα′ γ′′ ed. pr. Sec. lib. 8, 13 urbs hæc ab Alexandria distat horas 2 2/3 1/15 sive 41°; ponenda igitur foret 19° 30′ long., nisi potius lib. 8 post 1/15 addendum est 1/30. Ceterum Oppidium nonnisi nomine corrupto et positione perversa differt ab Oppido Novo. V. not. ad p. 607, 1. ‖ — 10. Λαυδία] sic BEZΦΨ Arg., Λαύδια ed. pr., *Laudia* edd. Vic. Ulm., Δαυδία X, Λαβδία cett. Ignota. ‖ — ιθ′ ∠′′ γ′′ κθ′ ∠′′ γ′′] ιθ′ ς′′ κθ′ ς′′ ed. pr. ‖ — 11. Τοῦκκα] sic ZΦΨ Arg., Τούκκα cett. ‖ — κα′ ∠′′] κα′ ς′′ ed. pr. Tucca sec. Plinium 5, 21 et Tab. Peut. ad Ampsagam fl. erat in confiniis Mauretaniæ et Africæ provinciæ. Ptolemæus eam ab Ampsaga longissime remotam semel ponit in Numidia (ibique cum altera Tucca confundit: V. not. p. 609, 3), iterumque nostro loco in Mauretania. Ne putemus hanc aliam esse Tuccam ignotam eo impedimur quod in vicinia oppidi Byrbyr mons (hod. *Babor*) commemoratur (V. not. p. 602, 1). Alia est Tucca Terebinthina (hod. *Dougga*) inter Assures et Sufetem sita (Itin. p. 47 et 49), cujus Ptolemæus non meminit, tertia erat in Africa proconsulari (h. *Dougga*), quam Ptolemæus quoque exhibet 4, 3, 7. ‖ — 12. Βάδεα] sic BEZΦΨ Arg., Βάδελ ed. pr., Βαδία cett. ‖ λ′ ∠′′ δ′′] sic ABDEZΦΨ, edd. Vic. Rom. Arg., λβ′

Γασμάρα	ιη'	λβ' γο''
Βίδα κολωνία	ιη' ∠''	λβ' ∠''
Σύμοιθα	κ' γ''	λβ' δ''
Θιβινίς	κα'	λα' ς''
Ἴζαθα	κα'	λ' γ''
Αὐζιμίς	κα'	κθ' ∠''

καὶ παρὰ τὰς τοῦ Φοιμίου ποταμοῦ πηγὰς, ὃς συμβάλλει τῷ Σαύῳ ποταμῷ,

Σουβουργία	κα'	κη' γ''

7. Εἶτα πάλιν ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς πόλεις αἵδε·

Θουδάκα	ιθ' ς''	λβ' γ''

Gasmara	18°	32° 40'
Bida colonia	18° 30'	32° 30'
Symœtha	20° 20'	32° 15'
Thibinis	21°	31° 10'
Izatha	21°	30° 20'
Auzimis	21°	29° 30'

atque ad Phœmii fluvii fontes, qui influit in Savum fluvium,

Suburgia	21°	28° 20'

7. Deinde rursus ab alia parte initio sumto oppida hæc sunt :

Thudaca	19° 10'	32° 20'

δ'' X, λα' ∠'' δ'' cett. Badia ignota. Nomine tenus cf. Badiæ (Tab. Peut.; hod. *Bades*) in Africæ provinciæ parte australi, quod oppidum Ptolemæo 4, 6, 13 Βαδιάθ vocatur et Libyæ interiori attribuitur. ‖ — 1. Γασμάρα] sic X, Γάσμαρα cett. Cf. Κασμάρη p. 608, 1 ibique not. ‖ — ιη'] κ' ιβ' conj. Grashof. propter seriem numerorum. ‖ — λβ' γο''] λβ' γ'' ed. pr. ‖ — 2. Βίδα] Βήδα CDFLMNOPRSWΔΩΞ, ed. Rom., Βοήθα A. Versum om. edd. Arg. Ulm. ‖ — ιη' ∠''] ιη' ς'' ed. pr., κ' ∠'' conj. Grashof. ‖ — λβ' ∠''] sic BEXZΦΨ edd. Vic. Ulm. Arg., λβ' ς'' cett., ed. Rom. Bida sec. Ptol. ab Icosio 40 m. p. distans in hod. *Blida* 28 m. ab Icosio dissita quærenda esse plurimis videtur, quamquam hod. Blida veteris oppidi locum vix occupaverit. Ego in tanta positionum ap. Ptol. perturbatione Bidam coloniam non diversam esse puto a *Bida* (sic cod. Escor., *Bidil* cett.) *municipio* Itinerarii p. 39 (*Bidda munic.* ap. Rav. p. 156, 14), cujus loco in Tabula Peuting. *Syda municipium* nominatur, aut idem quod Bida, aut oppidum Bidæ vicinum. Idem valet de Bida et Sudava Ptolemæi.

Itin. p. 39.		Tab. Peut.	
Rusuccuro col.		Rusuccuru col.	
Tigisi	XII	Tigisi	XII
Bida munic.	XXVII	Syda munic.	XXXII (XXVII?)
Tubusuptus	XL	Rusacus mun.	XL
Saldis	XVIII.	Saldis	XXV.

Bidam in hod. *Djema Saharidj* quærendam esse probabiliter statuunt Nau de Champlouis et Willmanns in Tab. Corp. Inscr. In Not. episc. nominatur episcopus *Bidensis*. ‖ — 3. Σύμοιθα] sic BEXZ, edd. Vic. Ulm. Arg., Σύμειθα DFLMNOSΔΞΩΞ, Σύμιθα RW ed. pr., Σύμηθα APV, *Sympetha* ed. Rom. ‖ — λβ' δ''] λβ' γ'' X. Symœtha ignota. Ni fallor, hoc oppidum 50 m. p. a Tucca distans eadem est quæ in Africa provincia falso item Σιμίσθου vocatur et a Thugga urbe (h. *Douga*) 40 m. p. occasum versus abest. Simithu (hod *Schemtu* ruin.) ad Bagradam fl. positum, ab eoque Hipponem regium via erat 80 m. p. secundum Itinerarium p. 43. Ptolemæus quoque (c. 3, 7) Simithu ita posuit ut ab Hippone 80 m. p. absit, at non versus ortum, sed versus occasum hibernum, a Bagrada vel quinque gradibus distans. Ab hac oppidi positione profectus Tuccam collocavit 29 1/2. 31 1/3. Deinde hanc Africæ Tuccam confundens cum Tucca in confiniis Mauritaniæ sita, Cuicul oppidum 23° 30' 31° 15' posuit, adeo ut a Simithu nonnisi 25 m. p. distet. Denique hanc confiniorum Tuccam iterum in Mauretania commemoravit, ab eaque 50 m. p. denuo Simithu oppidum corrupto Symœthæ seu Symithæ nomine inscripsisse videtur. — 4. Θιβινίς] Oppidum ignotum mihi. ‖ — λα' ς''] sic BEXZΦΨ ed. pr., edd. Vic. Ulm. Arg.; λα' cett.; 31 1/3 ed. Rom. ‖ — 5 Ἴζαθα] Ἰζάθα FNSΩ, Ἰζεύθα ΦΨ Arg., *Izeutka* ed. Ulm. Ignota. ‖ — κα'] κβ' ed. pr.; λ' γ''] λγ' ed. pr. ‖ — 6. Αὐζιμίς] sic X, Αὐζημίς FNSΩ, Αὐξιμίς cett. ‖ — κθ' ∠''] κθ' ς'' X ed. pr. Auzimis, ab Auzia occasum versus posita, Auzimasta vocari videtur a Geogr. Rav. p. 157, ubi : *Galaxian. Auzimasta. Lamarasium. Sufasa.* Haud diversam Auzimastam esse a nota Auzia (Αὔζεια v. lect. in Ptol.) urbe conjecit Parthey, recte fortassis. ‖ — 7. Φοιμίου] Φιμίου S, Φημίου OW, Φαλμίου ΦΨ edd. Arg. Ulm.; παρὰ τὰς τοιμφοιμβίου ed. pr. ‖ — 8. Σαύῳ] Γαύῳ FN, Σάβᾳ ΦΨ Arg., *Samba* ed. Ulm. Savus seu Sabas fluvius esse videtur cui *Ad Saba* statio in Itinerario commemorata adjacebat. V. Not. ad p. 597, 3. De Phœmio aliunde non constat. ‖ — 9 Σουβουργία] Σουβούργια ed. pr.; Σουβουρσιάκα κς' γ'' κα' κη γ'' (sic) X. De situ non constat. *Gens Suburbur(ensium)*, cujus mentio in titulis n. 8270 et 10335 ad *Bordj Mamra* et *Ouadi Rummel* (82 m. p. a Sitifi Cirtam versus) repertis in Africa provincia quærenda est nec diversi ab ea esse videntur Σαβούρβουρες (Σουβ.?) quos in Africa Ptolemæus c. 3 recenset (Cf. Σουβούρπορες Libyæ interioris c. 6, 6.). *Subicarense castellum*, haud ita longe, ut videtur, a Sitifi distans, ab Ammiano 29, 4, 55 commemoratur. ‖ — 10. εἶτα] καὶ ed. pr. ‖ — 11. Θουδάκα] Θουκάθα X, Βουδάκα

Τιγίς	ιθ'	𐅵''	λβ'	𐅵''	Tigis	19°	30'	32°	30'
Τουράφιλον	κα'	γ''	λα'	𐅵''δ''	Turaphilum	21°	20'	31°	45'
Σούδαυα	κβ'	γ''	λβ'		Sudava	22°	20'	32°	
Τουσιατάθ	κβ'	γ''	λα'	𐅵''	Tusiatath	22°	20'	31°	30'
Οὐσσάρα	κβ'		λ'	γο''	Ussara	22°		30°	40'
Οὐαζαγάδα	κβ'	𐅵''	λ'	ς''	Vazagada	22°	30'	30°	10'
Αὐζία	κβ'	ς''	κθ'	γο''	Auzia	22°	10'	29°	40'
Τουβούσουπτος	κγ'	𐅵''δ''	λα'	γο''	Tubusuptus	23°	45'	31°	40'

Aquis Carpitanis ad Vinam vicum (de cujus situ ex titulis constat) non 15 sed fere 25 m. p. computanda sunt. Quodsi a Carthagine ad Vinam via in Tabula Peut. non est via directa, nihil video cur propterea Tabulam vitiatam esse putemus cum Willmannsio ad C. Inscr. p. 131, qui pro Aquis Carpitanis eas aquas commemorandas fuisse suspicatur quæ nunc *el Lif* vocantur a Maxula 5 m., a Vina circa 23 m. p. dissitæ. Nam bene constat quantopere auctor tabulæ in aquis commemorandis picturisque distinguendis sibi placeat, adeo ut harum maxime gratia descripta esse tabula videri possit. Hæc igitur vetus Maxula, quæ ab altera *Prates* cognomine (in codice Esc. omisso) distinguitur, in colle sita erat, in quo nunc est *R'âdes* (*Ghâdes* scribitur in tabula Corp. Inscr.), haud longo a Catadæ fluvii ripa sinistra, 2 m. p. ab ora maritima. Quæ prope eam boream versus tendit ligula (*Goletta* nunc dicitur) lacus Tunetani, *Maxulitanum* (s. *Massilitanum*) *litus* vocatur ap. Victorem Vitensem Persec. Vand. 1, 5 : *Qui* (Gensericus) *dum, ut moris est, ad Maxulitanum litus exisset, quod ligula vulgi consuetudine appellatur*, etc. Ceterum in Itinerario pro *Prates* fort. legendum esse *veteris* conjecit Wesselingius; *per rates* (quoniam in hac via directa ostium angustum lacus Tunetani trajiciendum erat) scribi voluit J. Partsch (*Africæ veteris Itineraria*, 1874, p. 17); πάρα τῆς (sc. λίμνης) in *Prates* abiisse opinatus est Mannertus 10, 2, p. 260. Quibus omnibus facile carebis. Minus improbabile est Maxulam Pratem (*R'âdem*) esse τὴν Ἀδὶν πόλιν ἀξιόχρεων cujus in primi belli Punici historia Polybius 1, 30, 5 meminit. V. Schaw *Travels* p. 157. Præsulem urbis in libris ecclesiasticis modo *Maxulitanum*, modo *Massylitanum* nuncupari monet Wesselingius. — Altera Maxula quæ a Catada fl. orientem versus in ora maritima ponitur, haud dubie est hodiernus thermarum locus qui a colle nasi in modum prosiliente (V. Barth. l. l. p. 128) vocatur *Hammâm el Enf* sive *Hammâm Lif*, uti censent Guérin (*Voyage archéologique dans la régence de Tunis, Paris* 1862, vol. 1, p. 79. 2, p. 196), Nau de Champlouis (*Notice sur la carte d'Afrique* p. 27), d'Avezac (*Afrique ancienne* p. 179). A fluvio distat c. 5 m. p. Superjacent ruinæ quæ nuncupantur *Henchir Sebalet el Bey*. Ptolemæus Maxulam perperam ponit e regione Carthaginis, ubi revera erant aquæ Carpitanæ, hod. *Hammâm Gourbos* (Livius 33, 24 : *adversus urbem ipsam*, Carthaginem sc., *ad aquas calidas*). A Carpi urbe (*Merisa Gourbos*) hæc Maxula distat c. 16 m. p. (21 m. p. sec. Ptolem.). Eadem Maxula maritima intelligenda est in Stadiasmo Maris magni § 122 (G. min. 1, p. 471) : ἀπὸ τῶν Θερμῶν (*Hammam Gourbos*) εἰς Κάρπην (*Merisa Gourbos*) στάδιοι ρξ′ (deb. λς′), ἀπὸ Κάρπης εἰς Μάξυλαν στάδιοι χ′ (deb. ρλ′). Ἀπὸ Μαξύλων (sic) ἐπὶ τὸν Γαλάβραντα (an Γαδάβραντα?)· ὅρμος ἐστὶ ἕως ἀμμώδων ἀγωγῆς· στάδιοι ν′. Ἀπὸ τοῦ Γαλάβραντος [εἰς Τύνητα στάδιοι ρ′. Ἀπὸ Τύνητος] εἰς Καρχηδόνα στάδιοι ρχ′. Galabras navium statio sec. distantiæ notam fuit ad ligulam (*goletta*) Maxulæ Pratis et introitum lacus Tunetani. Deinde excidisse verba quæ uncis inclusi suadent stadia illa 120, quæ a Tunete Carthaginem Polybius quoque 14, 10, 5 et ex Polybio Livius 30, 9 computant. In tabula Corporis Inscr. ad hod. *Henchir Sebalet el Bey* tanquam antiquum loci nomen adscribitur *Gummis*, et subjacentes thermæ vocantur *Aquæ Gummitanæ*, omissa Maxula quæ erat a Catada fl. orientem versus. Nititur hæc conjectura nominum serie, quam præbet Geographus Rav. p. 349 : *Thunos*, *Maxula*, *Gumis* (*Gumina* Guido p. 519. Cf. in not. eccl. episcopus *Gummitanus*, et episc. *plebis Gumenartarum* [leg. *Guminatarum*? Willmanns in C. I. p. 132 fort. *Gumenaquarum* scribendum esse conjecit]), *Carpus*, *Aquas*, *Siminina* (ignota), *Missua*. Ego hæc parvi facio, quum sæpissime in Ravennate justa nominum series interpositis alienis turbata sit. Adde quod *Gummitanus* recensetur inter episcopos Byzacenæ, non vero, ut *Maxulitanus*, inter eos Africæ proconsularis. || — 1. Καρπίς] Κάρπις Z, quod fort. ortum ex ablativo latino *Carpis*; κολωνία vocem addidi ex X. In titulo Hipponense n. 1206 p. 153 : *Coloni col. Iuliæ Carpit....*; Plinius 5, 24 : *oppida Carpi*, *Misua*. Nominantur episcopi *a Carpis*, *apud Carpos*. Vid. not. ad Stadiasm. § 121, ubi legitur Κάρπη. Rav. p. 142, 5 : *Carpas*, p. 342. 5 : *Carpus*, Guido p. 519, 10 : *Capos*. Itin. Mar. p. 493 : *A Missua Carpos stadia CC* (*CCC* var. lect.; nobis sunt c. 250 stadia; sec. Ptolemæi tabulam 125 st.). *A Carpos* (sic) *Carthaginem CL* (*CCC* v. lect.; sunt 120 st. cursu directo, c. 250 stadia juxta oram). Tituli loci v. in C. I. p. 130. Hodie *Henchir Merisa*, olim *Mersa Korbos*. De thermis (h. *Hammam Gourbos*), quæ ab urbe c. 33 stadia sunt boream versus, monui ad vs. antecedentem || — 2. Μισούα] sic X et de conj. Wilberg. Μίσουρα BZ, *Misura* ed. Vic., Νίσουα FMNOΔΞ, Νισοῦα ΦΨ Arg., Νίσουα cett. *Misua* etiam Plinius 5, 24, Tab. Peut.; *Missua* Geogr. Rav., Itin. p. 493; Procopius B. Vand. 2, 14 : Μίσσουα τὸ Καρχηδονίων ἐπίνειον (300 stad. a Carthagine), rectius, siquidem in titulo loci n. 989 : *Miss(uenses)* et in notit. episc. *Missuensis*.

Κλύπεα κολωνία	λε'	λγ' γ''	Clypea colonia	35°	33° 20'
Ἑρμαία ἄκρα	λε'	λγ' ∠''	Hermæum promontorium	35°	33° 30'
Ἀσπὶς κολωνία	λε' δ''	λγ' γ''	Aspis colonia	35° 15'	33° 20
Κούρουβις κολωνία	λε' ∠''	λγ' ϛ''	Curubis colonia	35° 30'	33° 10'
Νεάπολις κολωνία	λε' ∠''δ''	λγ'	Neapolis colonia	35° 45'	33°
Σιαγοὺλ	λϛ'	λβ' ∠''γ''	Siagu	36°	32° 50'
Ἀφροδίσιον	λϛ' δ''	λβ' γο''	Aphrodisium	36° 15'	32° 40'

Ruinæ hod. *Sidi Daud en Nubi*. ‖ — λγ' δ''] sic BEXZΦΨ ed. pr., edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., λγ' ϛ'' cett. ‖ — 1. Κλύπεα] sic LX, Κλυπέα ΦΨ ed. pr., ed. Arg., Κλίπετα Γ, Κλίπεα cett.; κολωνία additum ex X. Clypea ponenda erat ubi vs. 3 ponitur Ἀσπίς, a qua temere distinguitur. ‖ — λε'] λβ' ed. pr. ‖ — 2. Ἑρμαία] Ἑρμαῖα ΦΨ ed. pr. Cf. Scylax § 110 : Ἑρμαία ἄκρα καὶ πόλις. Strabo 17, 3, 13. 16 : ἡ Ἑρμαία ἄκρα τραχεῖα καὶ ἐπ' αὐτῇ πόλις ὁμώνυμος (τὸ τοῦ Ἑρμοῦ πόλισμα Procop. B. V, 1, 7. p. 384, 3). Mela 1, 34. Plinius 5, 25. Itin. mar. p. 493. Hodie *Ras Addar* sive *Cap Bon*. ‖ — λγ' ∠''] sic BEXZΦΨ, edd. Vic. Rom. Ulm. Arg.; λγ' ∠'' ιβ'' cett. ‖ — 3. Ἀσπὶς κολωνία] sic X; κολωνία om. cett. Apud Plinium 5, 24 *oppidum liberum Clypea*. Coloniam fuisse alius nemo tradit; at « Cæsarem Clupeam, ut Curubim et Neapolim, coloniam deduxisse probabiliter posuit Mommsenus (Ephem. epigr. 2, p. 113), quod ejus fere temporis *II vir Clupiæ* in titulo Formiano (*Bullet. inst. arch.* 1872, p. 87) reperiatur » Willmanns in C. I. p. 128. Aspis, latine Clypea, Clupia (v. vs. 1), hod. *Kelibia*. V. Polybius 1, 29. 36, Livius 27, 29. 29, 32, Cæsar B. C. 2, 23, B. Afr. 2, Mela 1, 34, Strabo 6, 2, 11. 17, 13, 16, Plinius 5, 24, Florus 1, 18, Appianus Pun. 3. 110, Silius II. 4, 343, Solinus 27, 8, Stadiasm. 117 p. 470, Itin. p. 55. 57, Nonnus 4, 386, Procopius B. V. 2, 10. 11, Iulius Honorius p. 47, An. Cosm. p. 89. ‖ — λε' δ''] λε' γ'' ADFLNPRSVW ΔΞΩϽ. Secundum Timosthenem (ap. Agathem. 20 in Geogr. min. 2, p. 483) ἀπὸ Λιλυβαίου διάπλους εἰς Ἀσπίδα τῆς Λιβύης ἐγγὺς στάδια ͵αχ' (1600). Similiter apud Ptolemæum a Lilybæo ad Aspidem habes 1500 stadia. Reapse horum locorum distantia est stadiorum 850. De alio errore Timosthenis et Ptolemæi v. not. ad p. 624, 2. ‖ — 4. Κούρουβις] de conj. Wilberg.; Κούραβις EZ ed. Vic., Κουροβίς cett.; κολωνία additum ex X. In titulo n. 980 : *colonia Iulia Curubis*. Apud Plinium 5, 24 : *libera Curubis, Neapolis*. Cf. Itin. p. 55. 57. 493, G. Rav. p. 349, 8, Guido p. 519, 15 (ubi corrupte *Curum*), Augustinus De civ. dei 22, 8, 5, Collat. an. 411 (*Curulitani*), Not. episc. an. 484 (*Curbitani*). Hodie *Kurba*. ‖ — λε' ∠''] λε' ϛ'' ed. pr. ‖ — 5. Νεάπολις κολωνία] N. κολώνεια FLMNOP. In titulo n. 968 : *Colonia Iulia Neapolis*. Ruinæ *Nebel-Kedim* (i. e. Neapolis vetus). Cf. Thucydides 7, 80, Scylax 116 p. 89, Diodorus 20, 17, 1, Auct. belli Afr. 2, Appianus Pun. 110, Zonaras 9, 29, Strabo l. l. (qui Neapolim perperam ponit inter Mercurii prom. et Clypeam), Mela 1, 34 (ubi ordo geographicus neglectus est), Plinius 5, 24, Itin. p. 56. 494, Tab. Peut., Rav. p. 142, 2. 349, 8, Guido p. 519, 16, Stadiasmus 117, p. 470, Iul. Honorius p. 47. An. Cosm. p. 89, Not. episc.; tituli in C. I. p. 125. ‖— λε' ∠'' δ'' λγ'] λε' δ'' λγ' γ'' ed. pr. ‖ — 6. Σιαγοὺλ] Σιάγουλ Z, *Siagaul* ed. Rom. Legendum videri Σιαγού, adeo ut λ litera ex sequente numero assumta sit, censet Wilmanns in C. I. p. 124. In Tab. Peut. *Siagu* (hod. ruinæ *Kasr Essit* dictæ) a Vina vico (*Henchir el Mden*) XV (deb. V), a Putput vico (ruin. *Soul el Abiad*) III m. p. distans. In titulis loci n. 965 : *civitas Siagitana*, n. 964 et 966 : *civitas Siagitanorum*. ‖ — 7. λϛ' δ''] λϛ' ∠'' X. ‖ — λβ' γο''] 32 1/2 edd. Rom. Ulm. Aphrodisium hoc certe nomine alius nemo commemorat. A Siagu sec. Ptolemæum distat 13 m. p. Totidem quum sec. Tab. Peut. a Siagu ad Lamnianam sint, utroque nomine aut idem locus aut loci haud multum inter se distantes designantur. Lamniana fortasse est hod. *Henchir es Selloum*, a quo 2 m. p. austrum versus abest *Henchir Sidi Chalifa*, olim, ut fertur, *Paradise* dictum, quod Grassen paradisum Procopii et Aphrodisium Ptolemæi esse recte, ut videtur, censetur (V. Guerin *Voyage archéologique* etc., *Paris* 1862, t. 2, p. 213). Verba Procopii B. Vand. 1, 17 p. 302, 18 ed. Bonn. hæc sunt : διά τε Λέπτης πόλεως καὶ Ἀδραμητοῦ ἐς Γράσσην τὸ χωρίον ἀφικόμεθα, πεντήκοντα καὶ τριακοσίοις σταδίοις Καρχηδόνος διέχον, ἔνθα δὴ βασίλειά τε ἦν τοῦ Βανδίλων ἡγουμένου καὶ παράδεισος κάλλιστος ἁπάντων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν· ταῖς μὲν γὰρ κρήναις κομιδῇ κατάρρυτός ἐστι καὶ ἄλσους ἔχει πάμπολυ χρῆμα· ὀπώρας δὲ τὰ δένδρα μεστά εἰσι ξύμπαντα... Ἐκ δὲ Γράσσης ἐξαναστάντες τεταρταῖοι ἐς Δέκιμον ἀφικόμεθα σταδίους ἑβδομήκοντα Καρχηδόνος ἀπέχον. [Cf. γράστις ὁ χλωρὸς χόρτος sec. Hesych., et Γρᾶσος, nomen proprium campi, ap. Nican-

Ἀδρούμητος κολωνία	λϛ' γο''	λβ' γο''	Adrumetus colonia	36° 40'	32° 40'
Ῥουσπίνα	λϛ' ∠''γ''	λβ' γο''	Ruspina	36° 50'	32° 40'
Λέπτις Μικρὰ κολωνία	λζ' ϛ''	λβ' ∠''	Leptis Minor colonia	37° 10'	32° 30'
Θάψος	λζ' ∠''	λβ' ∠''	Thapsus	37° 30'	32° 30'
Ἄχολλα	λζ' ∠''δ''	λβ' ∠''	Acholla	37° 45'	32° 30'

drum Ther. 669]. ‖ — 1. Ἀδρούμητός] sic libr. 8, 14.; Ἀδρούμηττος DFNXΞ, Ἀδρούμιττος ed. pr., Ἀδρούμηπτος ABELSZΔΩ ed. Vic., Ἀδρούμιπτος CPRVW, Ἀδρούμικτος Φ[1]Ψ Arg., Ἀδρούμιντον Φ[2], *Adrumentum* edd. Rom. Ulm. ‖ — λβ' γο''] 32 1/2 ed. Rom. — Plenum coloniæ nomen : *Colonia Concordia Ulpia Trajana Augusta Frugifera Hadrumetina* ap. Gruter p. 362. De varia nominis scriptura v. Willmanns in C. I. p. 124 : Ἀδρύμης (Scylax, Polyb. 15, 5, Diodor 20, 17, Strabo 17, 3, 16, Steph. Byz.), Ἀδρύμητος (Appian. Pun. 33. 47. B. C. 95), Ἀδρύμητον (Dio Cass. 42, 58. 48, 21.), Ἀδραμύτης (Stadiasm. 116.117), Ἀδράμυτος (Procop. de æd. 6, 6), Ἀδράμητος (id. B. Vand. 1, 17. 2, 23), Ἀδράμεντος (Act. Conc. an. 225), Ἀδρούμητος (Ptol. et Plutarch. Cato 59). In titulis occurrit *Hadrimeto, Adrimeto*; in auctoribus latinis : *Hadrumetum, Adrumetum, Hadrymetum, Adrymetum, Hadrimetum, Adrimetum*. Hodie *Susa*. Apud Melam 1, 34 neglecto ordine geographico in codice Vaticano legitur : *Hadrumetum, Leptis, Clupea, Habromacte, Pyrrhe, Neapolis*. In his *Habromacte* (*Macomades* conj. Tzschukke) ortum fuerit ex corruptione nominis Hadrumeti (cf. Ἀδρούμικτος v. l.), *Pyrrha* vero (Thenæ conj. Tzsch.) ex *Horrea*, quæ sunt *Horrea Cælia* inter Neapolim et Adrumetum sita (Itin. p. 56. 58). ‖ — 2. Ῥουσπίνα] Ῥούσπινα Z, Ῥήσπινα ΦΨ Arg., *Respina* ed. Ulm., Ῥουσιγένα X, *Auspina* ed. Vic. ‖ — λϛ' ∠''γ''] λϛ' ϛ'' ed. pr. ‖ — λβ' γο''] sic BEXZΦΨ edd. Vic. Ulm. Arg., λβ' γ'' FN ed. pr., 32 1/2 ed. Rom., λβ' ∠'' γ'' cett. Cf. auct. bell. Afr. c. 6. 10 (*ex oppido Ruspina egressus proficiscitur ad portum qui abest ab oppido millia passuum duo*). 53; Plinius 5, 25; Dio Cassius 42, 58; Strabo 17, 3, 12 (ἐν Ῥουσπίνῳ); Tabula Peut. (ubi *XXV m.* quæ sub *Ruspina* nomine scripta sunt, pertinent ad distantiam quæ est inter Adrumetum et Leptim, adeo ut *Ruspina* extra viam adscripta sit. Hodie *Monastir*, ab Adrumeto 14 (8 ap. Ptol.) m., a Lepti 10 (17 ap. Ptol.) distans. ‖ — 3. κολωνία] additum ex X. Colonia fuit Leptis Magna (*colonia Ulpia Trajana* in tit. n. 11). Hoc quum in Ptolemæo non annotatum sit, et de colonia Lepti parva non constet, urbes has confudisse auctor videtur. Frequens urbis mentio. In antiquioribus auctoribus, quos recenset Willmanns in C. I. p. 14, simpliciter *Leptis* vocatur, apud seriores Λέπτις ἡ μικρά, *Leptis minor, Lepti minus*. V. Stadiasm. 113, Itin., Tab. Peut., G. Rav., Julius Honorius p. 47, Anon. Cosmogr. p. 89 in Geogr. lat. min. ed. Riese. In actis concil. an. 258 *episcopus a Lepti minus*; in collat. an. 411 *Leptiminensis*. In Procopio B. Vand. 1, 17 : Λέπτη. Ruinæ hod. *Lemta*. ‖ — λζ' ϛ''] λϛ' ϛ'' BEZΦΨ Arg. ‖ — λβ' ∠''] sic BEXZΦΨ edd. Arg. Vic. Rom. Ulm., λβ' ϛ'' ed. pr., λβ' ∠'' ιβ'' cett. ‖ — 4. Θάψος] *Thapsus*, Θάρος, Arg. Ruinæ ad *Ras Dimas*. V. not. ad Scylacem et Stadiasm. in G. min. 1, p. 88 et 469. ‖ — λζ' ∠''] λζ' ϛ'' ed. pr., 37 1/3 ed. Ulm. — λβ' ∠''] λβ' γ'' ed. pr., 32 1/2 1/12 ed. Rom. ‖ — 5. Ἄχολλα] de conj. Wilberg., Ἄχολα codd. ‖ — λζ' ∠'' δ''] λζ' δ'' ed. pr., 37 1/2 edd. Arg. Ulm., 32 1/2 ed. Vic., 37 1/2 1/12 ed. Rom. ‖ — λβ' ∠''] λβ' γ'' ed. pr.; λβ' ∠'' δ' ADFL, 32 1/2 1/12 ed. Rom. Cf. Steph. Byz.: Ἄχολλα, πόλις Λιβύης οὐ πόρρω τῶν Σύρτεων, ἄποικος Μελιταίων, τὸ ἐθνικὸν Ἀχολλαῖος. Strabo 17, 3, 12 : πλησίον δὲ καὶ Ζέλλα καὶ Ἀχόλλα, ἐλεύθεραι πόλεις. Plinius 5, 30 : *Oppida libera XXX, ex quibus dicenda intus Achollitanum* (*Acholitanum* v. l.), *Agarritanum* etc. Livius 33, 48 : (Hannibal Carthagine aufugiens) *ad mare inter Achollam et Thapsum ad suam turrem pervenit*. Appianus Pun. 94 : καὶ Ἀχόλλης (καὶ Χόλλης codd.); Stadiasm. 117 : ἀπὸ Ἀχόλης εἰς Ἀλιπόταν στάδια ρκ'. Tab. Peut.: *Aholla*; Geogr. Rav. p. 349 : *Accola* (*Acola* v. l.); Guido p. 520 : *Accola*. Auct. belli Afr. 32 : *Achilla civitas libera*. In lege Thoria c. 33 : *Aquillitani*. In not. episc.: *Acolitanus*. In numis *Achulla* (v. Eckhel t. 4, p. 133). Tabula Peut. ita habet :

Thapsus	
Sullech	15 m.
(*Sublecte* Rav., hod. *Sallacta*)	
(Σύλληκτον Procop.)	
Abolla	12
Ruspe	[17]
Usilla (h. *Inchilla*)	6.

Ptolemæus a Thapso Usillam satis accurate habet c. 50 m. p., at intermedia collocata sunt perperam; nam quæ a Thapso Achollam computat 12 m. p., ea sunt inter Sullectam (cujus Pt. non meminit) et Achollam, quæ recte componi solet cum ruinis *Kasr el Abiah*, et ad quam a *Sullacta* 12 m. p. melior secundum Anglorum tabulas nauticas (in Guerini tabula pro 12

'Ροῦσπε	λη'	λβ' γ''
Βραχώδης ἄκρα	λη' ∠''	λβ' γ''
Οὐσίλλα	λη' ∠''	λβ' ς''
Ταφροῦρα	λη' ∠''	λβ'

Ruspe	38°	32° 20'
Brachodes promontorium	38° 30'	32° 20
Usilla	38° 30'	32° 10'
Taphrura	38° 30'	32°

nonnisi 6 m. p. habes; perperam etiam in tabula Gorp. Insc. a *Sallacta* ad *Ras Kapudiah* pro 20 m. p. nonnisi 14 m. sunt.). Stadiasmi auctor ab Acholla ad Alipotam juxta oram computans 120 stadia sive 15 m. p. eundem hod. *Sallacta* locum indicare videtur, uti dixi in G. Min. 1, p. 468 censuitque L. Müllerus *Numismatique afr.* 2, p. 42, qui nomen *Alipota* agnovit in nummis *Alpta* inscriptis. [Idem fortasse *Salaphitanum* oppidum ap. Plin. 5, 30.] Quodsi in eodem Stadiasmo Cercina (Syrtis insula) dicitur ἐπικεῖσθαι τῇ Ἀχόλῃ καὶ τῇ Ἀλιπότῃ καὶ τῇ Κιθιφθῇ, id falsum quidem, at non magis premendum est quam quod falsius etiam Scylax Cercinam ex adverso Thapsi urbis sitam esse prodit. Adde quod Acholla sec. Steph. Byz. non ad ipsam Syrtin, sed οὐ πόρρω τῶν Σύρτεων posita erat. Ceterum Barthium p. 176 secutus in Geogr. min. l. l. haud recte dixi in ruinis *Kasr el Abiah* inscriptionem latino-punicam repertam esse quæ *Achulla* nomen habeat. Nam, monente Willmannsio in C. I., Gesenius in monum. phœn. p. 319, quem testem Barthius citavit, nonnisi de numis *Achulla* nomen præbentibus sermonem facit. ‖ — 1. 'Ροῦσπε] 'Ρούσπε ΦΨ Arg., 'Ροῦσπαι ed. pr. Ruspe ubinam fuerit, si ante Brachodem prom. recte ponitur, nescimus. Potior fides habenda est Tabulæ Peut., secundum quam Ruspe ab Usilla 6 m. p. distat, ideoque referenda est ad oppidi portusque ruinas quæ vocantur *Ksour Siad*, 17 fere m. p. ab Acholla austrum versus. Hinc 6 m. p. boream versus est *Henchir Botria* vel *Badria*, quæ rudera Willmanns in C. I. p. 11 Achollæ vindicat propter ea quæ de Cercina insula in Stadiasmo leguntur et quod Procopius (B. Vand. 6, 6 p. 379, 20) narrat Belisarium prope Caput Vada castra habentem milites hinc misisse qui occuparent Σύλλεκτον πόλιν, ἡμέρας ὁδὸν (20 m. p.) τοῦ στρατοπέδου διέχουσαν, ἧς τὸ τεῖχος ἐκ παλαιοῦ καθῃρημένον ἐτύγχανεν. Censet enim vir doctus hoc loco Achollæ quoque mentionem faciendam fuisse, si hoc oppidum eo in loco fuisset ubi secundum Tabulam Peutingerianam quærendum est. Levidense hoc argumentum, quum ne constet quidem Achollam tum adhuc superstitem fuisse. In hodierno *Hr. Botria* s. *Badria* haud dubie antiquum Botria oppidum stetit, siquidem episcopus *Botrianensis* commemoratur, sive is hujus Botriæ fuit, sive alterius *Hr. Botria* s. *Badria* inter Bibas et Mediceram siti, de quo v. C. I. p. 116. ‖ — 2. Βραχώδης ἄκρα] Βραχώδις ΦΨ Arg., *Brachodis* edd. Vic. Rom. Ulm. ‖ — λη' ∠''] λη' ς'' ed. pr. Hodie *Ras Khadidja* sive *Ras Capoudia*. Apud Strabonem 17, 3, 16 p. 703, 13 : ἄκρα Ἄμμωνος Βαλίθωνος πρὸς θυννοσκοπίαν (ἄκρα Ἀμ. ἐν ᾗ θυννοσκοπ[εῖον?] Epitome). Legendum esse puto : ἄκρα Ἄμμωνος [ἐν ᾗ] Βαλίθωνος [πύργος] πρὸς θυννοσκοπίαν vel etiam (quia θυννοσκοπία vox alibi non occurrit). B. πύργος, θυννοσκοπεῖον. Vox Βαλίθωνος non est ignotum Ammonis epitheton, ut putabatur; sed punicum viri nomen, quod occurrit etiam in C. I. n. 1241 (*Muthumbal Balithonis filius*) et n. 5324 [Cf. *Baliatho* nomen ib. n. 5075]. Balithonis turris dicitur, ut alibi in Africa commemorantur *Tamalleni turris*, *Timezegeri turris*, *turris Cæsaris*, *turris Bocconi*, *turris Euphrantæ*. Vel hodie in eo promontorio turris 40 pedes alta visitur. — Quæritur etiam an recte habeat Ἄμμωνος ; certe in promptu est conjicere ἀμμώδης eodem sensu quo Βραχώδης ἄκρα dicitur apud Ptolemæum et *Caput Vada* in Procopio B. Vandal. 1, 17 p. 373, 15 : τὰς ναῦς ἐς τὴν Λιβύης ἀκτὴν ἤνεγκεν ἐς χωρίον, ὃ δὴ Κεφαλὴν Βράχους τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ καλοῦσι Ῥωμαῖοι· Καπούτβαδα γὰρ ὁ τόπος προσαγορεύεται, πέντε ἡμερῶν ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ Καρχηδόνος διέχον. Idem ib. p. 377. 20 et De ædif. 6, 6, p. 341 prope hoc promontorium in loco arido, quum vallum fodientes milites in aquæ fontem incidissent, urbem a Justiniano conditam esse tradit, cujus ruinæ esse videntur aut eæ quæ in vico *Sbia* aut eæ quæ ad ipsum promontorium supersunt. ‖ — 3. Οὐσίλλα] Οὔσιλλα Z, Arg., Οὔσιλα S, *Ussila* ed. Vic.; *Usilla mun.* Tab. Peut.; *Usula civitas*, 32 m. p. a Tusdro colonia (*el Djem*), 28 m. p. a Thenis colonia, Itin. p. 49, 1 ; *Usila* Rav. p. 350 ; *Hesila* ib. p. 142. Hodie *Henchir Inchilla*. « Cassianus *Usulensis* concilio Carthaginiensi sub Grato affuit. Victorinus *Usulensis* inter Byzacenos memoratur. Est tamen plebs *Usilensis* in Collat. c. 126. *Usallitani*, quos vetus inscriptio Thesauri p. 512 Leptitanis jungit, aliorsum pertinere videntur. » Wesseling ad Itin. ‖ — λη' ∠''] sic BFZ, λη' ς'' cett., 38 1/4 ed. Rom. ‖ — 4. Ταφροῦρα] Τάφρουρα Z, Ταφρούρα LXΦΨ Arg., Ταφρουραί FN. ‖ — λη' ∠''] λη' ς'' ed. pr. ‖ — λβ'] λβ' ς'' L. ‖ — *Taparura* in Tab. Peut. et Rav. p. 340, 2, *Patabura* corrupte Rav. p. 141, 9. Unicus locus quo inter *Henchir Inchilla* et *Henchir Tinæ* veteris oppidi portusque vestigia deprehenduntur, is est quem nunc *Sfakes* urbs insignis obtinet, ab Usilla 20 m., a Thenis 8 m. p. dissita. In Tab. Peut. refingendum est : *Usilla* [*XX*] *Taparura VIII* (XX in

3. Σύρτεως μικρᾶς			3. Syrtis minoris		
Θέαιναι	λη' ∠''	λα' γο''	Theænæ	38° 30'	31° 40'
Μακομάδα	λη' ∠''	λα' δ''	Macomada	38° 30'	31° 15'
Τρίτωνος ποτ. ἐκβολαί	λη' γο''	λ' ∠''	Tritonis fluvii ostia	38° 40'	30° 30'

Tab. scriptum) [*Thenæ*]. Commemoratur episcopus *Taprurensis*. — Φαρά, quam equites Scipionis incendisse Strabo 17, 9, 12 dicit, non est Taphrura Ptolemæi (ut in notis ad Strabonem conjeceram), sed *Parada* auctoris belli Afr. 87, in via a Thapso Uticam posita, monente Jos. Partsch (*Africæ veteris itineraria* p. 29. ‖ — 1. Σύρτεως μ.] θέσις add. ed. pr. ‖ — 2. Θέαιναι] Sic etiam lib. 1, 15 p. 39, 29. Natum hoc esse videtur ex conflatis scripturis Θέναι et Θαῖναι. In numis punicis *Tainat* (v. Müller *Num. afr.* 2 p. 40). In tabula patronatus ap. Gruter p. 363, 2 : *Colonia Ælia Augusta Mercurialis Thænitana*. In tit. n. 2991 : *Æl. Then.*, in n. 2578, vs. 80 *The* [quod ib. vs. 81 legitur *Ten* fuerit *Tenelium*, oppidum in campo *Schefia* situm, ut ex tit. n. 5209 constat]. Strabo 17, 2, 12 : Θένα πολίχνη ἐπιθαλαττιδία. Idem 17, 3, 16 : Θαίνα (sic) πόλις παρὰ τὴν ἀρχὴν κειμένη τῆς μικρᾶς Σύρτεως. Agathemerus 21 (G. min. 2, p. 483) corrupte : Θρήνη et Ἐθρήνη, ἣ κεῖται τῆς μικρᾶς Σύρτεως ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. Plinius 5, 25 : *Ea pars quam Africam appellavimus, dividitur in duas provincias, veterem ac novam, discretas fossa inter Africanum sequentem et reges Thenas usque perducta, quod oppidum a Carthagine abest CCXVI.* Itin. p. 37, 7 : *A Carthagine Thenis m. p. CCXVII* (via ducta per Maxulam, Vinam, Pulpul, Hadrumetum, Leptim, Tusdrum, Usulam. Totidem fere m. p. e Ptolemæi tabula colliguntur). Idem p. 46 sqq.: *Thenis colonia*. Iulius Honorius p. 47 : *Thenas*. Anon. Cosmogr. p. 89 ed. Riese : *Thenis*, Rav. p. 141 ea 350 : *Thenas*, Guido p. 520 : *Themanas* (In Tab. Peut. nomen excidit). Stadiasm. 112 corrupte ἀπὸ Θίθνης. In actis Concil. *a Thenis*, ἀπὸ Θενῶν; in Collat. an. 411 et in Notit. an. 484 episcopus *Tenitanus*. Hodie *Henchir Thine*. De ruinis v. Guerin l. l. 1, p. 178. — Marinus Tyrius Thenas Himeræ Siciliæ fluvio, Leptin Magnam vero Pachyno promontorio objectas esse statuerat. Reprehendit hoc Ptolemæus p. 39, 30, quoniam inter Himeram (39° long. p. 397, 1) et Pachynum (40° long. p. 398, 3) nonnisi 400 stadia intercederent [revera 600 st. intercedunt], inter Thenas vero et Leptim secundum Timosthenem essent supra 1500 stadia. [reapse sunt c. 2300 stadia]. Ptolemæus ad Timosthenis rationes proxime accedens inter Thenas (38° 30') et Leptim (42°) circa 1400 stadia exhibet. Major erroris pars in eo posita est quod a Lepti ad Zitham promontorium, quum sint c. 1680 stadia, Ptolemæus nonnisi 540 stadia computat. Eodem modo de his Marinus statuerit, Syrtin vero tanquam λιμνοθάλασσαν angusto ore in mare exeuntem repræsentaverit, sicut idem alieno in loco fecit auctor Tabulæ Peutingerianæ. Sic certe fieri potuit ut inter Leptim et Thenas et inter Pachynum et Himeram Marinus idem fere 600 stadiorum spatium intercedere opinaretur. — Sec. Ptolemæi tabulam Thenæ positæ sunt in Agrigenti (38° 30') meridiano. Haud multum hoc a Marini sententia, a vero autem longissime recedit. Leptis urbis meridianus a Pachyno circa 400 stadia occasum versus distat. Multo minor igitur Marini error quam Ptolemæi, qui Pachynum 40°, Leptin vero 42° long. collocavit. — Syrtim minorem a Thenis ad Zitham pr. pertinentem ita Ptolemæus descripsit ut ostium ejus non ortum sed boream versus pateat. Ostium hoc 600 stadiorum esse satis recte produnt Strabo 17, 3, 7 et 2, 5, 11 et Agathemerus 22 (G. M. 2, p. 483); pro his 800 stadia computant Mela 1, 34 et Plinius 5, 860 stadia Ptolemæus. Ambitus Syrtis nobis est 1200 stadiorum, Ptolemæo circiter 1600, Scylaci § 110, 2000, Melæ ac Plinio 2400 stadiorum. ‖ — 3. Μακομάδα] sic BEXZ, Μακόμαδα SΩΞ, *Macomada* ed. Vic., Μαχοδάμα ΦΨ Arg., Μαχοδάμαι FN, Μαχόδαμα cett., *Machodama* ed. Ulm. ‖ — λη' ∠''] λη' ς'' ed. pr. — Cf. Rav. p. 140, 6. 350, 4. Guido p. 520, 7, Tab. Peut.: *Macomades minores* 27 m. p. (26 sec. Ptol.) a Thenis; Itin. p. 59 : *Macomadibus municip.* 28 m. a Thenis; Plinius 5, 25 : *Macomades*. Memorantur episcopi *Macomadienses*. Urbis nomen punicum græce sonat νεάπολις (V. Movers p. 494), quo nomine nuncupatur in Stadiasmo § 107, a Thenis 220 stadia (27 1/2 m.) distans. In Scylace p. 87 nomen hujus urbis excidisse videtur. Secundum distantiæ notas hodie est *Henchir Ounga*. Alteræ Macomades ad Syrtim majorem erant, quas *majores* dicunt Ravennas p. 352, 11 et Guido 521, 8, *Macomades Selorum* Tab. Peut. Cf. not. ad p. 631, 1. Tertias Macomades Numidiæ 25 m. p. a Cirta distantes habes in Itin. p. 27. ‖ — 4. Τρίτωνος] Τριγῶνος ΦΨ, Τρίγῶνος (sic) Arg.; *Trigonis* ed. Ulm.; ἐκβολή Z. Juxta hæc in Ω secunda manu, in S prima manu scripta ad marginem leguntur : Τριτωνὶς λίμνη, Παλλὰς λίμνη, Λιβύη λίμνη (Vid. p. 635). ‖ — λβ' ∠''] sic BEXZΦΨ edd. Vic. Rom. Ulm., λβ' ∠'' (ς''λ) δ'' cett., λβ' ed. pr. Tritonem fluvium e Tritonide palude in mare exire præter Ptolemæum refert Pausanias 9, 33, ubi de Bœotico Minervæ Alco-

menæ fano sermo est : Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἐνταῦθα οὐ μέγας χείμαρρος· ὀνομάζουσι δὲ Τρίτωνα αὐτὸν, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν τραφῆναι παρὰ τῷ ποταμῷ Τρίτωνι ἔχει λόγος, ὡς δὴ τοῦτον τὸν Τρίτωνα ὄντα καὶ οὐχὶ τὸν Λιβύων, ὃς ἐς τὴν πρὸς Λιβύῃ θάλασσαν ἐκδίδωσιν ἐκ τῆς Τριτωνίδος λίμνης. Ptolemæo Tritonis palus est quæ nunc *Sebcha el Haudiah* vel *Chott ed Fedjahj* nuncupata a mari 25 chiliometra distat ab eoque non modo aggestis arenis sed saxoso quoque solo separata situm habet 32 metris quam mare altiorem (V. *Il mare Saharico e la spedizione italiana in Tunesia* in *Biblioteca di viaggi XXXVII, Milano* 1876). Aliam olim hujus regionis faciem fuisse atque unquam fluvium e palude hac in mare exiisse, equidem ex Ptolemæo et Pausania colligere tanto minus ausim, quo probabilius est ea quæ de Libyæ Tritone et Tritonide varia traduntur, aliunde paullatim huc translata esse. Fluvii hujus lacusque nomen cum Minervæ cultu conjunctum e Græcia in Cyrenaicam, hinc occasum versus in Syrticas regiones, inde in ficticias ultimæ Libyæ plagas (Diodor. 3, 53 sqq.) migrasse videtur. Commemoratur Triton fluvius et Tritonis lacus (i. q. Copais) in Bœotia (Strabo 9, 2, 18, Eusebius Chron. an. 236, Steph. Byz. s. v. Ἀσδύστα, Pausanias 9, 23, 7. Schol. Apollon. 1, 109. 4, 1311); Triton alius in Thessalia (Schol. Apoll. l. l.), ad quem nata est Cyrene Hypsei filia; porro *Tritoniaca palus* in Pallene Thraciæ (Ovid. Metam. 15, 356. Vibius Seq. p. 154 ed. Riese. Cf. *putea Pallene* in Tab. Peut. haud longe a Syrti minore. et Ποσειδῶν Πελλάνιος (l. Παλλήνιος?) ap. Cyrenæos, teste Hesychio). Denique Triton fluvius Cretæ in Cnossi ditione, quæ Τρίτα olim dicta esse fertur (Hesych., Diodorus 5, 70, 4. 5, 72, 3). E Græcia hæc cum Minyis in Cyrenaicam migrarunt. Tritonem fluvium in Lybia noverunt Æschylus (Eum. 282 : ἐν τόποις Λιβυστικοῖς Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου) et Callimachus (St. Byz.: Ἀσδύστα πόλις Λιβύης, καὶ ὁ πολίτης Ἀσδύστης· « οἵη τε Τρίτωνος ἐφ' ὕδασιν Ἀσδύσταο » Καλλίμαχος Αἰτίων πρώτῃ). Lacum cum Irassis Cyrenaicæ componit Pherecydes ap. Schol. Pind. Pyth. 9, 185 (Ἀνταῖος Ἰρασσεὺς ἀπὸ Ἰράσσων τῶν ἐν τῇ Τριτωνίδι λίμνῃ). Irassa erant ad orientalem Cyrenaicæ oram in valle hodie *Erasem* vel *Irsema* dicta, ubi primum appulisse Cyrenarum conditores Herodotus 4, 15 tradit. Lacus igitur Tritonis quærendus foret in hodierno *golf de Bomba*, cujus ad intimum recessum erat Φαία portus (Stadiasm. 43, p. 443). Contra ad occidentalem Cyrenaicæ oram et Bereniceen urbem lacum istum fuisse dicit Strabo 17, 3, 20 : Ἡ Βερενίκη τὴν θέσιν ἔχει παρὰ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνιάδα, ἐν ᾗ μάλιστα νησίον ἐστὶ καὶ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν αὐτῷ. Intelligenda est ἡ λιμνοθάλασσα quæ pone Bereniceen urbem longe extensa ad ostium habet insulam quam Stadiasmi auctor (57 p. 449) dicit νησίον ταπεινὸν μελανόν. [Nescio an ap. Strabonem in voce μάλιστα lateat nomen insulæ Μελανίς vel Μελαινίς, quo nomine etiam Venus Thespiis et Corinthi et Mantineæ colebatur. Insula quam hinc in suam Tritonidem paludem Herodotus 4. 178 transtulit, in nostris Herodoti codd. vocatur Φλά (Φνά ἡ νῆσος Joannes Alex. τόν. παραγγ. p. 8, 4. Φίλα legit Steph. s. v.). Ego manu leni corrigendum esse ΦΑΙΑ', i. q. μέλαινα, suspicor.] Juxta Bereniceen urbem *lacus Tritonum* etiam in Tabula Peutingeriana collocatur. Alia prodit Plinius 5, 28 : *Ab his* (a Philænorum aris) *non procul a continente palus vasta amnem Tritonem nomenque ab eo accipit, Pallantias appellata Callimacho et citra minorem Syrtem esse dicta, multis vero inter duas Syrtes.* In Tabula Peutingeriana haud procul ab Aris Philænorum pingitur λιμνοθάλασσα angusto ore in mare exiens, cui adscribitur *Syrtes minores*. Et Tritonis palus et Syrtis minor ab hac regione alienæ sunt; forma vero, quæ Tritonidis paludis esse perhibetur, in Tabula Peutingeriana (nec non a Marino Tyrio, et supra conjeci) in Syrtim minorem translata esse videtur. In regione inter duas Syrtes intermedia duo exstant lacus, quibus Tritonidis nomen indi poterat, Zuchis lacus (hod. *el Kelab*) et ab eo occasum versus alter qui *Sebka Mellada* vocatur. Ad Syrtim minorem Tritonidem lacum, in quem Triton fluvius magnus influat (haud vero etiam ex eo effluat) et in quo sit Phla insula, transtulit Herodotus 4, 178. Idem aliam refert narrationem, secundum quam Iason borea vento versus Libyam abreptus πρὶν κατιδέσθαι γῆν ἐν τοῖς βράχεσιν ἐγένετο λίμνης τῆς Τριτωνίδος, adeo ut Tritonis non sit palus mediterranea, sed ipsa Syrtis vel pars ejus interior. Scylax 110 de his ita habet : ἐν ταύτῃ τῇ Σύρτιδι ἐνέστηκεν ἡ νῆσος [leg. ἔνεστι καὶ λίμνη καὶ νῆσος?] Τριτωνὶς καλουμένη καὶ ποταμὸς Τρίτων, καὶ αὐτόθεν ἐστὶ Ἀθηνᾶς Τριτωνίδος ἱερόν· στόμα δὲ ἔχει ἡ λίμνη μικρὸν καὶ ἐν τῷ στόματι νῆσος ἔπεστι· καὶ ὅταν ἀνάπωτις ᾖ, ἐνίοτε ἡ λίμνη οὐκ ἔχειν εἴσπλουν ἐστὶ φαίνουσα· ἡ δὲ λίμνη αὕτη ἐστὶ μεγάλη, τὸ περίμετρον ἔχουσα ὡς σταδίων χιλίων. — Ceterum Tritonis nomen olim etiam Nilo fuisse proditur (Apoll. Rhod. 4, 269 ibique schol.), ac in Tabula Peut. a Cyrenaica austrum versus lacus est in quo legitur *Lacus Nusap. Lacus Niludicus, Mæotidi similis, quem Nilus transit*, majoribus vero literis eidem adscriptum est : *hic lacus Tritonum*. Pertinent hæc ad doctrinam illam, qua Nili origines in Numidia quærebantur, cujusque vestigia quædam in Ptolemæi quoque tabulis servata sunt. Nam Nusap ille est Nuba lacus,

Γιχθίς	λθ' γ''	λ' ∠''γ''	Gichthis	39° 20'	30° 50'
Γιδάφθα	μ' ϛ''	λα' δ'	Gidaphtha	40° 10'	31° 15'
Ζεῖθα ἄκρα	μ' γο''	λα' γο''	Zitha promontorium	40° 40'	31° 40'

quem Ptolemæus in Cyrenaicæ meridiano et Meroes parallelo collocat et ab occidente *Gir* (*Girin* Tab. P., *Agger* corrupte Vitruvius 8, 2, 6) fluvium meatu subterraneo excipere statuit. Ejusdem lacus nomen excidisse puto in Vitruvio l. l., ubi : *Agger ... per montes desertos subterfluens per meridiana loca manat et influit in paludem quæ* [*Nusap?*] *appellatur; circumcingit Meroen* etc. Mela, qui Gir fluvium ejusque cursum subterraneum non novisse videtur, Nubam illum tanquam fontem Nili designat lib. 3, 94 : *in horum* (Hesperión Æthiopum) *finibus fons est quem Nili esse aliqua credibile est*, *Nusab* (sic legas; *nunc ab* cod. Vat., *Nuchul ab* editt.) *incolis dicitur*. Reapse lacus ille est hodiernus *Nu* (10° lat.) in quem ab austro influens Nilus etiamnum *Gir* seu *Kir* dicitur. Huic Gir fluvio substitutus est Gir fluvius Libyæ occidentalis, atque Nuba lacus una cum Nubarum populo de vero suo situ in occasum detortus est. Qui in Tab. Peut. inter Girin fl. et Nusap lacum collocantur *Memnocones*, non diversi sunt a Memnonibus quos ad Meroen insulam ponit Ptolemæus. ‖ — P. 625, 1. Τακάπη] Κάπη ed. pr. ‖ — λη' ∠'' γ''] λη' ϛ'' γ'' A, λη' ϛ'' ed. pr. ‖ — λ' ∠''] λ' ϛ'' ed. pr. Cf. Plinius 5, 25. 18, 51 : *Tacape*; idem 16, 50 : *Tacapensis ager*; Tab. Peut.: *Tacape colonia*; ibid.: *ab Aquis* (hod. *el Hammam*), *Tacapa*; Geogr. Rav. p. 350, 9 : *Tacapa colonia*; id. p. 141, 5 : *Tacapas*; Itin. p. 59 : *Tacapas colonia*; Itin. mar. p. 618 : *Insula Cercenna. Hæc a Tacapis distat stadia DCXXII.* Iulius Honorius p. 47 : *Tacapas*; Anon. Cosmogr. p. 89 : *Thatapas*; corrupte item in Stadiasmo § 107 ἀπὸ Βακάτης. Procopius de æd. 6, 4 : Τακάπα. In titulo n. 108 : *Resp(ublica) Taca(pitana.)*. In lapidibus milliariis C. I. *a Tacapus, a Tacapa, Tacapes*. In Collat. an. 411 et in Notit. Tripolitanæ an. 484 et 525 episcopi *Tacapitani*. Hodie *Gabes*. Omisso nomine urbs commemoratur ap. Strabon. 17, 3, 17 : κατὰ δὲ τὸν μυχόν ἐστι [Τάκαπα?] παμμέγεθες ἐμπόριον, ποταμὸν ἔχον ἐμβάλλοντα εἰς τὸν κόλπον. ‖ — P. 626, 1 Γιχθίς] Σιχθίς ΦΨ edd. Arg. Ulm., *Scythis* ed. Rom., Γιθίς ed pr. Præstaret Γιγθίς. ‖ — λ' ∠'' γ''] λ' ϛ'' γ'' A, λ' γ'' X, λ' ∠'' Ξ, λ' ϛ'' ed pr. Cf. Tab. Peut.: *Gigti*, Rav. p. 141, 4 : *Githi*, p. 320, 10 : *Gittit*, Itin. p. 60 et 518 : *Gitti*; Scylax p. 87, ubi codex : ἐς Ἐπιχον (l. ἐς ΓΙΧΘΙΝ). In Stadiasmo 104 nomen oppidi excidit. In Collat. an. 411 episcopus *Gittensis*. Ruinæ, de quibus v. Guerin *Voyage* 1, p. 202, vocantur *Henchir Si Salem bou Grara* vel *Djorf bou Grara*. In titulis loci n. 26. 30. 31 legitur *Gigthenses* et *ordo populusque Gigthensis*. Ora quæ a Tacapa ad Zitham prom. pertinet, in Ptolemæi tabula et justo longior et falsissime delineata est. Præterea ante Gichthin nominanda erat Gidaphtha, quæ si in Gichthis locum transponitur, a Tacape distat 31 m. p. ideoque ad ruinas *Medinah* vocatas referenda est. Inde ad Gichthis ruinas via directa sunt 20 m. p. In Tabula Peut. et Itin. a Tacape ad Gichthin numerantur m. p. 50. ‖ — 2. Γιδάφθα] sic SXΩ, Ἰδάφθα L, Ἠδάφθα CFWΞ, Ἠδάφνα ΛΕΡVΔΞ, *Hedaphna* edd. Vic. Rom., Ἥδαρα ΦΨ Arg., *Heclara* ed. Rom., Ἡδάφθα cett. ‖ — μ' ϛ''] μϛ' P, 46 Arg., κϛ' ΦΨ[1], μ' Φ[2]. Post Γιδάφθα in plurimis codd. legitur πόλις κατὰ τὸ (τὸ om. Φ) πέρας (ἐν add. BZ) μ' ϛ'' λα' δ''. Ζεῖθα ἄκρα etc.; in X : πόλις κατὰ τὸ πέρας ἐν ἄκρᾳ μ' ϛ'' λα' δ''. Ζίδα μ' γο'' λα' γο''. Ego hæc verba, quæ aperte ad Zitham promontorium, Syrtis minoris terminum orientalem, pertinent, a Ptolemæo aliena esse censeo. Adscripsit ea sciolus qui præter Zitham promontorium etiam urbem cognominem esse audiverat. — Gidaphtha fortasse rectius vocatur *Cidiphtha* in Stadiasmo § 105, qui in hac parte lacunosus et corruptus hunc fere in modum redintegrandus est :

Ἀπὸ Γέργεως (h. *Zarzis*) εἰς Μήνιγγα μετρόπολιν (Hod. *port Saggia*) στάδιοι ρν'.
Ἀπὸ Μήνιγγος εἰς τὴν ἤπειρον [ἐπὶ Γίγθιν] στάδιοι σ'· πόλις ἐστίν· ἔχει δὲ καλὸν λιμένα καὶ ὕδωρ.
Ἀπὸ δὲ Γέργεως (leg. Γίγθεως) εἰς Κιδιφθὰν στάδιοι ρπ' (σπ?)· πόλις ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει.
[Ἀπὸ Κιδιφθῆς εἰς Τακάπην στάδιοι σν'.]
Ἀπὸ Τακάπης εἰς Νεάπολιν etc.

Cidaphtha haud dubie stetit in ruinarum loco *el Medina* dicto, in quo Guerin (*Voy.* 1, p. 201) columnarum fragmina aliaque rudera reperit. Inde 4 m. p. occasum versus occurrit *Zaret* vel *Zerat* vicus, in quo item antiquitatis vestigia deprehenduntur (V. Guerin 1, p. 199), quæ referenda esse videntur ad *Agmam* seu *Fulguritam villam* inter Tacapen et Gigthim mediam, ab utraque 25 m. distantem (Itin. et Tab. Peut.). In via litorea a Fulgurita villa 26 m., a Gigthi 15 m. p. aberat *Templum Veneris* (T. Peut.), quod fuisse debet ad promontorium Girbæ insulæ termino occidentali oppositum juxta angustum introitum in profundum maris recessum qui inter insulam et continentem patet et nonnullis fortasse lacus Tritonis erat. ‖ — 3. Ζεῖθα] Ζεῖθα S, Arg., Ζίδα X, *Zetha* edd. Vic. Rom., *Seitha* Ulm. Velim Ζίθα. Rav. p. 141 : *Zita*; p. 340 . *Vita*; Tab. Peut.: *Liza mun.*; Itin. p. 59 :

Σάβρατα	μα'	λα' L''	Sabrata	41°	31° 30'
Πισίνδων λιμήν	μα' δ'	λα' L''	Pisindorum portus	41° 15'	31° 30

Ponte Zita mun. Supersunt rudera pontis quo continentis promontorium Meningi insulæ jungitur. Etiamnum locus *el Kantarah* (i. e. pons) vocatur. Veteris oppidi vestigia ad ipsum pontem haud supersunt, verum ab eo meridiem versus 10 fere m. p. in mediterraneis oppidi haud ignobilis ruinæ *Medina Ziam* dictæ exstant, quæ Zithæ municipio vindicandæ esse videntur. A Gigthi distant c. 27 m. p. via directa, quorum loco in Tabula Peut. 17 m. p. notantur perperam. Quodsi in Itin. a Gigthi ad *pontem Zitam mun.* 35 m. p. computantur, viæ longitudo indicatur quæ est a Gigthi ad pontem promontorii indeque ad Zitham oppidum. ‖ — 1. Σάβρατα] sic infra § 11 codices; Σάβραθα X, Σαβάτρα Φ Arg., Σάβαθρα et Σαβάθρα cett. ‖ — λα' L''] 31 2/3 ed. Vic. Ante Sabrata nominandus erat Pisindon portus. Præterea ab his oræ locis § 11 haud longe separanda erant tanquam mediterranea oppida Πισίνδα (41° 31° 10') et Σάβρατα (41° 15'. 30° 50); recte tamen in his Sabrata a Pisinda ortum versus collocantur. Oppidi nomen in numis punicis (v. not. ad. Stad. p. 464) *Sabraton, Sabroton, Sabrat.* Scylax 110 : Ἀβρότονον πόλις καὶ λιμήν. Strabo 17, 2, 18 : Ἀβρότονον πόλις. Steph. Byz.: Ἀβρότονον. Λύκος ὁ Ῥηγῖνος χωρίον οἴεται εἶναι, Στράβων δὲ ἐν ιζ' βιβλίῳ πόλιν φησὶ καὶ ἄλλοι. Πόλις δὲ Λιβοφοινίκων. Καλεῖται δὲ καὶ Νέαπολις, ὡς Ἔφορος, qui Abrotonum cum Lepti magna confudisse videtur. Plinius 5, 27 : *oppida Neapolis, Graphara, Abrotonum, Leptis altera quæ cognominatur Magna,* in quibus perperam Neapolis a Lepti diversa esse statuitur. Idem 5, 27 alio ex fonte : *Tacape, Sabrata, contingens Syrtim minorem; ad quam Numidiæ et Africæ ab Ampsaga longitudo DLXXX, latitudo, qua cognitum est, CC. m. p.* [580 m. p. juxta oram ad Thenas et initium Syrtis satis recte computantur. In Ptolemæi tabula 600 et paullo amplius m. p. distantia foret inter meridianas lineas Ampsagæ (26° 15') et Thenarum (38° 30)]. Idem 5, 34 : *Subegimus Cydamum e regione Sabratæ* [Inter Cydamum (h. *Gadames*) et Sabrata intercedunt tres gradus longitudinis] Silius Ital. 3, 256 : *Sabratha.* Sueton. Vespas. 3 : *Statilius ... Sabratensis.* Iulius Honor. p. 47 et Anon. Cosm. p. 98 : *Sabrata.* Solinus 37, 8 : *Sabratæ.* Procopius. De æd. 6, 4 : Σαβαραθά. Stadiasm. p. 464 (ubi v. not.) corrupte Σάραθρα. In Notit. Tripol.: episcopus *Sabratensis.* Præterea urbs indicari videtur literis *Sab* in titulo Lambæsitano n. 2568, vs. 71. C. Inscr. p. 300. — Ora a Zitha pr. ad Leptim usque pertingens, quum sit c. 250 m. p. (253 m. ex Itin. colliguntur, 217 ex Tabulæ Peut. numeris passim vitiatis), a Ptolemæo in breve 75 m. p. spatium contrahitur. Præterea et ordo locorum maritimorum turbatur et oræ oppida in mediterranea rejiciuntur. Ceterum si Sabrata a Syrtis initio ap. Ptol. nonnisi 20 m. distat, conferendus est Plinius qui Sabrata Syrtim minorem contingere dicit, atque Stadiasmus qui item ad Sabrata Syrtis initium esse perhibet. — Sabrata via directa ab Œa (h. *Tripoli*) distant 49 m. p. sec. Tab. Peut., 400 stadia sive 50 m. p. sec. Stadiasmum. (In alia via in mediterranea deflectente, quam Tabula Peut. et Itin. p. 59 exhibent, computantur 55 m. p.). De ruinis v. not. ad Stadiasm. p. 462. In his veteris castelli positio in Anglorum tabulis nauticis esse dicitur 12° 26' 26'' long. Greenw. Haud recte, opinor, ruinæ istæ sub 12° 22' long. notantur in tabula II, quæ adjuncta est Barthii operi *Reisen in Nord. und Centralafrica.* Multo etiam magis differt Tabula quam idem vir doctus in opere dedit quod inscribitur *Wanderungen durch die Länder des Mittelmeers.* In tabula Corporis Inscr. Sabrata perperam adscribitur ad hod. *Sowara*, quæ a Tripoli non 50, sed 70 m p. distat. ‖ — 2. Πισίνδων] sic Wilberg de conj., Πισινδῶν BEFXZΦΨ, edd. Vic. Ulm. Arg., Ποσιδῶν L, Πισιδῶν cett. Velis Πισίδων, at infra quoque § 11 omnes codices Πισίνδα præbent tanquam nomen oppidi, quod ad portum ponendum erat, a Ptolemæo autem in mediterraneis ponitur 41° 31° 10' ‖ — μα' δ''] 41 1/3 ed. Rom. ‖ — λα' L''] λα' ς'' ed. pr. Cf. Tab. Peut.: *Pisida mun.*, Rav. p. 351 : *Fisida*, Guido p. 520 : *Tresida*, Itin. p. 59 : *Fisida vicus.* In Collat. Carthag. episcopus plebis *Pisitensis.* Pisida a Sabratis 53 (T. P) vel 54 (Itin.) m. p. distans sita erat ad maris recessum qui vocatur *Mersa Burcka* vel *Biorga* vel *Berga.* Ceterum a Zitha pr. ad Sabrata via hæc est :

Ἑώα	μα' L''	λα' γο''	*OEa*	41° 30'	31° 40'
Γάφαρα λιμήν	μα' L''δ''	λα' γο''	Gaphara portus	41° 45'	31° 40'

Tab. Peut.		Itin., p. 59.	
Liza mun.		Ponte Zita mun.	
Putea Pallene.	15		
		Villa magna.	30
Præsidio.	18		
Pisida mun.	*15 (25)	Fisida vicus.	31
Ad Gypsaria	20		
		Casas villa Aniciorum.	26
Ad Ammonem.	17		
Sabrata.	16	Sabrata.	28
	101 (111)		115

In his *Præsidium* est hod. *el Biban* in faucibus lacus *el Kelab*, in Stadiasmo 101 Ζεύχαρις, φρούριον ἔχον πύργον, a Sabrata 600 stadia sive 75 m. p. (78 m. in Tab. P.), in Strabone 17, 3, 18 : Ζοῦχις λίμνη σταδίων υ' στενὸν ἔχουσα εἴςπλουν καὶ παρ' αὐτὸν πόλις ὁμώνυμος πορφυροβαφεῖα ἔχουσα καὶ ταριχείας παντοδαπάς. Eadem, ut videtur, ap. Stephanum Byz. est Ξοῦχις, πόλις Λιβύης. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα. Nec diversa a Zuchi est Χοῦζις, quam in mediterraneis (39° 30'. 30°) Ptolemæus § 11 ita ponit, ut a Gigthi meridiem versus 50 m. p., a Lepti c. 175 m. p. absit, atque sic veræ distantiarum rationes serventur; nam a Gigthi Zuchim via recta est 50 m. p., indeque ad Leptim usque in Tab. Peut. juxta oram habes 185 m. p. Porro quum Ζοῦχις in Stadiasmo sit Ζεύχαρις, nescio an cum hoc nomine componendum sit Ζούγαρ (38°. 30° 30') Ptolemæi § 10 Deinde vero statio *Ad Ammonem* (*Ammonis* in Rav. p. 350, 16) eadem est quæ Ἄμμωνος mediterranea (42° 40' 31° 10') ap. Ptolemæum. Fortasse etiam Συδδηνίς (41° 40' 31° 10') a Sabratis in mediterraneis 30 m. p. dissita oppidum maritimum erat, h. *Saiada*, 30 m. p. a Sabratis ortum versus. ‖ — 1. Ἑώα] Ἑῶα ABCDEFNΦΨ, Ἐώα ed. pr., Ἑωεα X, *Heoa* edd. Vic. Rom., *Eoa* ed. Ulm. Dicendum erat Οἴα. ‖ — μα' L'' λα' γο''] μα' ς'' λα' γ'' ed. pr. Frequens urbis (hod. *Tripoli*. V. not. ad Stad. p. 463) mentio. V. Mela 1, 37 (*Oea* cod. Vatic., *Eoa*, *Eoea*, *Osa*, *Oza* v. l.), Plinius 5, 27 (*OEensis*) et 38 (*OEensibus*), Tacitus hist. 4, 51 (*Offensium* corr.), Tab. Peut. (*Osa*), Rav. p. 350 (*Oxea*), Guido p. 520 (*Oxena*), Itin. p. 62, 2 (*Ocea colonia*), Iulius Honor. p. 47, An. Cosmogr. p. 89, Silius Ital. 3, 256, Ammian. 28, 6 (*OEæ*), Apulejus De magia 17, 44. 55. 82, Augustin. ep. 138. Titulus Lambæsitanus n. 2567, lin. 19 (*OEa*), Act. Concil. an. 258 (*ab Oea*, ἀπὸ Οἴας), Collat. an. 411, Not. eccl. an. 484. In Stadiasmo 98 codex : Μακαραία, i. e. Μακαρ-Οἴα; in numis punice *Makar-OEat*. Superstes ibi est arcus triumphalis (an. 163), de cujus titulo v. Férard in *Revue Afric.* 20, p. 512. 1876. ‖ — 2. Γάφαρα] de conj., Γαφάρα X, Γαφραρα Γ, Γαράφας A, Γαράφα, Γάραφα, Γαραφά cett. ‖ — λα' γο''] λα' γ'' ed. pr. Cf. Scylax 110 : τὰ Γράφαρα πόλις, quæ inter Abrotonum et Leptim media et ab utraque urbe diei navigatione abesse dicitur computo parum accurato. In Stadiasmo 95 codex corrupte εἰς τὰ ἄφορα... ἀπὸ τῶν ἀφορῶν. Apud Plinium 5, 27 corrupte item : *Taphra* (*Thafra*, *Tafra*, *Thaphra* v. l.). In Stadiasmi codice distantiarum numeri ita habent ut Gaphara ab OEa 480 stadia, a Lepti 305 stadia distent. Quod item haud recte habet, quoniam oræ tractus non excedit 600 stadia sive 75 m. p. E Tabula Peut. 77 m., ex Itin. 84 (94 cod. Esc.) m. p. colliguntur. Ubi fuerint τὰ Γάφαρα facile colligitur e Stadiasmo l. l., cujus verba hæc sunt : ἀπὸ Λέπτεως ἐπὶ Ἑρμαῖον στάδιοι ε'· ὅρμος ἐστὶ πλοίοις μικροῖς. Ἀπὸ Ἑρμαίου εἰς Γάφαρα στάδιοι τ'· ἄκρα ἐστὶν ἔχουσα ὅρμον ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν ἔχει ὕδωρ. Καλεῖται [καὶ Αἰ]νεόσπορα· ἔστι γὰρ ὁμοία νήσῳ. Aperte his indicatur promontorium peninsulæ instar in mare excurrens, quod hodie vocatur *Ras el Djefara* (*Ras Esfarra* in mappis nauticis Anglorum). Hermæum, navium statio ab adjacente promontorio (nunc *Ras Ligata*) nomen nacta, a Lepti non 5 sed 15 stadia aberat. Inde vero ad *Ras Djefarah* juxta oram non 300, sed circa 180 stadia melior. Tabulæ Peut. et Itinerariorum et Stadiasmi rationes hunc in modum disponendæ esse videntur :

Νεάπολις ἡ καὶ Λέπτις Μεγάλη			Neapolis sive Leptis Magna		
	μβ'	λα' γο''		42°	31° 40'
Κίνυφος ποτ. ἐκβολαί	μβ' δ''	λα' L''	Cinyphis fluvii ostia	42° 15'	31° 30

Stadiasmus.	Itineraria.	Tab. Peut.
Μακαραία.	Ocea.	Osa.
		Turris ad Algam. 12
Μεγέρθις. 400 (240)	Megradi (c Esc.). 25 (30)	Getullu. (Megtullu?) 15
(*W. Ramil*).	(Megdil cett. codd.)	
Ἀμαραία. 40 (140)	Minna villa Amarsi. 29 (19)	
(*Ras Hamra*).		
Γάραρα. 40		
		Quintiliana. 21
		Ad palmam. 11
		[Mata G. Rav.]
Ἑρμαῖον. 300 (180)		
Λέπτις. 5(15)	Leptis. 29	Leptis. 12
Stadia. 785 (685) (77 m.)	83 (78)	77

Præterea aliam viam per mediterranea ductam Tabula Peut. habet, quæ necessario longior esse debebat :

Osa.......		
Flacci taberna	16	
Cercar... ..	20	
Subututtu...	5	
Leptis.....	25	(l. 45)
	66	(86)

In his Cercar refero ad ruinas quæ exstant ad *Ain Cherchara* (32° 33' lat., 13° 16' long. Greenw. in Barthii tabula II), ad quas ab Œa via directa est 38 m. p. (36 sec. Tab. P.). Hinc boream ortumque versus post 5 m. p. ruinæ sunt in regione amœnissima sub *Boutauil* monte. Ibi igitur fuerit *Subututtu* (*Sub Butullu?*). Inde vero ad Leptim usque via directa est 40 m. p. et amplius. Itaque in Tabula pro XXV olim scriptum fuerit XLV. Fortasse ad Cercar regionem pertinet *Limes Sarcitanus* (*Sacritanus* v. l.; an *Carcaritanus?*), cujus mentio fit in Not. dign. p. 89, 14 ed. Bœcking. Ibidem inter *Castra Leptitana* et *limitem Sarcitanum* nominantur *Castra Madensia*, quæ fortasse fuerunt ad *Matam*, quam juxta Leptim commemorat Ravennas, in hodierno *Wadi Mata*. || — 1. Λέπτις μεγάλη] Μεγάλη Λέπτις AW et lib. 8, c. 14; Λέπτις μέση ΦΨ, *Leptis media* edd. Arg. Ulm.; ἡ καὶ (καὶ om. W) Τρίπολις in margine addunt CRWΞ, in verborum ordinem inseruit L; Νεάπολις ἡ καὶ Τρίπολις ed. pr. || — λα' γο''] 31 1/3 ed. Vic. Urbs (*colonia Ulpia Trajana* in tit. n. 10) in nummis punicis *Lbki* (cf. *Cirra verna Lepcitana* in tit. n. 3521 p. 382), a plurimis simpliciter *Leptis*, ab aliis haud paucis *Leptis magna* dicta (v. quæ congessit Willmanns in C. I. p. 2), Νεάπολις vocatur a Scylace 109, Νεάπολις ἣν καὶ Λέπτιν καλοῦσι ap. Strabon. 17, 3, 18. Plinius 5, 25 Neapolim a Lepti distinguit perperam. « Neapolim autem vocasse videntur Græci quia haud procul a Lepti in ostio fluminis Cinyphis ruinæ exstabant urbis deletæ desertæque Cinyphis conditæ a Dorieo Spartano circa a. 520 a. C., sed paullo post a Libybus et Carthaginiensibus deletæ. Minus enim probabile videtur quod de origine hujus nominis exposuerunt Barthius *Wanderungen* 1, p. 308 eumque secutus C. Müller G. Min. 1, p. 461. » Willmanns. l. l. — Strabo 17, 3, 18 a Lepti ad Locros Epizephyrios (40° 50' 38° 25' sec. Ptol. p. 329) trajectum esse dicit stadiorum 3600, computo satis accurato ac consentiente Ptolemæo. || — 3. Κίνυφος] sic BEN et sec. manu Z, *Cinyphis* ed. Vic., Κινύφου cett. — ἐκβολή BEZ. || — λα' L''] sic BEXZΦΨ edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., λα' ς'' cett. Nominativus Κίνυφος apud Hesychium : Κινύφιον τὸν Ἀνταῖον ἀπὸ Κινύφου τοῦ ποταμοῦ, nisi ibi quoque librorum vitium est. In Strabone 17, 3, 18, ubi olim legebatur : Ἑξῆς (post Leptim) ἐστὶ ποταμὸς Κίνυφος (deb. Κίνυψ), nomen fluvii, quod in codicibus nostris excidit, ab editoribus illatum est. Porro in Nonni Dion. 13, 374 Κίνυφος non est nominativus sed genetivus. [Hinc corrigenda quæ dixi in not. ad Scylac. p. 85]. « Genetivum Κίνυφος esse annotaverant schol. Dionysii Thrac. in Bekkeri Anecd. p. 811, 13, Chœroboscus ibid. p. 1200, et qui Κίνυψ, Κίννιφος scribit Psellus in Boissonadii Anecd. vol. 3, p. 207. Et Κίνυφος ποταμοῦ est ap. Scylac. p. 85; sed Κίνυπα ap. Herodot. 5, 42 et, ubi de regione cognomine agitur, 4, 198, πλὴν Κίνυπος μούνης· τὸ γὰρ δὴ αὐτὸ οὔνομα ἡ γῆ τῷ ποταμῷ ἔχει. — Κίνυψ ὁ λιμὴν ap. Theognost. p. 98, 3. Κίνυψ et Χάλοψ paraxytona sunt ap. Zonar. p. 1208. Adjectiva nominis forma ap. Suidam : Κινύφειος ὄνομα ποταμοῦ. Quæ glossa referenda videtur ad Lycophr. 885 : Αὔσιγδα, Κινύφειος ἣν τέγγων ῥόος. » Dindorf. in Steph. Thes. v. Κίνυψ. — Scylax p. 85 : ἀπὸ δὲ Νέας πόλεως ἀπέχει (sc. Κίνυψ πόλις ἔρημος) στάδια π'

Βάραθρα	μβ′ γ″	λα′ L″	Barathra	42° 20′	31° 30′
Τρίκερων ἄκρον	μγ′ δ″	λα′ γ″	Tricorne promontorium	43° 15′	31° 20′
4. Σύρτεως μεγάλης			4. Syrtis maioris		

(παντη codex; 90 stadia ad fluvium usque melior in Barthii tabula), ὑπ' αὐτὴν (αὐτὸν cod.) δ' ἐστὶ ποταμὸς Κίνυψ καὶ νῆσος ὕπεστι πρὸς τὸν ποταμόν. Ceteris testimoniis in not. ad Scylac. congestis adde Tabulam Peut., ubi *Cynips* (sic) *fl.* et Raven. p. 146, ubi corrupte *Cepsi*. Herodotus 4, 175 : δι' αὐτῶν (τῶν Μακῶν) Κίνυψ ποταμὸς ῥέων ἐκ λόφου καλευμένου Χαρίτων ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ... Ἀπὸ θαλάσσης δὲ ἐς αὐτὸν (τὸν λόφον) στάδιοι διακόσιοί εἰσι. Fluvius exiguus sed lato alveo exiens nunc *Ouadi Magar Grin* (fluvius antrorum paludosorum) vel a vico propinquo *Ouadi Quaam* vocatur. Fons ejus vix duarum horarum itinere ab ora distans in ramo tractus montani *Messellata* dicti. Tres ibi colles 350 pedes alti conspiciuntur, quos Gratiarum colles a Græcis nuncupatos esse Barthius l. l. p. 318 censet, quamquam de uno tantum colle Herodotus loquitur. Sec. Ptolemæum § 5 Cinyps (*Cinyphus* ibi codd.) oritur e Zuchabbari monte, quem ab ora quinque gradibus abesse et per tres longitudinis gradus extendi hariolatur. Præterea Ptolemæus lib. 4, c. 6 in Libya interiore Cinyphem fluvium habet, qui in Girgyri monte (22° lat.) duobus ex fontibus quinque longitudinis gradibus inter se distantibus oriens duobus alveis currit, qui sub 25° 40° conjunguntur; deinde utrum in arenis fluvius evanescere an meatu subterraneo in altero Cinyphe denuo emergere statuatur, haud proditur. Girgyris ille mons (Giri vel Gyri mons ap. Plinium 5, 37) est tractus montanus hod. *Ghurian* regionis, qui ab ora maritima non 11 gradibus, sed ne uno quidem (45′) austrum versus distat. Complures ex eo alvei aqua, ut plurimum, carentes boream versus decurrunt, quos Cinyphis nomine designare Ptolemæus videtur. Inter oppida quæ περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ Κίνυφος esse dicuntur, Gelanus fuerit ad *Wadi Gelan* in radicibus *Ghurian* montis (13° 2′ long. Greenw., 32° 14′ lat. in Barthii tabula). Ceterum qui ad Syrtis latus orientale in vicinia Cinyphis fl. Samamycii degere dicuntur, iidem cap. 6, 6 denuo ponuntur ad Girgyrim montem. Porro Maccoi quos sub Girgyri Ptolemæus habet, non diversi fuerint a Macis quorum regionem Cinyphem perfluere Herodotus narrat. Alios quoque Cinyphis nomen ad meridionales Libyæ regiones transtulisse colligas ex Probo ad Virgil. Georg. 3, 312 : *Cinyps oppidum est et flumen Africæ regionis Garamantum.* Quod ap. Vibium Seq de fluv. legitur : *Cinybs Africæ* (*Arabiæ* codd.), *in quo plurima genera gemmarum inveniuntur et camelis deportantur in oppidum Thybrestum* (*Thybrestrum* v. l.), item ad meridionalem Ptolemæi fluvium referendum esse intelligitur e collato Plinio 5, 37 : *mons Gyri, in quo gemmas nasci titulus* (*in triumpho Cornelii Balbi*) *præcessit*. [Thybrestum ubi fuerit parum liquet. *Tanabrasta* sive *Tanabastra*, 26 m. p. a Parætonio, commemoratur in Itin. p. 72, 3. Nomine tenus cf. Thenebrestum oppidum inter Sigam et Gazaufalam situm Tab. Peut.] Ex ipso Ptolemæo hauserit Anonymus in Geogr. min. 2, p. 502, § 41, qui Bagradam et Cinyphem ἀπὸ τῶν νοτιωτάτων fluere dicit. ‖ — 1. Βάραθρα] de conj.; versum om. L; Βαραθία codd. Cf. Strabo 17, 3, 18 : καὶ μετὰ ταῦτα (post Cinyphem) διατείχισμά τι, ὃ ἐποίησαν Καρχηδόνιοι γεφυροῦντες βάραθρά τινα εἰς τὴν χώραν ἀνέχοντα. De ruderibus horum operum v. Barth. p. 318 et not. in G. min. 1, p. 461. Alia Βάραθρα prope Pelusium, quorum meminerunt Polybius, Diodorus, Strabo. Cf. etiam ap. Appian. Lib. 109 τὸ πεδίον τὸ καλούμενον Μέγα Βάραθρον. ‖ — μβ′ γ″] sic ed. pr. et ed. Ulm., μβ′ L″ X, λβ′ γο″ cett. ‖ — λα′ L″] sic BEXZΦΨ, edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., λα′ ς″ cett. ‖ — 2. Τρίκερων] de conj., Τρίηρων BEZΓ, Τριήρων FNPΦΨ ed. pr., Arg. Τρηήρων DLMOΔ, Τριώρων X, Τρίηρον cett.; ἢ Τριρήμων add. A; *Trieron* ed. Vic., *Trierorum* edd. Ulm. Rom. Arg. ‖ — μγ′ δ″] μβ′ L″ γ″ ADFLMNOPRVWΔΞ, μγ′ ς″ S. ‖ — λα′ γ″] λα′ SZΦΨΩ, edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. Promontorium hoc ante Cisternas recte collocatur in AD FLMNOPRVWΞΣ; in ceteris ordo est : Κιστέρναι. Τρίκερων ἄκρ. [Κεφαλαὶ ἄκρ. in nonnullis codd. additur]. Σύρτεως μεγάλης. — Hodie ἄκρον hoc τρικέφαλον vocatur *Cap Misratah* s. *Cap Msarâtâ*, a Lepti c. 70 m. p. distans. De eo Beechey l. l. p. 101 : « This highland is divided into three distinct heads or caps. » In Stadiasmo 92 p. 460 : Κεφαλαί; item ap. Strabonem 17, 3, 18 : ἄκρα ὑψηλὴ καὶ ὑλώδης, ἀρχὴ τῆς μεγάλης Σύρτεως· καλοῦσι δὲ Κεφαλάς, et Plutarchum Dion. 25, 3 p. 1155, 34 ed. Didot.: ἐπὶ ταῖς καλουμέναις Κεφαλαῖς τῆς μεγάλης Σύρτεως. Alterum hoc Κεφαλαί nomen quidam in Ptolemæo juxta Τρίκερων ἄκρ. in margine adscripserat, unde deinceps in nonnullis codicibus in verborum contextum illatum est : Κεφαλὴ ἄκρον (Γ), Κεφαλαὶ ἄκρον (FX ed. pr.), Κεφαλαιάκριον (BZ), *Cephalæacrion* (ed. Vic.), μγ′ γ″ (μγ′ γο″ X) λα′. ‖ — 3. Σύρτεως μεγάλης] Versum hunc qui post versum sequentem (Κιστέρναι) in codd. legitur, huc transposui, uti res flagitat. Syrtin Ptolemæus justo minorem facit, plerique justo maiorem perhibent. A Cephalis ad Boreum Cyrenaicæ pr. trajectus sec. Ptolemæum 1700

Κιστέρναι	μγ' δ''	λα'	Cisternæ	43° 15'	31°
Μακομάκα κώμη	μγ' ∠''	λ' ∠''γ''	Macoma[*la*]ca vicus	43° 30'	30° 50'

stadiorum (sec. nostras tabulas 2400 stad.); a Cephalis ad Philænorum aras ap. Ptol. juxta oram 2200 stadia (nobis 2400); hinc ad Boreum pr. 1250 (nobis 1400), adeo ut ambitus Syrtis sit 3450 (nobis 3800) stadiorum. Scylax 109 ab Hesperidibus ad Leptim s. Neapolim Syrtis trajectum trium dierum noctiumque navigationem (3000 stadiorum) esse satis accurate prodit. Strabo 2, 5, 20 : τῆς δὲ μεγάλης Σύρτεώς φησι Ἐρατοσθένης τὸν κύκλον εἶναι πεντακισχιλίων, τὸ δὲ βάθος χιλίων ὀκτακοσίων ἀφ' Ἑσπερίδων εἰς Αὐτομάλακα καὶ τὸ τῆς Κυρηναίας μεθόριον πρὸς τὴν ἄλλην τὴν ταύτῃ Λιβύην. Ἄλλοι δὲ τὸν περίπλουν τετρακισχιλίων σταδίων εἶπον, τὸ δὲ βάθος χιλίων πεντακοσίων, ὅσον καὶ τὸ πλάτος τοῦ στόματος. Idem 17, 3, 20 : ἡ δὲ μεγάλη Σύρτις τὸν μὲν κύκλον ἔχει [τρισχιλίων suppl. editt.] ἐνακοσίων τριάκοντά που, τὴν δ' ἐπὶ τὸν μυχὸν διάμετρον χιλίων πεντακοσίων, τοσοῦτον δέ που καὶ τὸ τοῦ στόματος πλάτος [Quum voce που rotundus numerus, non peraccuratus ille 3930 stad. indicari videatur, nihil supplendum, sed pro ϡ'Α' scribendum fuerit aut ϡ͵Γ (3900) aut ϡ͵Δ (4900)]. Cf. Anon. Cosmogr. in G. Min. 2, p. 508 : ἡ δὲ μείζων, Σύρτις sc., ͵ε, ταύτης δὲ τὸ βάθος ͵α ἐστὶ καὶ φ', ὅσον καὶ τὸ πλάτος τοῦ στόματος. Agathemerus 6 (G. Min. 2, p. 473) : ἔστι δὲ ἡ μεγάλη Σύρτις σταδίων ͵ε. Plinius 5, 27 : *Syrtis major circuitu DCXXV m. p.* (5000 stad.) *aditu autem CCCXII m.* [*D* suppl.] p. (2500 stad.). Ex Itinerario a Lepti ad aras Philænorum 409, inde ad Berenicen 216 m. p. colliguntur, unde efficitur summa 625 m. p. sive 5000 stadiorum. ‖ — Ceterum oræ Syrticæ ad aras usque Philænorum pertinentis descriptio in Ptolemæo magnopere laborat; nam et maritima in mediterranea rejiciuntur et ejusdem loci nomina diversa pro diversis locis venduntur, et diversa oppida in unum conflantur. Itaque quæ apud varios scriptores de hac Syrtis parte traduntur, sub unum oculorum conspectum componam indice, in quo quæ Ptolemæus perperam in mediterraneis posuit, parentheseos signis distinxi. [Vid. p. 632.]

In Tabula Peutingeriana partes quædam itinerarii ita exhibentur ut altera via juxta oram fuisse, altera in mediterranea deflexisse videatur. At hæc viarum diversitas orta fuerit ex duobus itinerariis quæ unam eandemque viam diversis passim mansionibus et diversis earundem mansionum nominibus et distantiarum notis describebant. Sic Nivirgi taberna non diversa fuerit a Virga statione, et 15 m. p. quæ a Nivirgi taberna ad Virgam putantur, eadem sunt quæ a Suggolin ad Nivirgi tabernam esse dicuntur, adeo ut a Lepti Virgam 45 m. p. sint, sicut 44 m. p. a Lepti Bergam numerantur in Itinerario. Porro *Musula* eadem est quæ in altera via vocatur *Chusol*, in Ravennate minus corrupte *Onusol*, in Itinerario *Annesel* (*Amesel*, collato *Amesclo* Siciliæ, conjecit Movers l. l. p. 480). Præterea *Sacazama*, ni fallor, nomen proprium oppidi erat, quod in altera via *Præsidium* dicitur, distantiarum vero rationes, quæ repugnant, turbatas esse suspicor. ‖ — 1. Κιστέρναι] Κινστέρναι DLSΦΨΩ, ed. pr., Κινστερνα F, *Cinsternæ* edd. Rom. Ulm. Arg. ‖ — μγ' δ''] μβ' ∠'' γ'' BEZ, μβ' ∠'' γ'' ιβ'' S, μβ' γ'' ed. pr., μβ' γο'' X, μβ' ∠'' edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. ‖ — λα'] sic ADFL, 31 1/4 ed. Rom., 31 2/3 ed. Vic., λα' γ'' cett. Statio a Tricero pr. 21 m. p. distans ad hod. *Ras Adar* quærenda est. Eadem in Tab. Peut. commemoratur, in qua distantiarum numeri aperte turbati sunt. ‖ — 2. Μακομάκα] Μακομάκας ΦΨ, Μακομάκη Arg., ἀκόμακα C, ἀκώμα L, *Macomacha villa* ed. Vic.; Σύρτεως μεγάλης καλουμάκουμα (ortum ex Σύρτ. μεγάλης καλουμένης ἄκουμα?) ed. pr.; Μακομάδα de conj. Wilberg. Dicendum erat Μακομάλακα, ut in latinis indicavi. Ipse tamen Ptolemæus Μακομάκα scripsisse videtur, et Macomacam hanc cum Macomada seu Macomadibus confudit. Locus sec. Ptol. a Cisternis c. 12 m. p. austrum versus positus, inter Triceron pr. et Aspidem medius, utrinque 31 m. p. distans, hodie vocatur *Mellafah* juxta lacum qui in Tab. Peut. nuncupatur *lacus salinarum*. In Stadiasmo inter Cephalas pr. et Aspidem fere mediæ collocantur Ταριχεῖαι, a promontorio 400, ab Aspide 350 stadiis distantes (quæ distantiæ nimiæ sunt). Idem loci nomen in Syrti majori Tabulæ Peut. scribitur *Taricea*. Punice nomen hoc est aut Μάλακα (Cf. Μάλακα Hispaniæ a ταριχείαις sic dicta. V. p. 113) aut plenius *Makom-maluchs*. *Macomalaca*, i. e. τόπος ταριχειῶν (sicut Macom-ada est τόπος νέος, νεάπολις). In Tabula Peut. *Naladus* (15 m. p. [leg. 10 vel 12] a Cisternis distans) corrupte scribi videtur pro *Malachus*. Alia nominis corruptio est Μακομάκα. Hanc Ptolemæus, uti dixi, confudit cum Macomada s. Macomadibus (i. e. Neapoli), quæ urbs proprio nomine Πύργος Εὐφράντα (h. *Zafran*) dicebatur eoque nomine etiam apud Ptolemæum inter oræ maritimæ oppida recte recensetur. Ea autem ex confusione alii errores pendent. Nam Ἄζουις, quam Ptolemæus in mediterraneis a Macomaca sua 41 m. p. boream versus ponit, aperte est *Azui* in Itinerario 45 m. p. a Macomadibus collocata. Deinde Ἰσχίνα ap. Ptol. a Macomaca 22 m. p. austrum versus distans, in Itinerario 34 m. p. a Macomadibus ponitur, nec diversa est a Charace

Ptolemæus.	Stadiasmus.	Strabo.	Itinerar.	Tabula Peutingeriana.		
Λέπτις.	Λέπτις.	Λέπτις.	Leptis.	Leptis.	....	*Lebda.*
Κίνυψ π.	....	Κίνυψ π.	....	Cinyps fl.	....	*Ouadi Quaam.*
Βάραθρα.	....	Βάραθρα.				
			Seggera m. 20			*Sliten* ad *Ras Zaar.*
				Suggolin. (35) 30		*Salhin* ad *Ras Orir.*
				Nivirgi tab. (10) 15	Nivirgi taberna.	*Saraig.*
			Berga. 24		Virga. 15	*Saraig.*
				Simnana. (7) 15	....	Ad *Ras Hasim.*
				Tubactis. (12) 22	Tubactis. (20) 10	*Misratah.*
Τρίκερων ἄκρ.	Κεφαλαί.	Κεφαλαί.	....	....	....	*Ras Misratah.*
			Base, Sere. 25	Casa Runoniana. (5) 25	....	*Zawiyeh Serouk.*
Κιστέρναι.	....	....	....	Ad Cisternas. 25	Ad Cisternas.	Ad *Ras Arar.*
			Tabunte. 30	....	....	*Tauarga.*
Μακομά[λα]-κα.	Ταριχεῖαι. stad. 400	....	....	Naladus. (10) 15	....	*Mellafah*
			Auziqua. 30	Dissio (Aussio ?) 25 aqua amara.	Dissio. 35	*Souleb* ad *Mersa Zuka* (ubi aqua pessima).
			Annesel. (Amesel?). 30	Chusol Onusol (Rav.). 30	Musula. 30	Ad *Ouadi Bel* in mediterr.
				Be fl.	....	*Ouadi Bel.*
Ἀσπίς. (Ἄζουις).	Ἀσπίς. 350	Ἀσπίς.	Auzui. 18	....	....	*Mahadda* ruin.
(Συκαρά ?)				Ad Ficum. (25) 35	Ad Ficum. 25	
Σακάζαμα ?	....	....	Astiagi. 25	Prætorium. 18	....	*Mhad Hassan.*
	Δυσωπός. 350	....	....	Putea nigra. 28	....	putei *Bou Tfel.*
Πύργος Εὐφράντα. (Μακομάκα).	Εὐφρανταί. 150	Εὐφράντα πύργος.	Macomades. 30	Macomades Selorum. 13	....	*Mersa Zafran*?
				Zure. 13	....	*Beni Hadid* ruin.
				Ad Speluncas. [8]		
Φάραξ (Ἰσκίνα).	Κόραξ. 200	Χάραξ.	Iscina. 34	Scina. 13	....	*Medina es Sultan.*
				Aulazon. 13		
Οἴσπορις.	Ὄπηρος. 150	....	....	....	....	*port. Naim.*
			Tamaricio. 31	Ad palmam. 20	....	*Abou Saida.*
				Ad Capsum ultimum. [17]	Ad Capsum ultimum.	ad finem lacus (*Sebcha*) prope *Schidkama.*?
Ἵππου ἄκρα.	Ἵππου ἄκρα 350	....	Aubereo. 25	....	Ad Turrem. 12	Ruin. ad *Ras Bergawad.*
[Σακαζάμα ?].	....	....	....	Sagazæna [32]	Præsidio. 20	*Ouadi Amur* ruin.
(Θύδδιτα?).	.. ..	....	Digdica. 24	....	Digdida. 12	*Sibarieh* ?.
				Turris et tabern. 22	....	Ad *Ras Ali.*
(Θαγουλίς).	....	....	Tagulis. 24	Tagulis. 6	Tagulis. 24	*Kasr el Atek.*
	ἀκρωτήριον 400	....	....	....	....	*Ras Linouf.*
Φιλαίνου βωμοί.	Φιλαίνων βωμοί.	Φιλαίνου βωμοί.	Benadedari. 25	Aræ Philænôn. 30	....	prope *Mouktar*

Ἀσπίς	μγ' γο''	λ' γ''	Aspis	43°	40'	30°	20'
Σακάζαμα κώμη	μγ' L''γ''	λ'	Sacazama vicus	43°	50'	30°	
Πύργος Εὐφράντα	μδ' ς''	κθ' γο''	Turris Euphrantæ	44°	10'	29°	40'
Φάραξ κώμη	μδ' L''	κθ'	*Charax* vicus	44°	30'	29°	
Οἰσπορὶς κώμη	με'	κθ'	OEsporis vicus	45°		29°	

quod nomen in Φάραξ corruptum Ptolemæus quoque habet. Porro Tagulis sec. Itin. ab Iscina 104 m. p., ab aris Philænorum 25 m. p. distat. Eadem 104 m. p. inter Iscinam et Thagulim etiam ap. Ptolemæum habes, at falsa Iscinæ positione efficitur, ut Thagulis ab aris Philænorum non 25, sed 135 m. p. absit. Fortasse etiam Οὔδδιτα (Θύδδιτα?) a Thaguli occasum versus posita non diversa est ab *Digdida* Tabulæ Peut., atque Συκαφά est statio *Ad Ficum* in Tab. Peut. ‖ — 1. μγ' γο''] μς' γ'' ed. pr. ‖ — λ' γ''] 30 1/2 ed. Vic. Ἀσπίς etiam ap. Strabonem et in Stadiasmo, qui locum hunc a Tarichiis 350, ab Euphranta (h. *Zafran*) 500 stadia distare prodit. Nunc *Mahadda*, ut videtur, prope *Ierid* rupes, ubi veteris castelli ruinas commemorat Beechey l. l. p. 123. A *Zafran* loco sec. nostras tabulas 460, a *Mellafah* c. 400 stadia distat. Idem locus in Itinerario p. 64 vocatur *Auzui* (*Auxiu*, *Auxui* v. l.), a Macomadibus (*Zafran*) 55 m. p. (sic recte cod. Escor.; 45 cett.) distans. Idem vero locus etiam a Ptolemæo § 11 denuo Ἄζουις nomine in mediterraneis perperam collocatur (Cf. not. p. 631). Ἀσπίς veteris nominis punici aut corruptio aut interpretatio. Quodsi Ἀσπίς est *serpens*, cum Ἄζουις nomine fortasse componenda vox hebraica *Achschoub*, quæ in psalm. 140 legitur et a græcis interpretibus ἀσπίς voce redditur. Nescio an hoc oppidum maritimum, non vero Αὐζία (h. *Aumale*. V. p. 610, 7) in mediterraneis Mauritaniæ posita, sit Αὖζα illa quam Ithobalus Tyriorum rex condidisse fertur (Fr. Hist. 4, p. 447). — 2. Σακάζαμα] sic ed. pr., Σακαμάζα X, Σακάμαζα cett., nisi quod Σακκιάζα ΦΨ, *Sacciaza colonia* ed. Arg., *Sacciara colonia* ed. Ulm. ‖ — μγ' L'' γ''] sic BEXZ, edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., μγ' ς'' ed. pr., μγ' L'' γ'' ιβ cett. Sacazama nomen idem esse videtur quod alio in loco habet Tabula Peut., in qua 28 m. p. a Taguli (*Kasr el Atek*) distat *Zagazæna* (*Zagasama* Rav. p. 353, *Zacassama* ib. p. 140). Hanc a Ptolemæo in locum alienum transpositam esse censet Barthius *Wanderungen* p. 372, recte fortassis. Zagazama Tabulæ Peuting. aut propinqua erat Præsidio ejusdem Tabulæ aut potius nomen proprium erat Præsidii, etsi hoc 36, illud 28 m. p. a Taguli abesse proditur. Sacazama Ptolemæi media ponitur inter Aspidem et Euphrantæ turrem, ab utraque 25 m. p. distans. In eo tractu oppidi antiqui locum obtinere constat hod. *Mhad Hassan* ab Euphrantæ turri seu Macomadibus 36, ab Aspide seu Azui 22 m. p. dissitum. Oppidum hoc haud dubie est *Prætorium* Tabula Peut. (41 m. a Macomadibus) et *Astiagi* Itinerarii (30 m. a Macomadibus, quæ distantia justo minor, sicut justo majorem habet Tabula Peut.). Fieri potuit ut Ptolemæus Sagazamæ nomen quod ad *Præsidium* Tabulæ P. pertinet, ad *Prætorium* ejusdem tabulæ transtulerit. ‖ — 3. Πύργος Εὐφράντα] Π. Εὔφραντα Z, Πυργισέφραντα, *Pyrgisephranta*, ΦΨ edd. Arg. Ulm. ‖ — κθ' γο''] κθ' γ'' ed. pr. Cf. Steph. Byz.: Εὔφραντα (Εὐφραντά v. l.), πόλις Λιβυκή. Ἀλέξανδρος ἐν γ' Λιβυκῶν. Τὸ ἐθνικὸν Εὐφρανταῖος. Strabo 17, 3, 20: τόπος ἐστὶν Ἀσπὶς καὶ λιμὴν κάλλιστος τῶν ἐν τῇ Σύρτει, συνεχὴς δὲ ὁ Εὐφράντας (sic) πύργος, ὅριον τῆς πρότερον Καρχηδονίας γῆς καὶ τῆς Κυρηναίας τῆς ὑπὸ Πτολεμαίῳ. In quibus λιμὴν κάλλιστος ipse ille est cui Euphrantæ turris adjacebat; nam hinc occasum versus bonus portus in Syrti nullus est. Stadiasm. 88: ἀπὸ Κόρακος (deb. Χάρακος, h. *Medina Sultan*) εἰς Εὐφραντὰς στάδιοι σ' (200 stadia etiam in Tabula Ptolemæi; sunt vero 300 stadia), λιμήν ἐστι καὶ ὕδωρ ἔχει. Ἀπὸ Εὐφραντῶν ἐπὶ τὸν Δυσωπὸν στάδιοι ρν'. Ἀπὸ Δυσωποῦ ἐπὶ Ἀσπίδα στάδιοι τν'. Hodie *Mersa Zafran*, de quo portu v. not. ad Stadiasm. Idem portus et oppidum in Tab. Peut. et Itin. est *Macomades* (i. e. νεάπολις) *Selorum*. Nomen hoc cum Macomaca sua confudit Ptolemæus, ut supra p. 631, 2 monui. Ab Euphrantæ turri occasum versus Ptolemæus in mediterraneis habet Γαλύβην, quæ fuerit in hod. *Ouadi Gabeiba* a *Mersa Zafran* meridiem versus. ‖ — 4. Φάραξ] sic L et ed. pr., Φάραξαν X, Φάραξα cett.; *Pharassa villa* ed. Ulm. Deb. Χάραξ. ‖ — μδ' L''] μς' ed. pr. ‖ — κθ' γ''] sic X, κθ' cett. In Stadiasmo Κόραξ corrupte scribitur pro Χάραξ, quod recte habet Strabo 17, 3, 20. Hodie *Medina Sultan*, de quo loco v. not. ad Stadiasm. p. 458. Idem locus in Itin. *Iscina*, in Tab. Peut. *Scina*. Nomen hoc ex alio fonte novit et in alienum situm Ptolemæus transtulit. V. not. ad p. 631, 2. Plenum oppidi nomen fuerit Χάραξ Ἰσκίνα, *Vallum Iscinæ* cujusdam, siculi alibi nominantur Χάραξ Πασίνου (passim simpliciter Χάραξ dictus), Χάραξ Μελεάγρου, Πατρόκλου, Σίδου, Ἀλεξάνδρου etc. Viri nomen *Scinus* in Africæ titulo n. 4924, *Sceinus* n. 9780, *Scenus* n. 9377. ‖ — 5. Οἰσπορίς] Ἰσπορίς DMOΔΞ, Οἰσπωρίς ΦΨ, Ἰσπωρίς Arg., *OEsporus* ed. Rom., *Isporis* ed. Ulm. *Opirus* in Syrti maj.

Ἵππου ἄκρα	μϛ'	κθ'
Φιλαίνου κώμη	μϛ' L''δ''	κθ'

ὑφ' ἣν οἱ ὁμώνυμοι βωμοὶ ὅριον Ἀφρικῆς.

5. Ἡ δὲ ἀνατολικὴ πλευρὰ ὁρίζεται μετὰ τὸν μυχὸν τῆς Σύρτεως τῇ ἐντεῦθεν πρὸς μεσημβρίαν γραμμῇ παρὰ τὴν Κυρηναϊκὴν μέχρι πέρατος, οὗ θέσις μζ' κε'

ἡ δὲ μεσημβρινὴ τῇ ἐπιζευγνυούσῃ τὰ ἐκτεθειμένα δύο πέρατα γραμμῇ παρὰ τὴν Γαιτουλίαν καὶ τὴν ἔρημον Λιβύην.

6. Ὄρη δέ ἐστιν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ κατωνομασμένα τοῦ τε Βουζάρα ὄρους τὸ ἀνατολικὸν μέρος, οὗ θέσις κη' κζ'

καὶ τὸ Αὖδον ὄρος κη' L'' κθ' L''

καὶ ὁ Θάμμης τὸ ὄρος, οὗ τὰ πέρατα ἐπέχει μοίρας

κθ' L'' κζ' L'' καὶ λβ' κη' L''

Hippu promontorium	46° 45'	29°
Philæni vicus	46°	29°

infra quem cognomines aræ Africam finiunt.

5. Orientale vero latus post Syrtis recessum finitur linea, quæ inde meridiem versus præter Cyrenaicam ducitur usque ad terminum, qui positus est 47° 25°

meridionale autem linea, quæ præter Gætuliam et desertam Libyam ducta positos duo terminos coniungit.

6. Montes sunt in hac provincia celebriores et Buzaræ montis pars orientalis, cuius positio est 28° 27°

et Audus mons 28° 30' 29° 30

et Thammes mons, cuius partes extremæ sunt positæ

29° 30' 27° 30' et 32° 28° 30'

---

scribitur in Tab. Peut.; Stadiasm. 85 : Ἔπηρος (Ὄπηρος ?), λιμὴν πλοίοις μικροῖς· ἔχει ὕδωρ· τοῦτό ἐστι φρούριον βαρβάρων, a Charace 150 st., ab Hippu acra 350 st. distans. Hodie *Naim* (*Liman Naim* in tabulis antiquioribus), de quo v. not. ad Stad. p. 458. ‖ — 1. Ἵππου ἄκρα] In Stadiasmo corrupte Φιλίππου ἄκρα· ἀκρωτήριόν ἐστι τραχύ· ἔχει ὕφορμον καὶ ὕδωρ. Hod. *Ras Bergavad*, ad quod rudera exstant, quæ fuerint *Auberei*, cujus meminit Itinerarium. ‖ — 2. Φιλαίνου] *Hileni* ed. Ulm. ‖ — μϛ' L'' δ''] μϛ' δ'' ed. pr. Φιλαίνου etiam Scylax, Polybius 3, 39, 2. 10, 40, 7 et Strabo 17, 3, 20 (τῶν Φιλαίνου βωμῶν, quod reponendum etiam in antecc., ubi codices Φιλαίνων (at Φιλαίνου in Epit.) βωμοί. Contra lib. 3, 5, 5 et 6 : οἱ Φιλαίνων λεγόμενοι βωμοί, et sic ceteri auctores plurimi. Stadiasmus 84 ab Hippu acra ad ἀκρωτήριον, quod una cum aris Philænorum commemorat, 400 stadia computat, quæ pertinent usque ad *Ras Linouf*. Ipsæ autem aræ si ponendæ sunt ubi Itinerarium habet stationem *Banadedari* (in quo nomine latere Βωμοὶ *id est aræ* D'Avezacius suspicabatur), non ad promontorium istud, sed magis ortum versus prope hod. *Mouktar* quærendæ sunt. Mirum est quod apud Sallustium Jug. 19 legitur : *Deinceps* (post Cyrenen) *duæ Syrtis, inter eas Leptis, dein Philenôn aræ*, et ap. Strabonem 3, 5, 5 : Οἱ Φιλαίνων λεγόμενοι βωμοὶ κατὰ μέσην που τὴν μεταξὺ τῶν Σύρτεων γῆν. In Stadiasmo orientalis Syrtis pars ad Philænorum usque aras vocatur Σύρτις Κυρηναίων, occidentalis vero pars Σύρτις μεγάλη. Qua admissa distinctione, aræ Philænorum in duarum Syrtium confiniis sitæ esse dici poterant. At in Strabonianam geographiam tale quid haud cadit. Ceterum de Philænorum historia v. Meltzer *Gesch. d. Karthager* 1, p. 490 sqq. ‖ — 4. μετὰ] κατὰ F. ‖ — 5. τῇ] τῆς ΦΨ. ‖ — 7. θέσις] ἡ θέσις BZ. ‖ — 12. Βουζάρα] Βούζαρα Z, *Buzura* ed. Vic. ‖ — 13. κη'] 29 ed. Vic. De Buzara, in quo Bagradæ fontes, v. not. p. 602, 7. ‖ — 14. Αὖδον] Αὖρον ΦΨ, Αὐδὸν F; ὄρος om. ed. pr. Audus mons a Lambæsa urbe austrum versus positus est hod. *Djebel Aures*, τὸ Αὐράσιον ὄρος Procopii B. Vand. 1, 8, p. 345, 9 : ἔστι δὲ τὸ Αὐράσιον ἐν Νουμιδίᾳ τριῶν καὶ δέκα ἡμερῶν μάλιστα Καρχηδόνος διέχον, τετραμμένον δὲ πρὸς μεσημβρίαν. Cf. ib. 2, 13 p. 462, 19. 466, 2. 467, 14; 2, 19 p. 493, 21. Idem de ædif. 6, 7 7 p. 343, 16 : ὄρος ἐστὶν ἐν Νουμιδίᾳ, ὅπερ Αὐράσιον ἐπικέκληται, οἷον δὴ γῆς τῆς οἰκουμένης ἑτέρωθι ἥκιστα ξυμβαίνει εἶναι. Τοῦτο γὰρ τὸ ὄρος οὐρανομήκες μὲν ἐν τῷ ἀποτόμῳ ἀνέχει, ἐς περίμετρον δὲ ἡμερῶν διήκει μάλιστα ὁδῷ τριῶν. Καὶ προσιόντι μὲν ἀπρόσβατόν ἐστιν, ἀνάβασιν οὐδεμίαν ὅτι μὴ ἐν ἀποκρήμνῳ ἔχον· ἄνω δὲ γενομένῳ γεώδης τε ἡ χώρα καὶ ὁμαλῆ τὰ πεδία καὶ ὁδοὶ προσηνεῖς, λειμῶνες εὔνομοι, παράδεισοι κατάφυτοι δένδροις, ἀρώματα πάντα· καὶ πηγαὶ μὲν ἀποβλύζουσαι τῶν τῇδε σκοπέλων, γαληνὰ δὲ τὰ ὕδατα καὶ ποταμοὶ πλήθει ῥοθίου ἐπικυρτούμενοι, καὶ τὸ δὴ πάντων παραδοξότατον, τά τε λήια καὶ τὰ δένδρα ἐν τούτῳ τῷ ὄρει διπλάσιον μεγέθους πέρι τὸν καρπὸν φέρουσιν ἢ ἐν Λιβύῃ τῇ ἄλλῃ πέφυκε γενέσθαι. ‖ — 15. Θάμμης] Θάμης FN, Θάμβης DLMOΔΞΣ ed. pr., Θάμνης ΦΨ edd. Arg.

ἀφ' οὗ ῥεῖ ὁ Ῥουβρίκατος ποταμός·
καὶ τὸ καλούμενον Κίννα ὄρος
λγ' λ'
ἀφ' οὗ αἱ λίμναι συνίστανται συνάπτουσαι ἀλλήλαις ἥ τε Ἱππωνῖτις λίμνη
λβ' γο'' λβ' L''
καὶ ἡ Σισάρα λίμνη λγ' λα'
καὶ τὸ Μάμψαρον ὄρος, οὗ τὰ πέρατα ἐπέχει μοίρας
λγ' κζ' L'' καὶ λς' L'' κς' δ''
ἀφ' οὗ ὁ Βαγράδας ποταμὸς ῥεῖ·
καὶ τὸ καλούμενον Διὸς ὄρος
λζ' L'' λα' δ''
καὶ τὸ Οὐσάλαιτον ὄρος, οὗ τὰ πέρατα ἐπέχει μοίρας
λζ' κη' καὶ λθ' L'' κς' L''
ἀφ' οὗ ῥεῖ ὁ Τρίτων ποταμός, καὶ ἐν αὐτῷ λίμναι,
ἥ τε Τριτωνῖτις λίμνη λη' γο'' κθ' γο''

ex quo defluit Rubricatus fluvius;
et Cinna qui dicitur mons
33° 30'
a quo existunt paludes inter se coniunctæ, Hipponitis palus
32° 40' 32° 30'
atque Sisara palus 33° 31°
et Mampsarus mons, cuius extremæ partes sitæ sunt
33° 27° 30' et 36° 30' 26° 15'
ex quo Bagradas fluvius defluit;
et qui dicitur Iovis mons
37° 30' 31° 15'
et Usalætus mons, cuius extremæ partes sitæ sunt
37° 28° et 39° 30' 26° 30'
e quo fluit Triton fluvius, cujus sunt paludes,
Tritonitis palus 38° 40' 29° 40'

Ulm., Θάμις W. Hodie *Dj. Tagma*. Vid. not. p. 616, 1. ‖ — κζ' L''] 27 ed. Vic. — κη' L''] κζ' L'' ed. pr. ‖ — 1. ἀρροῦροι ὄρους Βρίκατος πότ. ΦΨ, *a quo monte Bricatus*, Βρίκατος, *fl.* ed. Arg. — Ῥουβρικάτος DL ed. pr. In. ed. pr. verba ἀφ' οὗ.. ποταμός leguntur post verba ὁ Θάμβης τὸ ὄρος. Alius Rubricatus fl. Hispaniæ. Vid. p. 154. ‖ — 2. Κίννα] sic X, Κίρνα celt. Cf. Κιννάβα ὄρος Mauritaniæ p. 601, 17. Cinna fuisse videtur tractus montanus hod. regionis *Zainati*, ex quo *Oued Baguerat* influit in lacum quem Sisaram Ptolemæus vocat. ‖ — 5. Ἱππωνῖτις] Ἱππωνίτις L ed. pr., Ἱππωνίτης DFPRVΞ, Ἱππονήτης ΦΨ Arg., *Hipponetis* ed. Vic., *Hipponetes*, ed. Ulm. — λίμνη vocem h. l. et vs. 7 om. ed. pr. ‖ — 6. λβ' L''] λα' γ'' ed. pr. ‖ — 7. Σισάρα] *Sissara* ed. Vic., fort. rectius. Cf. Σίσαρ fl. Mauritaniæ p. 599, 4. Fontes Bagradæ in regione ubi Madaura urbs (Μάδουρος ap. Ptol., hod. *Mdaurouch*). Ibi igitur quærendus fuerit Mampsarus mons, quem uti ceteros montes temerarie collocavit Ptolemæus. Accolæ montis Μάμψαροι infra p. 639, 2. In titulo n. 1541 p. 189 Thuggæ reperto nominatur quidam *Q. Cornelius Solutor Sissaris Pua*, adeo ut etiam oppidum τὰ Σίσσαρα dictum exstitisse videatur. ‖ — 10. κζ' L''] κθ' L'' Φ edd. Arg. Ulm. ‖ — λς' L''] λς' ς'' ed. pr. ‖ — κς' δ''] κς' L'' X, κδ' Φ', 24 1/2 edd. Arg. Ulm ‖ — 11. Βαγράδας] Βάγαρδας X, Βραγῶδας ΦΨ Arg., *Bragadas* ed. Vic. Verba ἀφ' οὗ ὁ B. π. ῥεῖ in ed. pr. post v. Μάμψαρον ὄρος inseruntur. ‖ — 13. λζ' L''] λζ' X, 25 1/2 ed. Vic. Probabilis est Barthii (*Wanderungen* 1, p. 117) sententia Iovis montem esse Zeugitanæ regionis montem altissimum qui prope *Zaghuan* oppidum ex amœnissima planitie assurgit. *Mons Ziquensis* vocatur ap. Victorem Vitens. De persecut. Vandal. 2, 6. 5, 15, *Ifera* ap. Corippum Joan. 2, 57. Oppidum (*civitas Ziquensium* ap. Augustin. epist. 78, 4) olim dictum esse *Villam Magnam* ex titulo n. 899 intelligitur. Eadem, ni fallor, est ἡ ὀνομαζομένη Μεγάλη πόλις, quam in perbeata regione sitam Agathocles cepit, teste Diodoro 20, 8. ‖ — 14. Οὐσάλαιτον] Οὐσάλετον ADFMNOΔΦΨ, Οὐασάλετον ed. pr. Cf. p. 639, § 6. — ἐπέχει μ.] om. SΩ, μοίρας om. W. ‖ — 16. λθ' L'' κς' L''] λθ' ς'' κς' ς'' ed. pr. Mons alieno in loco a Ptolemæo collocatus, hod. est *Dj. Usselet* in Hadrumeti fere parallelo situs. Fluvius in eo oriens in vastam paludem influit, qui *Sebcha Sidi Hani* vocatur, ad Tritonidem paludem Ptolemæi nihil pertinens. Lacui adjacebat *Vicus Augusti* (hod. *Hauch Sabra*, Αὔγουστον ap. Ptol.), ab Hadrumeto 25 m., totidemque ab Aquis Regiis distans (Itin. p. 52). Ad montem alicubi fuerit *oppidum Latinum Uzalitanum*, cujus Plinius 5, 29 meminit. ‖ — 19. Τριτωνῖτις] Τριτωνίτις ed. pr., Τριτωνίτης ADFLMNOPRSVΔΞΩ. ‖ — λίμνη] om. L et ed. pr., item p. 636, 1 et 2. ‖ — λη' γο''] λη' δ' L ‖ — κθ' γο''] λς' X. ‖ — P. 336, 1. λη' L''] λη' ς'' ed. pr. ‖ — 3. λη' L''] λη' ς'' ed. pr. De Tritone fl. vide not. p 624, 4. Trium lacuum nomina ejusdem lacus nomina tria fuerint Certe Tritonidem Callimachus Pallantiam dixit (Plin.

καὶ ἡ Παλλὰς λίμνη λη′ ∠′′ κθ′ δ′′
καὶ ἡ καλουμένη Λιβύη λίμνη
λη′ ∠′′ κη′ δ′′
καὶ τὸ Γίγλιον ὄρος μ′ ∠′′ κθ′ ∠′′
καὶ τὸ Θίζιβι ὄρος μδ′ δ′′ κη′
καὶ τὸ Ζουχάββαρι, οὗ τὰ πέρατα ἐπέχει μοίρας
μ′ κς′ δ′′ καὶ μγ′ ∠′′ κς′ γο′′
ἀφ' οὗ ῥεῖ καὶ ὁ Κίνυψ ποταμός,
καὶ ἡ Ἀκάβη πηγὴ, ἧς θέσις
με′ δ′′ κς′ ς′′

6. Κατέχουσι δὲ τὰ μὲν δυσμικὰ τῆς Ἀφρικῆς μέχρι θαλάσσης Κιρτήσιοι καὶ Να-

et Pallas palus 38° 30′ 29° 15′
quæque dicitur Libya palus
38° 30′ 28° 15′
et Giglius mons 40° 30′ 29° 30′
et Thizibi mons 44° 15′ 28°
et Zuchabbari, cujus extremæ partes sitæ sunt
40° 26° 15′ et 43° 30′ 26° 40′
ex quo defluit Cinyps fluvius
et Acabe fons qui situs est 45° 15′ 26° 10′

6. Incolunt partes occidentales Africæ mari tenus *Cirtesii* et *Nabathræ*; post quos

5, 28). Deinceps hæc nomina inter complures hujus regionis lacus (*Chott el Fedjâdj*, *Chott el Gharnis*, *Chott Melrir*) distributa esse videntur. Triton vero fluvius, in ultimum *Chott Melrir* influens, agnosci poterat in hodierno *Ouadi Djedi*, qui lib. 4, 6 in Libyæ interioris descriptione ex alia rerum adornatione *Gir* vocatur. Porro ab hac Libya palude reapse non diversam esse puto alteram Libyæ interioris Libyam paludem, quamquam hæc non *Gir*, sed *Nigir* fluvio jungitur. ‖ — 4. Γίγλιον] Γίλιον DFLMNOSΔΞΩΞ, καὶ ὄρος τὸ Γίλιον ἢ Γίγιον A, Σίλιον ΦΨ, Σίλίος (sic) Arg., *Silcis mons* ed. Ulm., Γίγιον PRVW ed. pr., Ἥλιον X. ‖ — μ′ ∠′′ κθ′ ∠′′] μς′ κθ′ ς′′ ed. pr. De genuina nominis forma et de situ montis non constat. ‖ — 5. τὸ] om. A. ‖ — Θίζιβι] Θιζίβιον ΦΨ, Θιζίβιος, *Thizibius*, edd. Rom. Ulm. Arg. Mons ignotus. ‖ — μδ′ δ′′] μα′ δ′′ FLMNOSΞ, 40 1/2 ed. Rom. ‖ — 6. Ζουχάββαρι] sic BEXZ, Ζουκχάβαρι Γ, Ζουχάβαρι LPRVW ed. pr., edd. Vic. Rom. Ulm. Arg.; Χουζάββαρι DFSΩ, Χουζάββαρον A, *Chuzambari* ed. Lugd. ‖ — 6. ἐπέχει μοίρας om. S. ‖ — μ′] μβ′ ς′′ ed. pr. ‖ — 8. μγ′ ∠′′] μγ′ ς′′ ed. pr ‖ — κς′ γο′′] κς′ ς′′ X. ‖ — 9. Κίνυψ] de conj. Vid. not. p. 629, 2. Κίνυφος h. l. codd., nisi quod Κίρυφος, *Ciryphus*, ΦΨ edd. Arg. Ulm., Κίννυφος ed. pr., *Cinyphs* ed. Vic. ‖ — 10. Ἀκάβη] Ἀκώβη L, Ἀκάμη F, Κάβη BMO, Κάβι X. ‖ — 11. κς′ ς′′] κγ′ γ′′ L, κς′ ∠′′ X. ‖ — Fontes separatim recensere non solet Ptolemæus. Quodsi verba καὶ ἡ Ἀκάβη antecedentibus ἀφ' οὗ ῥεῖ etc. jungenda sunt, mirum narrat auctor. Adde quod orientalis montis terminus a fontis loco duobus fere gradibus distat. Quod reputans Grashofius montem usque ad 46° 40′ extendi volebat. Vulgo in tabulis res ita pingitur ut Cinyps fluvius partim ex Zuchabbari monte defluat, partim ex Acabe fonte oriatur; recte fortassis, quamquam Ptolemæus id non dixit. Certe similiter in Libyæ interioris tabula Cinyps fluvius ex duobus fontibus quinque gradibus inter se distantibus oriri statuitur. Ceterum quum lib. 4, 5 Ἀκάβη sit montis nomen [arabice *acaba* dicitur *ascensus arduus*], nostro quoque loco montem nominandum fuisse conjeceris, Ptolemæum vero aut in fonte suo latino pro *mons* reperisse *fons* (sicut ap. Ravennatem p. 163, 20 *fons asper* legitur pro *mons asper*, atque Ptolemæus p. 577 Ἡλίου ἄκρον finxit; quoniam in latino auctore *Solis* pro *Solois* legerat), aut pro πηγὴ scripsisse πάγη, quam vocem eodem sensu usurpari quo vulgo πάγος dicitur, testatur Hesychius. ‖ — 13. Κιρτήσιοι] Κυρτήσιοι RVW ed. pr., Κυργήσιοι P, *Cyrtensii* ed. Ulm. De *colonia Iulia Cirta*, postea *Constantina* (h. *Constantine*) ejusque ditione fuse dixit Willmanns in *Hermes* vol. 1, p. 47 sqq. et in C. I. p. 618 sqq. Hinc pro nostro consilio hæc apposuisse satis sit. Devicto Iuba rege Cæsar Cirtam coloniam civium Romanorum fecit deductis eo Sittianis. Appianus B. C. 4, 54: αὐτοῦ τὴν χώραν ὁ Καῖσαρ τῷδε τῷ Σιττίῳ καὶ Βόκχῳ Μαυρουσίων βασιλεῖ δεδώρητο καὶ τὸ μέρος ὁ Σίττιος τοῖς ὑπ' αὐτῷ ἐπιδιεῖλεν. Mela 1, 30: *Cirta... nunc Sittianorum colonia, quondam regum domus*. Plinius 5, 22: *Colonia Cirta Sittianorum cognomine*. Plenum coloniæ nomen in tit. 7041. 7071: *Iulia Iuvenalis Honoris et Virtutis Cirta*. In Ptol. § 7: Κίρτα Ἰουλία κολωνία, in Plin. et Tab. Peut.: *Cirta colonia*. — « Ea, Willmannsius ait, si non antea, certo cum Augustus regem Iubam ex Numidia in Mauretaniam transtulit a. u. c. 729, pars facta est provinciæ Africæ Novæ sive diœcesis Numidiæ. Posteriore tempore, diœcesi ea in provinciam mutata, caput ejus evasit nomenque adeo hæc a metropoli derivavit *Numidiæ Cirtensis*, uti est in laterculo provinciarum Veronensi et in titulo Thibilitano n. 5526. — Agrum autem circumjacentem tam oram versus quam mediterraneum Cirtenses tenuisse pagis ibi constitutis et Tacitus indicat et confirmant tituli.

βάθραι· μεθ' οὓς πρὸς ἀνατολὰς Ἰόντιοι κατὰ τὴν Νουμιδίαν τὴν καὶ Νέαν ἐπαρχίαν μέχρι Θαβράκης· εἶτα Μιδηνοὶ καὶ οἱ κατὰ τὴν Καρχηδονίαν, ὑφ' οὓς οἱ Λιβυφοίνικες·

orientem versus sunt *Iontii* in Numidia sive Nova Provincia usque ad Thabracam; deinde *Mideni* atque Carthaginiensis regionis incolæ, sub quibus *Libyphœnices*; deinde

Ille (Ann. 3, 74) cum bellum adversus Tacfarinatem an. 22 gestum esse narrat exercitu tripartito ita, ut ipsi regi dux Blæsus obviam iret, a sinistra ex Lepti (magna) Romani in Garamantes expeditionem facerent, a dextra propria manus caveret *ne Cirtensium pagi impune traherentur*, aperte significat regionem eam cujus titulos modo retulimus, Sigus, Silam, Saddar, Sabzuar. Arsacal, Uzelim, Mastar, Tiddin, quos vere pagos fuisse Cirtensium suisque magistratibus cum carerent, quicumque ibi inveniuntur Cirtensium esse suis locis docuimus; significat simul, ni fallor, quæ postea dicuntur coloniæ Cirtenses Rusicade, Mileu, Chullu. Scilicet cum secundum chorographiam eam quam Plinius compilavit, *oppida* Rusicade et Chullu Cirtæ opponantur, eaque tanquam sola colonia in Numidia recenseatur, posteriore tempore, certe jam imperante Trajano (n. 7069), pro una colonia Cirta substitutæ sunt *quattuor coloniæ Cirtenses*, ut appellantur in tit. n. 7080 et in Cuiculitanis n. 8318. 8319 (ubi junguntur IIII coloniæ Cirtenses et quinta Cuiculitana) sive *coloniæ Cirtenses* (n. 6942 : *Concordia coloniarum Cirtensium*) sive *quattuor coloniæ*. Eas, cum quattuor essent, unam quodammodo rempublicam effecisse inde intelligitur quod inveniuntur *tres viri IIII coloniarum* (n. 7101. 7978. cf. 7091), *ædiles IIII coloniarum* (n. 7126), *omnibus honoribus in IIII coloniis functi* (n. 7112). » — Quousque Cirtensium ditio in ora maritima ortum versus pertinuerit, docemur lapide n. 10838, cui ab una parte inscriptum legitur *Pu(blicum) Hipp(onensium,)* ab altera *Cirtensium*. Repertus lapis est in loco ab Hippone occasum versus 30 fere m. p. distante ad ripam sinistram *Ouider* fluvii. Ptolemæus in oræ mar. descriptione partes Africæ provinciæ non distinguit, in mediterraneis vero Cirtensibus attribuit omnem Numidiæ tractum, qui Mauretaniæ conterminans usque ad Zanam (h. *Zana*) austrum versus pertinet. Iam vero quum in eo tractu etiam Cuicul colonia esset, c. 45 m. p. a Cirta occasum versus sita, quæ a IV Cirtensium coloniis in tit. n. 8319 sejungitur ideoque sui juris fuisse videtur, Ptolemæus eam a Cirta 83 m. p. ortum versus posuit eoque ex Cirtensium territorio exemit. Perperam ei Vaga et Lares attribuuntur; scilicet Cirtam Iuliam Ptolemæus confundit cum *Cirta nova* sive *Sicca Veneria*; ab hac enim si positiones Vagæ et Laribus attributas computaveris, satis recte definiuntur. ‖ — 1. καὶ Ναβάθραι] καννναβάθραι ΦΨ Arg., *Cannabratæ* ed. Ulm., *Cænabatræ* ed. Rom. καὶ καὶ ναβάθραι (sic) A. Denuo Nabathræ commemorantur in Libya interiore, in qua etiam alii Africæ provinciæ populi, Mimaces, Samamycii, Suburbures, Achæmenes, Dolopes, Astacures, recurrunt. A Nabathris aliunde non notis fortasse non diversi sunt *Nababes*, quos Plinius 5, 21 inter Usar et Ampsagam fluvios in Mauretaniæ parte Numidiæ contermina habet. In Tab. Peut. *Nababes* nomen scriptum est a Saldis occasum versus sub monte Ferrato. ‖ — πρὸς] ἐπὶ L. ‖ — Ἰόντιοι] Cf. not. p. 616, a. ‖ — 2. κατὰ τὴν] καὶ κατὰ τὴν BZ, καὶ τὴν ADF, *et Numid.* edd. Arg. Lugd. ‖— Νουμιδίαν] Νουμηδίαν PRVW ed. pr. Cf. infra § 7. ‖ — τὴν] om. ALMNOΔΞ. ‖ — 3. μέχρι] om. C. ‖ — Θαβράκης] Θάβρακος SX ed. pr., Ταβράκος ΦΨ, Ταβράκης ed. Arg., Θάμβρακος ACDL MNOPRV, Θαμύρακος F. ‖ — Μιδηνοί] Μιδυνοί F, Μισηνοι X, Μεδηνοί ed. pr., *Mindeni* ed. Ulm. Cf. p. 639. Ignoti. Cf. Steph. Byz. Μύνδωνες (Μύνδονες codices contra ordinem literarum), ἔθνος Λιβύης. Ἔφορος εἰκοστῷ ὀγδόῳ· « Μύνδωνες οἵπερ εὐγνωμότατοι δοκοῦσιν εἶναι [καὶ] πλουσιώτατοι τὸν βίον. » ‖ — καὶ οἱ] οἱ om. BEZ; καὶ κατὰ τὸν Καρχ. οἱ Λιβυφοίνικες de conj. scripsit Wilberg. ‖ — 4. Λιβυφοίνικες] Λιβουφ. ΦΨ, Λιβυκοὶ Φοίνικες PRV ed. pr., *Libyæ Phœnices* add. Rom. Lugd. Ptolemæus Libyphœnicibus Zeugitanam assignat, quum ab iis austrum versus Byzacitim regionem esse statuat. Sec. Plinium 5, 24 *Libyphœnices vocantur qui Byzacium incolunt*. Quibus nomen late patens angustis quasi populi limitibus circumscribitur. Nam Libyphœnices sunt Phœnices per Libyam sparsi indigenisque mixti in coloniis quæ Carthaginiensium imperio subjectæ erant, quamvis ex parte ipsa Carthagine antiquiores essent. Diodorus 20, 55, 4 ; Φοίνικες μὲν οἱ τὴν Καρχηδόνα τότε κατοικοῦντες, Λιβυφοίνικες δὲ πολλὰς ἔχοντας πόλεις ἐπιθαλαττίους καὶ κοινωνοῦντες τοῖς Καρχηδονίοις ἐπιγαμίαις, οἷς ἀπὸ τῆς συμπεπλεγμένης συγγενείας συνέβη τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας. Iidem apud Polybium 7, 9, 3 indicantur fœderis verbis : τοὺς Καρχηδονίων ὑπάρχους, ὅσοι τοῖς αὐτοῖς νόμοις χρῶνται. Strabo 17, 3, 19 : Ὑπέρκειται δὲ τῆς ἀπὸ Καρχηδόνος παραλίας μέχρι Κεφαλῶν καὶ μέχρι τῆς Μασαισυλίων ἡ τῶν Λυβοφοινίκων γῆ μέχρι τῆς τῶν Γαιτούλων ὀρεινῆς ἤδη Λιβυκῆς οὔσης. Primum Libyphœnicum nomen occurrit in Hecatæi fragmentis ap. Steph. Byz.: Κανθήλη, πόλις Λιβοφοινίκων. — Εὐδείπνη, νῆσος Λιβοφοινίκων. (Ex eodem fonte fluxerit : Ἀβρότονον, πόλις Λιβοφοινίκων),

εἶτα μέχρι τῆς μικρᾶς Σύρτεως Μάχυνοι, καὶ ὑπ' αὐτὴν Κινίθιοι, καὶ ἀνατολικώτεροι μέχρι τοῦ Κίνυφος ποταμοῦ Νιγίτιμοι, καὶ περὶ αὐτὸν τὸν ποταμὸν οἱ Λωτοφάγοι· εἶτα παρὰ τὴν μεγάλην Σύρτιν Σαμαμύκιοι καὶ ἐφεξῆς Κινύφιοι, οἷς ὑπόκειται 'Ελαιῶ-

usque ad minorem Syrtim *Machyni*, et infra eam *Cinithii*, atque orientem versus usque ad Cinyphem fluvium *Nigitimi*, et circa ipsum fluvium *Lotophagi*; deinde iuxta Syrtim maiorem *Samamycii* et post eos *Cinyphii*, infra quos sunt *Elæones*. Rursus

---

et in Hannonis periplo 1 : ἔδοξε Καρχηδονίοις Ἄννωνα πλεῖν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καὶ πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων. Cf. Scymnus 196 (ex Ephoro) de Bæticæ ora orientali : οἰκοῦσι Λιβυφοίνικες, ἐκ Καρχηδόνος ἀποικίαν λαβόντες. Avienus Or. mar. 421 de eadem regione : *sunt feroces hoc Libyphænices loco.* Libyphœnices equites in Hispaniæ præsidiis ap. Polybium 3, 33, 15 ex eoque ap. Livium 21, 22 : *equites Libyphænices, mixtum Punicum Afris genus.* Cf. Livius 25, 40 : *Libyphænicum generis Hipponiates, Mutinem populares vocant*, qui Polybio 9, 22. 4 est Μύττονος ὁ Λίβυς. Celerum cf. de Libyphœnicibus Meltzer *Gesch. der Karthager* p. 436. ‖ — 1. Μάχυνοι] Μαχύνοι FLMOΔΞ, Μόχυνοι N, *Machini* ed. Ulm. Ignoti. Machynos esse Maxyes quos Herodotus 4, 191 a Tritone fluvio occasum versus medios inter Ausenses et Zaueces degere tradit, Iustinus vero 18, 6 *Maxitanos* vocat, censet Vivien de S. Martin l. l. p. 58. Moversio l. l. p. 369 Μάχυνοι, Μυχηνοί, Μοικοῦνοι, Μικκατανοί (Diodor. 26, 23), Μάκαι, Μακκόοι, Μακεννῖται ejusdem gentis in diversis sedibus nomina diversa sunt. ‖ — 2. ὑπ' αὐτὴν] ὑπ' αὐτὸν BE, ὑπ' αὐτοὺς ed. pr.; verba om. ΦΨ, relicto spatio ; haud vertuntur in ed. Arg. ‖ — Κινίθιοι] Κινήθιοι ed. pr., Κινύθιοι CPRVW, Κίνθιοι F, Κίνιοι ΦΨ, *Cinii* edd. Arg. Rom., *Minithii* ed. Vic., *Cinichii* ed. Lugd. Titulus in veteris Thysdri loco (h. *el Djem*) repertus n. 10500 : *gens Cinithiarum.* Plinius 5, 30 : *Cinithi.* Tacitus An. 5, 52 : *Compuleruntque* (Tacfarinates et Mazippa) *Cinithios* (*Cnithios* codex), *haud spernendam gentem.* Chronicon Paschale p. 59, 12 : Ἄφρων ἔθνη καὶ ἀποικίαι εἰσὶ πέντε· Νεβδηνοί (*Lebdeni* in lib. gener. V. Chron. Pasch. vol. 2, p. 102 ed. Bonn.), Κνῆθοι (*Cinli* lib. gen.), Νουμίδες, Νασαμῶνες, Σαῖοί (*Saci* lib. gen.). — Κινίθιοι μὲν ἀνατολικώτεροι καὶ μέχρι LΦΨ et sic latine edd. Rom. Ulm. Arg. ‖ — 3. Κίνυφος] Κινύφου A, *Cinyphum*, Κίνιφοx (sic) Arg., *Cyniphum* ed. Lugd., Φοίνικος FN. ‖ — Νιγίτιμοι] Νιγήτιμοι A, Νιγίντιμοι ed. pr.; *Nigize Gætuli* in T. P. ‖ — 4. οἱ Λωτοφάγοι] οἱ om. A, οἱ Λωτόφαγοι ΦΨ. Sec Scylacem p. 86 Lotophagi a Syrti majori ad Syrtim minorem pertinebant. Vulgo Meninx insula Lotophagorum et Syrtis minor etiam Λωτοφαγῖτις vocabantur, teste Strabone 15, 3, 7. Aliter statuit Plinius 5, 25 : *In intimo sinu* (Syrtis majoris) *fuit ora Lotophagorum, quos quidam Alachroas dixere ad Philænorum aras.* At in his major Syrtis cum minore confundi videtur. Certe Μάχροες Ptolemæi, quorum nomen in græco Plinii fonte in Ἀλάχροες corruptum erat, Μάχλυες loto vescentes ap. Herodotum 4, 178. 180, Μαχλυεῖς Nicolai Dam. fr. 136, ad Syrtim minorem degebant. Apud Ptolemæum quoque Lotophagi et Samamycii (Samycii?) et Cinyphii magis occasum versus ponendi erant. Quodsi Cinyphii ad Cinyphem fl. collocantur, Samycii in Sumucis oppidi regione, Lotophagi ad Syrtim minorem locum inveniunt. Nec non Nigitimi in ea regione fuisse videntur ubi infra commemoratur Νέγετα oppidum. Celerum, ut alia complura, sic etiam Lotophagorum sedes mythologi e Syrtica regione in ultima Libyæ australis et occidentalis transtulerunt, ut ex Artemidoro refert Strabo 3, 4, 3. ‖ — 5. παρὰ τὴν] περὶ τὴν CPV, μετὰ τὴν W, *ultra* ed. Rom. ‖ — Σαμαμύκιοι] Σαμαμίκιοι ΦΨ, *Samamicii*, Σαμαμίκοι (sic) Arg., *Samamicii* ed. Ulm., *Samamucii* ed. Rom., *Samabycii* ed. Lugd. Infra varia lectio Σαμύκιοι. Vulgata scriptura conflata fuerit ex Σαμύκιοι et Μαμύκιοι. Ad hanc gentem referenda mihi videntur Σουμουκίς opp. § 11, et *Mamucensis limes* regionis Syrticæ in Not. Dign. p. 89, 9. Iterum Samamycii nominantur inter populos Libyæ Interioris ad Girgiri montem et Cinyphis fontes. ‖ — 6. Κινύφιοι] sic hoc loco X, Νύκτιοι ΦΨ, *Nictii*, Νύκτιοι, Arg. Ulm., *Nycpti* ed. Vic., Νύκπιοι cett. Infra codex X cum celeris codicibus pro ὑπὸ δὲ τοὺς Κινυφίους habet ὑπὸ δὲ τοὺς Νυκπίους, quod si recte scriberetur, antecedentia verba ὑφ' οὓς Νύκπιοι ejicienda forent, ut proposuit Grashofius. Statuendum vero potius est istud Νυκπίους ex male repetito nomine antecedente ortum et hinc deinceps in plurimis codicibus etiam in nostrum locum translatum esse. Celerum Cinyphii quum aperte sint Cinyphis fluvii accolæ, perperam collocantur in Ptolemæi tabula, ut supra jam monui. A Macis quidem boream versus ponuntur, sicut apud Herodotum Cinyps fl. per Macarum ditionem fluere traditur, at consensus hic eo turbatur quod Macis aliam regionem assignat Herodotus, aliam Ptolemæus. ‖ — 6. 'Ελαιῶνες] οἱ 'Ελ. X, 'Ελειῶνες ed. pr., 'Ελεῶνες MO ed. Arg., *Eleones* edd. Rom. Ulm. Lugd. Ignoti. Fortasse huc pertinet *natio Selorum*, quorum oppidum *Macomades Selorum* in Tab. Peut.

νες· πάλιν δὲ τῶν μὲν Κιρτησίων καὶ τῆς Νουμιδίας μεσημβρινώτεροι ὑπὸ τὸ Αὔδον ὄρος Μισούλαμοι, ὑφ' οὓς Νατταβοῦτες, εἶτα Νίσιβες· τῶν δὲ Μιδηνῶν Μιαίδιοι, ὑφ' οὓς Μούσουνοι· εἶτα ὑπὸ τὸν Θάμμην τὸ

meridiem versus a Cirtesiis et Numidia infra Audum montem sunt *Musulami*, infra quos *Nattabutes*, dein *Nisibes*, atque a Midenis *Mididii*, infra quos *Musuni*; deinde infra Thammen montem *Suburbures*, infra quos

---

Nunc in hac regione *Uelad Sliman*. ‖— 1. Κιρτησίων] Κύρτ. L, *Certesiis* edd. Vic. Rom. Ulm. — Νουμηδίας ed. pr. ‖ — 3. Μισούλαμοι] sic X, Μισουλάνοι BEZ, *Misulani* ed. Vic., Μισουλάμοι celeri, nisi quod Μισουλάμων S, Μισουλάδων PRVW. Scribendum erat Μουσούλαμοι vel Μουσουλάμιοι, uti est in titulis et tabula Peuting. Secundum Ptolemæi tabulam gens degebat sub Aurasio monte in Numidiæ parte australi et finitima Mauritaniæ. Eadem gentis regio Taciti testimoniis subindicatur, nec non tabula Peutingeriana *Musulamiorum* nomen in ea mediterraneorum parte ponit ubi in ora maritima sunt Chobi et Igilgili. At secundum titulos sedes eorum magis ortum versus erant inter Thevesten et Sufes et Sufetulam. Quare Willmannsius eos regnante Tiberio ex priscis sedibus huc transductos esse suspicatur. Testimonia hæc sunt : Plinius 5, 30 : *Natabudes*, *Capsitani*, *Musulami* (sic codices Barbari, *Musulani*, *Musinsulani*, *Musitani* cett.), *Sabarbares*. Tacitus An. 2, 52, de Tacfarinate (an. 17 p. C.) : *postremo non inconditæ turbæ, sed Musulamorum* (*musula majorum* h. l. codex) *dux haberi. Valida ea gens et solitudinibus Africæ propinqua, nullo etiam tum urbium cultu, cepit arma Maurosque accolas in bellum traxit.* Chron. Pasch. p. 69, 18 : Μαύρων ἔθνη καὶ ἀποικίαι εἰσὶν τρεῖς, α' Μουσουλαμοί (Μουσουδαμοί cod. Vatic.), β' Τιγγιτανοί (Τηγζητανοί, Τησπιτανοί codd.), γ' Καισαρήνσεις (Σαρίνσης, Σαρίνσοι codd.). Titulus n. 10667 repertus in hod. *Kasr Gurai* a Theveste oppido 5 m. p. versus ortum æstivum : *Ex auctoritate imp. Cæs. Trajani Aug. Germ. Dacici Munatius Gallus leg. pro pr. finibus Musulamiorum* (*privi?*)*legii vetustatis* (*sec?*)*tam abolevit.* Titulus n. 270 p. 46 repertus in hod. *Henchir el Begar* inter Sufes (h. *Sbiba*) coloniam et Sufetulam (h. *Sabeitla*) : *Permittendum Lucilio Africano clarissimo viro in provincia Africa, regione Beguensi* (Cf. *Beguensis gens* ap. Iulium Honorium p. 54 ed. Riese), *territorio Musulamiorum, ad Casas nundinas ... instituere et habere, eoque vicinis advenisque nundinandi duntaxat causa coire, convenire sine injuria et incommodo cujusquam liceat.* Præterea in titulo truncato n. 9288 p. 797, qui Tipasæ (h. *Tefessed*) in Mauritania Cæsariensi exstat, nominantur *Musula*(*mii civ*)*itatesque ali*(*æ*), Porro in tit. n. 4879 Thubursici Numidarum (hod. *Khamisa*) *cohors I Musulam*(*iorum*). ‖ — 3. Νατταβοῦτες] sic BELMOZ, Νατταβουγες X, Νατταβόντες FNΔ Νατταβοῦται ΑΦΨ Arg., *Nattabyte* Arg. in lat., *Natabutæ* ed. Ulm., Νατταβοῦττες ΔS ΞΩ, Νασαβοῦτες PRVW ed. pr., *Nactubutæ* ed. Vic. *Natrabutæ* ed. Rom. Apud Plinium 5, 30 : *Natabudes.* Civitas Nattabutum stetit ubi nunc est *Umm Gerrigesch* ad *Scherif* fluvium inter Gadiaufalam et Thibilim, c. 46 m. p. a Cirta versus ortum hibernum. Ejus enim loci in titulo n. 4826 (an. 209 p. C.) nominantur *principes nobilissimi civitatis Nattabutum.* Hinc 5 m. p. versus ortum æstivum, ubi nunc est *Henchir bou Atfoun* inter Thubursicum et Thibilim in alius oppidi antiqui loco repertus est titulus n. 3836, in quo commemoratur quidam *flaminalis ... flamonium civ. N*(*attabutum*) *c*(*onsecutus*) *itemque principatum civitatis suæ.* Ptolemæus Nattabutes recte quidem a Thamne monte (h. *Dj. Tagma.* vid. p. 634, 15) occasum versus ponit, at perperam una cum monte illo in alienam regionem transtulit; nam quod Willmanns in C. I. p. 384 putat a Ptolemæo pristinas populi sedes indicari, e quibus Romani eos in australem regionem deduxissent, haud est verisimile. In eodem tractu ubi Nattabutes collocantur, Ptolemæus habet Thubutim oppidum aliunde non notum. An hæc est Nattabutum civitas, cujus in titulo n. 4826 mentio? ‖ — 4. Νίσιβες] Νήσιβες P, Σίνιβες ADMOΔΞ, *Insibes* ed. Vic., *Sinbes* ed. Lugd. Plinius 5, 30 : *Sabarbures, Massyti, Nicives, Vamacures, Cinithi.* Aliunde non noti, quantum sciam. ‖ — Μιδηνῶν] Μιδουνῶν D, Μηδινῶν A, Μυσηνῶν ΧΦΨ Arg., *Misenis* ed. Ulm., Μυσοκυῶν F, Μισουλάνων BEZ, Μισουλάδων CΓ, Μισουλάμων ed. pr. Cf. p. 637, 3. ‖ — Μιαίδιοι] om. AD, Μιαίπιοι X, *Hiebii* ed. Ulm. Pro ΜιΛιδιοι scripserim ΜιΔιδιοι et ad hosce Mididios referendum puto Mididi oppidum, hod. *Henchir Midid*, 13 m. p. ab Assuris, h. *Zanfour*, austrum versus, 35 m. p. a Sicca Veneria (h. *el Kef*) versus ortum hibernum. Inter titulos hujus loci in n. 609 legitur : (*civitat*)*is Mididit*(*anorum*). Episcopi nominantur in notitia Byzacenæ an. 484 *Mididitanus*, in Collat. an. 411 : *Militensis* et *Milidiensis*. Præterea mentio oppidi in codice Colbertino vitæ S. Laurenti c. 12, monente Willmannsio in C. I. p. 77. ‖ — 5. Μούσουνοι] Μουσοῦνοι FLΩ, Μουσσοῦνοι ΔΞ, Μούσουτοι ΦΨ Arg., *Musuti* ed. Ulm., *Missuni* ed. Vic.

ὄρος Σαβούρβουρες, ὑφ' οὓς Ἀλιάρδοι καὶ τὸ Σιττάφιον πεδίον· τῶν δὲ Λιβυφοινίκων ἀπὸ μεσημβρίας ἐστὶν ἡ Βυζακῖτις χώρα, ὑφ' ἣν οἱ Ὀζοῦται, εἶτα Κεροφαῖοι καὶ Μάμψαροι ὑπὲρ τὸ ὁμώνυμον ὄρος, ὑπὸ

Haliardi et *Sittaphius* campus. A Libyphœnicibus vero ad meridiem est *Byzacitis* regio, infra quam *Ozutæ*, deinde *Cerophæi* et *Mampsari* supra Mampsarum montem,

---

Cf. Plinius 3, 30 : *Musuni* (*Musivi*, *Mussini* v. lect.). Tab. Peut.: *Musonii*, sed sub monte Ferrato in Mauritaniæ Cæsariensis parte orientali, a Sitifi occasum versus. Ammianus 29, 5, 27 : *gentem Musonum.* Iulius Honor. p. 54 : *Musunei* (*Mosenes* v. l.). ‖ — Θάμμην] Θόμμην X, Θάμνην ΦΨ, *sub Thamne* edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., Θάμβην L ed. pr. ‖ — 1. Σαβούρβουρες] Σαβούβουρες ed. pr., *Saburhæres* ed. Vic., *Suburbures* edd. Rom. Ulm., rectius utique. Idem populi nomen redit in Libya interiore 4, 6, ubi codices Σουβούρπορες et Σουβούρπουρες ὑπὸ τὸ Οὐσάργαλα ὄρος. Apud Plinium 5, 30 : *Saburbures* (*Sabarbates*, *Sababares* v. l.). In tit. n. 10334 p. 895 habes viæ a Cirta Sitifin lapidem XXI, qui exstat ad hod. *Bordj Mamra* (an. 216) : *Respublica gentis Suburbur. vias exaustas restituit et novis munitionibus dilatavit. XXI.* Ejusdem viæ lapis XI repertus est in territorio *Ouled Assas*, 15 chiliometris a *Bordj Mamra* ortum versus. Denique ad vicum *Saint Donat* (5 m. p. a *Bordj Mamra* ortum versus) titulus n. 8280 exstat elogium continens viri qui *et Suburburi colonus fuit et decurio coloniæ Tutcensium* (i. q. *Tuccensium?*). Suburburum igitur oppidum, a quo millia numerantur, eo fere loco fuisse debet ubi nunc ad *Wadi Rummel* est *Hammam Grus* ‖ — Ἀλιάρδοι] Ἀλίαρδοι ΦΨ Arg., Ἀλιάρδοι FLV, *Aliardi* ed. Vic. Ulm. Ἀλιάρδιοι ed. pr., Ἀλιάρδυοι C. Ignoti. ‖ — 2. Σιττάφιον] Σιτάφιον ΦΨ, *Sitaphius* edd. Arg. Ulm. Lugd., *Sytaphius* ed. Vic. Sittaphius campus, si recte ponitur a Suburburibus austrum versus, aut vallis est *Rummel* fluvii in quo a *Bordj Mamra* austrum versus est *Stita* locus, aut magna ista planities paludibus variis distincta, quæ inde a Sitiphi oppido ortum austrumque versus longe extenditur, adeo ut Σιττάφιος prave dictum sit pro Σιτίφιος. ‖ — Λιβυφοινίκων] Λιβοφ. ed. pr. ‖ — 3. Βυζακῖτις] sic Holstenius ad Steph. Byz. s. v.; Βαζακῖτις codd. plurimi; Βαζακίτης DΔΦΨΞ, Φαζακίτης FN, Βακίτης O, Βακαζακίτις X. Ῥακίτης, supra ρα appositis literis ζα A. Cf. Steph. Byz.: Βύζαντες, Λίβυες περὶ Καρχηδόνα, τῆς Λιβύης ἔθνος, ἀφ' οὗ ἡ πόλις Βυζάντιον (Βυκαζίνα Ptol. § 10). Παρ' Ἡροδότῳ δὲ (4, 194) κακῶς διὰ τοῦ γ Γύζαντες. Πολύβιος δὲ Βυζακίδα (Βυσαλάδα codd.; Βυσσᾶτιν ap. Polyb. 3, 23, 2) χώραν εἶναί φησι παρὰ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ « σταδίων μὲν οὖσα τὴν περίμετρον β' (β' vel δύο codd.), τῷ δὲ σχήματι περιφερής. » Τὸ ἐθνικὸν τῷ τύπῳ Βυζακίτης ἂν εἴη, νῦν δὲ Βυζακηνοὶ λέγονται τῷ ἐντικῷ χαρακτῆρι, καὶ ἱμάτια δ' ἐκεῖθεν Βυζακηνά. Ἔστι δὲ διμερὴς ἡ Βυζακία, [ἡ μὲν πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ἡ δὲ excidisse suspicatur Meinekius] Καρχηδόνος ἐνδοτέρω. Καὶ δύο ἔθνη Βυζαντηνῶν, ὡς ἱστοροῦσι. Idem : Ζυγαντίς, πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος Ἀσίας περιηγήσει. Οἱ πολῖται Ζύγαντες, οἵτινες τὰ ἄνθη συλλέγοντες μέλι ποιοῦσι ὥστε μὴ λείπεσθαι τοῦ τῶν μελισσῶν γινομένου, ὡς Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἐν ς' γῆς περιόδου. Eadem ex Eudoxo narrans Apollonius Mirab. c. 38 pro Ζύγαντες habet Γύζαντες. Plinius 5, 24 : *Libyphœnices vocantur qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL m. p.* (2000 stad., ut sec. Polyb.) *per circuitum.* Strabo 2, 5, 23 : ὑπὲρ δὲ ταύτης (τῆς Καρχηδονίας) καὶ τῶν Σύρτεων Ψύλλους καὶ Νασαμῶνας καὶ τῶν Γαιτούλων τινάς, εἶτα Σίντας (εἶτ' Ἀσβύστας Epit. Vid. not. ad Strabon. p. 950) καὶ Βυζακίους μέχρι τῆς Καρχηδονίας. Polybius 3, 23, 2 : μήτε τοὺς κατὰ τὴν Βυσσᾶτιν, μήτε τοὺς κατὰ τὴν μικρὰν Σύρτιν τόπους, ἃ δὴ καλοῦσι Ἐμπορεῖα. Byzacitis hæc in ora mar. usque ad fossam quæ juxta Thenas erat (Plin. 5, 25) pertinuisse videtur. De provincia Valeria Byzacena a Diocletiano constituta, quæ præter vetus Byzacium partem Numidiæ complectebatur, vide Th. Mommsen in C. I. præfat. p. XVIII. ‖ — 4. οἱ Ὀζοῦται] Οἰοζοῦται BEFZ, οἱ Ὄζουται ed. pr., Ὄζουται (sine οἱ) A, ὑφ' ἣν Οἰζούται N, οἱ Ζοῖται ΦΨ, *Zætæ* ed. Ulm., *sub qua Zætæ*, Ζαῖται, Arg.: *Zuta*, ed. Lugd. Rom. Ozutæ, Cerophæi, Mampsari, Motuturii, ignoti. ‖ — Κεροφαῖοι] Κεροφαίοι D, Κηροφαῖοι ΦΨ, Κηροφοιυι (sic) Arg., καὶ Ῥομφαῖοι X, *Ceophei* ed. Ulm. Putaveris Κεροφαῖοι corrupte scribi pro Κρεοφάγοι, adeo ut κρεοφάγοι τε καὶ γαλακτοπόται Λίβυες, quos Herodotus 4, 186 dicit, tanquam peculiaris Libyæ populus recenseantur eodem modo quo inter singulos Scythiæ populos γαλακτοφάγοι et ἱπποφάγοι commemorantur. Ego *Cerophaos* (*Corephaos?*) componendos esse suspicor cum *Coreba* seu *Chorcva* oppido, quod sec. Tab. Peut. et Itin. p. 26 erat in via Carthagine Thevesten. ‖ — Μάμψαροι] Μάμψαραι SΩ, Μάρμαροι ΦΨ Arg., *Mamari* ed. Ulm., *Mamesari* ed. Vic. ‖ — 5. ὑπὲρ τὸ ὁμ. ὄρ.] ὑπὸ δὲ τὸ ὁμώνυμον ὄρος οἱ Μοτουτούριοι ed. pr.; ὑπὲρ δὲ τὸ ὁμώνυμον ὄρος οἱ Μοτουτούριοι

δὲ τὸ ὄρος οἱ Μοτουτούριοι· ὑπὸ δὲ τοὺς Μαχύνους εἰσὶν οἱ Μάχρυες, εἶτα οἱ Γηφεῖς, μεθ' οὓς Μίμακες καὶ ὑπὸ τὸ Οὐσάλαιτον ὄρος Οὐζάλαι καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ἐρήμου Λιβύης· ὁμοίως δὲ ὑπὸ μὲν τοὺς Κινιθίους εἰσὶν Ὀγιπλώνσιοι, εἶτα Ἀχαιμενεῖς, εἶτα Μουτούργουρες, ὑφ' οὓς Μουχθούσιοι· ὑπὸ δὲ τοὺς Νιγιτίμους Ἀστάκουρες· ὑπὸ δὲ τοὺς Λωτοφάγους Ἐροπαῖοι, εἶτα Δόλο-

atque infra eum montem *Motuturii*. Infra Machynos vero sunt *Machryes*, deinde *Gephes*, post quos *Mimaces*, atque infra Usalætum montem *Uzalæ*, ubi incipit deserta Libya. Similiter infra Cinithios sunt *Ogiplonsii*, deinde *Achæmenes*, deinde *Muturgures*, infra quos *Muchthusii*; infra Nigitimos vero *Astacures*, infra Lotophagos *Eropæi*, et deinde *Dolopes*, infra quos *Erebi-*

(omissis verbis ὑπὸ δὲ τὸ ὄρος) PRVW. ‖ — 1. Μοτουτούριοι] Ματουτούριοι ΦΨ edd. Arg. Ulm., Μοτουτάριοι ℶ. ‖ — ὑπὸ δὲ] ἀπὸ δὲ PV. ‖ — Μαχύνους] Μαχύνας ΦΨ, Μαχήνους S, *Machinos* ed. Rom., *Machinas* edd. Vic. Ulm. ‖ — 2. Μάχρυες] Μόχρυες ΦΨ Arg., Μάχριες L, Μάχενες PV, *Mocries* ed. Ulm. Cf. Steph. Byz.: Μάκρυες, ἔθνος Λιβύης. Ῥιανὸς δὲ Μάκριας διὰ τοῦ ι φησί. Iidem sunt Μάχλυες Herodoti, Μαχλυεῖς Nicolai Damasc. fr. 136. Sec. Herodotum 4, 178 post Nasamones occasum versus usque ad Tritonem fl. habitabant, deinde ad eundem fluvium Αὐσεῖς, post hos Μάξυες erant in regione quam sec. Ptolemæum Machryes tenebant. Alias sedes Machlyum habes apud Plinium 7. 15: *Supra Nasamones confinesque illis Machlyas androgynos esse utriusque naturæ inter se vicibus coeuntes Calliphanes tradit.* Idem 5, 28 *Machroas* (*Alachroas* codd. Vid. not. ad p. 636, 4,) ad aras Philænorum in ora Lotophagorum degere dicit. Adde Steph. Byz.: Μάζυες, οἱ Λιβύης νομάδες· Ἑκαταῖος περιηγήσει. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάξυες καὶ ἕτεροι Μάχλυες. (In quibus Μάζυες et Μάξυες ejusdem populi nomina diversa esse videntur). Machlyes esse *Mecules* Corippi Joh. 3, 410, nomenque superstes esse in tribu Berberica *Maghila* dicta censet Vivien de S. Martin l. l. p. 55. ‖ — 2. οἱ Γηφεῖς] οἱ om. A, Οἰφηγεῖς Z, οἱ Γυφεῖς CPRVW, *Gephæi* edd. Vic. Ulm. Ignoti. Fort. legendum Γηθεῖς, collato Stephano Byz.: Γηθοῦσσα, πόλις Λιβύης. Ap. Ptol. 4, 6 Γηούα urbs Libyæ interioris. ‖ — 3. Μίμακες] Μίμαкις L. Commemorantur ex Ptolemæo ap. Anon. in Geogr. min. 2, p. 497, 43, ubi codex præbet Νίμακες. Cf. Steph. Byz.; Μίμακες (Μίμαλκες codd.; em. Meinekius), ἔθνος Λιβυκόν. Φίλιστος Σικελικῶν ὀγδόῳ. Iterum Mimaces nominantur 5, 6 inter Libyæ interioris gentes majores. ‖ — Οὐσάλαιτον] Οὐσάλετον FN; eadem scripturæ varietas in A indicatur, in quo supra αι apponitur ε; Οὐασσάλαιτον ed. pr., *Vasaletum* edd. Vic. Rom., Οὐαγάλατον ΦΨ, Οὐαγαλάτου ed. Arg., *Vagalatum* ed. Ulm. Cf. p. 635, 14. ‖ — 4. Οὐζάλαι] Οὐζάλωνες A, οὖ Ζάρλαι C, Οὔζαραι XZ, Οὐζάραι ed. pr., *Uzaræ* ed. Vic., Οὐζαρά, *Uzara* ΦΨ edd. Rom. Ulm. Collato montis nomine accolas Οὐσάλας dicendos fuisse dixeris; recte igitur auctor codicis latini Basiliensis, quem Wilbergios adhibuit, *Usalæ* scripsisse videtur. ‖ — 5. Κινιθίους] Κινηθίους ed. pr., τὰ Κινιθία ΦΨ Arg., *Cinithya* ed. Ulm., *sub Ciniis* ed. Rom. Cf. p. 638, 2. ‖ — εἰσὶν Ὀγιπλώνσιοι] sic X, εἰσὶν οἱ Γιπλώνσιοι ed. pr., εἰσὶ Σιγιπλούσιοι Ω, εἰσὶ Πλούσιοι S, εἰσὶ Σιγιπλώσιοι cett. De vera nominis forma non liquet. οἱ Γιγλώσιοι aut οἱ Γιγλιτήνσιοι conjecit Grashofius, propterea, ni fallor, quod in hoc tractu est Γίγλιον ὄρος (v. p. 636, 4). Itinerarium p. 64 in via per limitem Tripolitanum habet *Asilundi* vel *Ausilundi* stationem, a Berzereo et ab Agma 32 m. p. distantem (hod. *Kallaa ben Aissa?*), ab eaque austrum versus stationem *Augemmi* dictam. Ad hanc si Achæmenes, sequentis populi nomen, recte retulerim, consequitur Ὀγιπλωνσίους in regione *Asilundi* stationis esse quærendos, nomenque eorum secundum Itinerarii rationes fuisse Ἀσιλουνδίους vel Αὐσιλ.. Ceterum Cf. Αὐσεῖς Herodoti 4, 184. ‖ — 6. Ἀχαιμενεῖς] Ἀχαιμονεῖς, *Achæmones*, ΦΨ edd. Vic. Arg. Ulm., Ἀχαιμαινεῖς ed. pr. In Libya interiore 4, 6 Ἀχαῖμαι nominantur. Ad Achæmenes refero stationem *Augemmi* in Itin. 75, 2, *Augarmi* in Tab. Peut., *Agarmi* ap. Rav. 143, 5 (hod. *Henchir Guerma*). Tribus hoc in tractu nunc degens *Urgamma* vocatur. V. Barth *Wanderungen* p. 257. 285. ‖ — Μουτούργουρες] Βουτ. ed. pr., *Muturges* ed. Ulm. ‖ — 7. Μουχθούσιοι] Μουχθουούσιοι ADFNXΔΞℶ, Μουχρουούσιοι Arg., *Mucruuii* ed. Ulm., Μουχρούσιοι ΦΨ. ‖ — 8. Νιγιτίμους] Νιτιγίμους PRVW, Νιγιντίμους ed. pr., *Nugitimis* ed. Vic., *Nigitimos* ed. Ulm. ‖ — Ἀστάκουρες] Ἀστακοῦρες LMOSΔΞΦΨΩℶ. Iidem fort. fuerint *Austuriani*, quos Ammianus 28, 6, 2 sqq. (cf. 25, 4, 5) Tripolitanæ provinciæ conterminos fuisse eamque incursionibus infestasse dicit. Cf. Αὐσοριανοὶ ap. Priscum fr. 14 in Fr. Hist. 4, p. 98. Nomen populi redit in Libya interiore 5, 6, ubi Ἀστάκουροι scribitur. ‖ — 9. Ἐροπαῖοι] Ἐρωπαῖοι ADMOΔΞ. Uti hoc loco Ἐροπαῖοι ab iisque austrum versus Νυγβηνοί, sic in Æthiopia infra Ægyptum (4, c. 7)

πες, ὑφ' οὓς Ἐρεβίδαι· ὑπὸ δὲ τοὺς Σαμαμυκίους Τιδαμήνσιοι, εἶτα Νυγβηνοὶ, ὑφ' οὓς Νύκπιοι· ὑπὸ δὲ τοὺς Κινυφίους καὶ τοὺς Ἐλαιῶνας οἱ Μάκαι οἱ Συρτῖται καὶ ἡ ἔρημος Λιβύη.

7. Πόλεις δέ εἰσιν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ μεσόγειοι μεταξὺ μὲν Ἀμψάγα ποταμοῦ καὶ Θαβράκης πόλεως

Κιρτησίων μὲν

Κίρτα Ἰουλία κολωνία	κϛ' Ŀ''γ''	λα' γ''
Μίλεον	κϛ' γο''	λα' γ''

dæ; atque infra Samamycios *Tidamenses*, et deinde *Nygbeni*, infra quos Nycpii; denique infra Cinyphios et Elæones *Macæ Syrtita* et deserta Libya.

7. Oppida sunt in hac provincia mediterranea inter Ampsagam fluvium et Thabracam urbem

Cirtesiorum

Cirta Iulia colonia	26° 50	31° 20'
Mileum	26° 40'	31° 20'

Ὀρειπεῖοι et infra eos Νυγβηνῖται recensentur. ‖ — Δόλοπες] Δόλωπες W. Denuo nominantur in Libya interiore. ‖ — 1. Ἐρεβίδαι] sic SXΩ. Ἐρεβείδαι L, Ἐρεβείδωνες A, Ἐρεβεῖδαι cett. Cf. Steph. Byz.: Ἐρεβίδαι, μέρος Λωτοφάγων. Φίλιστος ὀγδόῳ. ‖ — Verba ὑπὸ δὲ τοὺς... ὑφ' οὓς Νύκπιοι om. W. ‖ — Σαμαμυκίους] Σαμακυκίους FN, Σαμαβυκίους DΞ, *Samabiciis* ed. Lugd., *Samamuciis* ed. Rom., Σαμαμικίους Φ. *Samamiciis* ed. Vic., *Samamicos* ed. Ulm., Σαμακίους Φ, Σαμυκίους PRV. Cf. p. 638, 5. ‖ — 2. Τιδαμήνσιοι] sic X, Τηδαμήνσιοι ed. pr., Οἰδαμήνσιοι D, Οἰδαμήνσιοι ΜΟΔ, οἱ Δαμήνσιοι ΛΦΨ, *Damensii* edd. Rom. Ulm. Arg., Ἡδαμίνσιοι PSVΩ, Ἡδαμήνσιοι celeri. Dicendum fuisse suspicor Κιδαμήνσιοι, quorum oppidum erat Cidamus seu Cidame. Plinius 5, 35 : *Intervenit ad solitudines Africæ supra minorem Syrtin dictas versa Phazania, ubi gentem Phazaniorum urbesque Alelen et Cillibam subegimus, item Cidamum* (hod. *Ghadames*) *e regione Sabratæ.* Idem 5, 36 : *ipsum* (*Cornelium Balbum*) *in triumpho præter Cydamum* (sic h. l. codd.) *et Garamam omnium gentium urbiumque nomina ac simulacra duxisse.* Procopius de ædif. 6, 3 : Τριπόλεως τῆσδε τῆς καλουμένης τὰ δριά ἐστι· Μαυρούσιοί τε βάρβαροι ἐνταῦθα οἰκοῦσι, Φοινικικὸν ἔθνος· οὗ δὴ καὶ πόλις ἐστὶ Κιδαμὴ ὄνομα. ‖ — 2. Νυγβηνοί] Νυγβανοι X. Cf. Νυγβηνῖται Æthiopiæ 4, c. 7. ‖ — 3. Νύκπιοι] Νύκτιοι X, *Nicpii* edd. Rom. Ulm. Νύκπιοι forte *Enipi natio* Africæ interioris ap. Plinium 5, 37. ‖ — Κινυφίους] Νυκπίους codd., *Nicpiis* edd. Vic. Rom. Ulm. Vid. not. p. 688, 6. ‖ — 4. τοὺς Ἐλαιῶνας] τοὺς Ἐλειῶνας ed. pr., τῶν Ἐλαιῶν ΦΨ Arg., *Eleorum* ed. Ulm. ‖ — οἱ Μάκαι οἱ Συρτῖται] οἱ Μακαῖοι Συρτῖται codd. plurimi et ed. pr., Μακαῖοι Συρίται ΦΨ, *Maci Syritæ* edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. Herodotus 4, 174 post Nasamones, quos juxta Syrtim et paullo etiam ultra degere statuit, occasum versus Macas habitare eorumque regionem Cinyphem perfluere tradit. Scylax § 109 Nasamones nonnisi juxta occidentalem Cyrenaicæ oram ad Syrtis usque recessum (a Berenice ad aras Philænorum sec. Strabon. 17, 3, 20), hinc vero usque ad ostium Syrtis Macas esse dicit, qui æstate greges ab ora in interiora abigere soleant. Cf. Plinius 5, 34 : *Jam in ora* (*Cyrenaica*) *Syrtis Nasamones. Post Nasamones Asbystæ et Macæ vivunt.* Diodorus 3, 49, 1 : Οἱ δὲ Μάκαι πολυανθρωπίᾳ τῶν ὁμοεθνῶν προέχοντες νέμονται τοὺς τόπους τοὺς περὶ τὴν Σύρτιν. Ptolemæus Macas, quamquam Syrtitas vocat, tamen in mediterraneis collocat, in quæ æstate se recipiebant. Similiter Nasamones in mediterraneis ponit prope Augila, quo æstatis tempore eos ab ora maritima demigrare Herodotus narrat. Ibidem etiam Psyllos ponit, qui vulgo ad Syrtim habitasse perhibentur. Macarum cognati fuerint Macatutæ qui c. 4 in Cyrenaica ad Africæ confinia commemorantur. Porro huc pertinent Μάκκοοι, quos in Libya interiore ad Girgirim montem Ptolemæus habet. In Tabula Peut. *Syrtites* (sc. Macæ) nominantur, a Philænorum aris ortum versus. Μακκαίους inter Carthaginiensium copias recenset Polybius 3, 33, 15. Apud Syncellum p. 90 Macæ Μάκωνες vocantur. ‖ — 7. Ἀμψάγα] Ἀψάγα ΦΨ, Σαμψάγου A. ‖ — Θαβράκης] de conj. Grashofii; Θάβρακος et Θάμβρακος codd., Κιθάβρακος pro καὶ Θαβρ. ΦΨ, *Cithabracam* Arg.; *Thabracam* edd. Vic. Rom. Ulm. ‖ — 9. Κιρτησίων] Κιρτισίων BES, *Cirtisiorum* ed. Vic., Κιρταισίων ΦΨ. ‖ — 10. Κίρτα Ἰουλία] Κιρταιουλία ACEWZΦΨ Arg., Κουρταιουλία FNSΩ, ΚουρτεουλίαΞ, Οὐρτοιουλία ADLMOΔΞ, *Certeulia* ed. Vic. V. not. p. 637. ‖ — κϛ' Ŀ''γ''] κγ' ϛ'' ed. pr. ‖ — 11. Μίλεον] sic X, Μύραιον RW, Μύραι.. (exesis literis postremis) V; hinc Μύραι in P; Μίρεον cett.; *Mileum* Itin. p. 28, Optatus De schism. Donat. 1, 13 et Augustinus contra Cresc. 3, 30, *a Mileo* in Actis Concil. an. 255, *Mileu* in tit. n. 6710. 6711, *Mileu oppidum* Jul. Honor. p. 48 ed. Riese, *Mileu colonia* Tab. Peut., *colonia Milevitana* tit. n. 7013 sqq., *colonia Sarnensis Milevitana* tit. n. 6710, 6711. 6950; hodie *Mila*. Una erat ex quattuor coloniis Cirtensibus. Vid. not.

Οὐάγα	κη'	λα' γο''	Vaga	28°	31° 40'
Λάρης	κζ' ∠''	λ' γο''	Lares	27° 30'	30° 40'
Αἴταρι	κζ' γο''	κθ' γο''	Ætari	27° 40'	29° 40'
Ζάνα	κζ' ∠''	κζ' ∠''γ''	Zana	27° 30'	27° 50'
Νουμιδίας νέας			Numidiæ novæ		

p. 637. A Cirta via directa distat 20 m. p. versus occasum hibernum. || — λα' γ''] sic D ed. Lugd.; λβ' γ'' BEZ, λγ' ed. pr. et ed. Vic.; λ' γ'' cett., 20 1/3 ed. Ulm. Ponendum oppidum erat 26° 30'. 31° 25'. || — 1. Οὐάγα] Οὔαγα SΩ, Οὐγά ΦΨ Arg., *Uga* ed. Ulm. || — λα' γο''] λγ' γο' ed. pr. Plinius 5, 29 *Vagense oppidum* inter oppida civium Romanorum, et 5, 30 aliud inter oppida libera recenset. Alterutrum est hod. *Badja* seu *Bedja*, quod oppidum in titulis n. 1217 et 1222 vocatur *colonia Septimia Vaga*. Cf. n. 10569. Idem, ut videtur, indicatur in titulis Lambæsitanis n. 2568, 26 (*Vag.*) et 2586, 35 (*Vaga*). Cf. Plutarchus Mar. 3, 1 : Βάγα πόλις μεγάλη. Sallustius Jug. 29 : *mittitur a consule Sextius quæstor in oppidum Jugurthæ Vagam*. Ibid. 47 : *Erat haud longe ab eo itinere quo Metellus pergebat oppidum Numidarum, nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum, ubi et incolere et mercari consueverunt Italici generis multi mortales.* Ibid. 69 : *Ita Vagenses biduum modo ex perfidia lætati; civitas magna et opulens pœnæ cuncta aut prædæ fuit.* Procopius de ædif. 6, 5 p. 339 : πόλις ἀτείχιστος ἦν, Βάγα ὄνομα, quam Justinianus munivit et Θεοδωριάδα nominavit. Mœnia Justiniani hodie supersunt. In actis eccles. an. 258 episcopus *a Vaga*, ἀπὸ Οὐργάσης, an. 348 *Vagensis* s. *Bagensis*. — Vaga hæc a Sicca Veneria seu Cirta *nova* (*el Kef*) via directa circa 55 m. p. boream ortumque versus distat, in Ptolemæi vero tabula c. 63 m. p. boream ortumque versus abest a Cirta *Julia*, quam cum Cirta nova confundens auctor pravam Vagæ positionem assignavit. Ex eodem errore pendet vs. 2 Larum positio. — Altera Vaga ubinam fuerit haud liquet. Fortasse eadem est Vacca, quæ sec. auct. belli Africani 68 et 74 a Ruspina meridiem versus haud longe a Zeta oppido item ignoto alicubi stetisse debet. Hæc Vaga, non vero altera illa, intelligenda videri possit ap. Strabonem 17, 3, 12 p. 705, 51 ed. Paris., si recte ibi Letronnius pro Οὔατα scribendum esse censet Οὐάγα. Verba Strabonis ita habent : Συνηφανίσθησαν (a Cæsare) δὲ τοῖς ἡγεμόσι καὶ αἱ πόλεις Τισιαοῦς (i. e. aut Τίσδρος aut Τίσουρος;), Οὔατα καὶ Θάλα (de hac Thala cf. Sallust. Jug. 75, C. I. p. 28), ἔτι δὲ καὶ Κάψα... καὶ Ζάμα (Ζάκμα codd., em. edd.) καὶ Ζίγγα (*Seggo* Tab. Peut. 20 m. p. a Zama? hod. *Seudja* ad *Oued Ruba*, 18 fere m. p. a *Djama* ortum versus sec. tabulam Pelissieri, qua in regione *Dj. Serdja* notatur in tabula Guerini). In his nescio an Οὔατα sit potius Οὔβατα, quod oppidum Ptolemæus inter Capsam et Tisurum medium collocat. || — 2. κζ' ∠''] κζ' ς'' ed. pr. || — λ' γο''] λγ' ed. pr. Lares (hod. *Lorbus*) a Cirta *nova* c. 13 m. austrum versus sitæ erant; confuse Ptolemæus eas a Cirta *Julia* c. 55 m. austrum versus posuit. In titulo loci n. 1779 : *colonia Ælia Augusta Lares*. Itin. p. 26, 3 : *Laribus colonia*. Tab. Peut.: *Larabus*. Sallust. Jug. 90 : *A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum locaverat, ire jubet.* Victor Vit. persec. Vand. 2, 6 : *Larensis civitas*. Corippus Joann. 6, 143 : *Urbs Laribus mediis surgit tutissima silvis et muris munita novis, quos condidit ipse Justinianus apex.* Procopius bell. Vand. 2, 22, p. 508, 13 : ἐς Λάριβον, c. 28 p. 533, 18 : ἐς Λαρίβους. Episcopus nominatur an. 258 *a Laribus*, ἀπὸ Λαβούρνης, an. 411 et 525 *Larensis*. || — 3. Αἴταρι] aut Ἄτταρι de conj., Αιταρι X, Αἰτάρη ed. pr., Ἀτάρη PR, Ἄπαρι ADFLNΞ, Ἀπάρι cett. Hoc quoque oppidum temere huc transpositum esse nec differre a *Vatari* Tabulæ Peutingerianæ mihi videtur. Vatari sec. Tab. Peut. a Musti (h. *Mest*) 98 m., a Theveste (*Tebessa*) 63 m., a Gadiaufala (*Ksar Sbai*) 25 + x (unus sc. numerus excidit) distat. In tabula Corp. Inscr. refertur ad *Bir Fedj es Suyud*. Id tamen a Gadiaufala nonnisi 23 m. p. abest; probabilius Lapieus magis ortum versus oppidum ad hod. *el Gattar* collocavit. A Laribus hic locus via directa 75 fere m. p. distat occasum versus; in Ptolemæi tabula c. 63 m. p. a Laribus ponitur austrum versus. || — 4. Ζάνα] sic X, Ἀζαμά ΦΨ Arg., Ἀζάμα cett. Hodie *Ain Zana*; in Itin. p. 34 : *Diana veteranorum*, in Tab. Peut.: *Ad Dianam*, appicto castello. In titulis loci n. 4598 : *respublica Dianensium*, n. 4589. 4591. 4599. 4603 : *municipium Dianensium*. In Collat. Carthag. an. 411 episcopus *Dianensis*. A Sitifi via directa distat c. 50 (105 in Ptol.), a Tamugadi c. 34 (c. 230 in Ptol.) m. p. || — κζ' ∠''] sic ADFLMNOSΔ ΞΩΣ, edd. Vic. Lugd.; κζ' cett. || — κζ' ∠'' γ''] 37 1/2 1/4 ed. Ulm., 31 1/4 ed. Vic. || — 5. Νουμιδίας] Νουμηδίας ed. pr., Νουμισίας X; versum om. PV; post versum sequentem habet W. De re cf

Κούλκουλ κολωνία	κη' ∠''	λα' δ''	Culcul colonia	28° 30'	31° 15'
Θουνούδρομον κολωνία	κη' γ''	λ' ∠''	Thunudromum colonia	28° 20'	30° 30'
Ἀσπούκκα	κθ' ∠''	λβ' γ''	Aspucca	29° 30'	32° 20'
Σιμίσθου	κθ'	λα' γ''	Simi*thu colonia*	29°	31° 20'
Θουβούρνικα κολωνία	λ'	λα' γο''	Thuburnica	30°	31° 40'
Τοῦκκα	κθ' ∠''	λα' γ''	Tucca	29° 30'	31° 20'

p. 637, a. ‖ — 1. Κούλκουλ] de conj. Wilberg.; Κούλκουα; Κουλκούα, Κουλκοῦα codd. plurimi; Κουλουκ ἀκολ. ΦΨ, Κουλουκά κολ. Arg., Κοκκουκουα κολ. X, *Cucua* ed. Lugd. ‖ — κη' ∠''] κη' ϛ'' ed. pr., 27 1/2 ed. Vic. In Tab. Peut. *Culchul colonia* (*Chulchul* Rav. p. 146, 10), 25 m. a Sitili, 60 a Tucca, 86 ab Igilgili, 45 a Mileu. In Itin. p. 29, 1 *Cuiculi*, 25 m. a Sitifi, 50 a Mileu. Hodie *Djemila*. In titulis (v. C. I. p. 708. 968) nominatur *respublica et colonia Cuiculitanorum*. In actis eccles. episcopi *a Cuiculi*. Oppidum quod a Cirta et Mileu occasum versus ponendum erat, a Cirta 90 m. p. ortum versus ponitur, propterea, opinor, quod Cuicul colonia non erat in Cirtensium territorio (ut ex titulo supra p. 637 allato colligitur), Ptolemæus vero totum Numidiæ latus occidentale Cirtensibus assignandum esse putabat. Ex prava Cuicul oppidi positione pendere videtur positio Tuccæ, quæ quatenus a Cuicul 50 m. ortum versus collocatur, est Tucca Ampsagæ fluvio apposita, quatenus vero ab eadem Tucca 30 m. p. occasum versus Simithu ponitur, de altera Tucca (hod. *Dugga*), quæ a Simithu 45 m. p. ortum versus distat, cogitandum est. ‖ — 2. Θουνούδρομον] Θουνόδρομον L, *Tanadromum* ed. Vic. ‖ — λ' ∠''] λϛ' ed. pr., λ' ϛ'' A. Plinius 5, 29 inter oppida civium Romanorum recenset oppidum *Tynidrumense* sive *Tinidrumense*. Situs incertus. Shawius (*Travels* 1, p. 256) ei vindicavit ruinas *Henchir Haidra* sive *Hidra* dictas, quas Ammædaræ esse titulorum fide nunc constat (V. C. Inscr. p. 50). ‖ — 3. Ἀσπούκκα] Ἀσποῦκκα Z, Ἀσπούκα ed. pr., Ἀσπούκρα ΦΨ edd. Arg. Ulm., *Aspucca* ed. Vic. ‖ — κθ' ∠''] κθ' ϛ'' ed. pr. ‖ — λβ' γ''] λβ' ADFLMNOSΔΩΞ. Oppidum ignotum. « Forte Ἄσκουρος. Cf. *Recherches sur l'histoire de la régence d'Alger*. » Wilberg. Scilicet hodie *Askur* locus est prope *Nechmeya* sive *villam Servilianam* (Itin. p. 42, 6), 25 m. p. ab Hippone, 20 m. p. ab *aquis Tibilitanis* (*Hammam Meskutim*). Quodsi apud Ptolemæum forte bene habet positio oppidi, Aspucca fuit ubi nunc est *Tetzara* lacus, recentioris ille originis, in quo veteris oppidi rudera exstare perhibentur. Apud Plinium 5, 29 inter Africæ oppida nominatur *Abutucense*, de quo haud magis constat. ‖ — 4. Σιμίσθου] Σιμίσθον BEZ, *Symistum* ed. Vic., *Simisthi* ed. Rom., *Simischi* edd. Ulm. Lugd. Debebat : Σιμίθου. ‖ — κθ'] κθ' γ'' ed. pr. Inepta est oppidi positio, quod sec. Itin. p. 43 a Bulla regia 7 m. p. distabat. De origine erroris dixi ad vs. 1. Insignes ruinæ ad Bagradam fl. hodie *Henchir Schemty* vocantur. V. C. Inscr. p. 158. 934. In titulo n. 1261 : *colonia* (*Julia* aut *Flavia*) *Aug. Numidicæ* (*Si*)*m*(*i*)*thensium*. In Itin. p. 43 unus codex recte *Simithu*; ceteri *Simittu*, *Simuttu*, *Simitu colonia*, *Simithii*. In Tab. Peut. *Sunitu colonia*, in Rav. *Semitum*. Plinius 5, 29 : *oppidum Simittuense* (*Simituense*, *Simitense*). In actis eccles. an 411 episcopus *Simittensis*, an. 419 *Simidico* Σιμηδιχίτη (sic), an. 484 *Simmiensis*, an. 649 *Semitensis*. ‖ — 5. Θουβούρνικα] sic PRAW ed. pr., Θουβουρνίκα cett., *Tuburnica* ed. Vic.; *Tuburnicense* (*Thub.* v. l.) oppidum civium romanorum apud Plinium 5, 29. In epistola synodica provinciæ proconsularis nominatur *Crescens episcopus ecclesiæ Tiburnicensis*. In C. Inscr. tit. n. 947 *splendidissimus ordo municipi Tubernoc*. Exstat hic titulus in hod. *Henchir Ain Tubernoc* vel *Tebernoc*, inter Maxula et Siagu, ab hoc distans 10 m. p. versus occasum æstivum. Ponendum igitur oppidum erat 35° 45'. 32° 40'. Ut Simithu de vera sua sede longissime occasum versus removetur, sic etiam Thuburnica, quæ a Simithu sec. Ptolemæi tabulam c. 63, revera c. 110 m. p. distat. De *colonia* Tuburnica non constat. Vereor ne κολωνία vox ex versu antecedente huc transmigraverit. ‖ — 6. Τοῦκκα] Τοῦλκα N, Τούλκα F, Τούκκα LΞ ed. pr., Τάκη, supra α scripto ου, X. ‖ — κθ' ∠''] κθ' ed. pr. Tuccæ positionem in Ptolemæi tabula ambiguam esse dixi ad vs. 1. Quatenus a Simithu ortum versus ponitur, est Thugga (hod. *Dugga*), a Tubursico Bure (*Tebursuk*) 4 m. p. autrum versus sita, media ferme inter Thignicam (*Ain Tunga*) et Agbiam (*Ain Edja*). Nominatur ibi sub Claudio imp. *pagus Thuggensis* (tit. n. 1484); an. 118 *civitas Thugge* (n. 1479); sub Marco et Vero *pagus et civitas* (n. 1494); sub Severo *pagus et cives* (n. 1482), sæc. III sub Alexandro [*municipium Septimium Aure*]*lium liberum Thugga* (n. 1484); an. 261 : *colonia Licinia Septimia Aurelia Alexandriana Thugga* (n. 1487). Easdem fere diversis temporibus reipublicæ formas præter Thuggam etiam vicinas civitates Thignicam, Thibursicum Bure et Agbiam habuisse ex collatis titulis docuit Willmanns C. I. p. 173. Ejusdem Tuccæ mentio ap. Procopium

Θίγιβα κολωνία	κθ' L''	λ' L''δ''	Thigisa	29° 30'	30° 45'
Θουβούρσικα	κθ' γ''	λ' L''	Thubursica *colonia*	29° 20'	30° 30'
Οὔκιβι	λ'	κθ' L''δ''	Ucibi	30°	29° 45'
Γαύσαφνα	κθ' δ''	λκ''	*Gauzaufala*	29° 15'	31°

de ædif. 6, 5 p. 339 : φρούριον δὲ ᾠκοδομήσατο (Justinianus) ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ (in qua Baga opp.), ὃ Τοῦκκα καλοῦσιν. In Collat. Carth. an. 411 : episcopus *Tuggensis*. In Epist. synodica patrum proconș. prov. in concilio Laterano an. 649 : episcopus *municipii Togiæ*. Tertia Tucca est *Tucca Terebenthina* (*Hr. Dugga*) inter Assuras (*Hr. Zanfour*) et Sufes (*Sbiba*) sita (Itin. p. 49 et 51). Quodsi hæc esset Tucca quam Ptolemæus § 8 collocat 34° 29° 50', alieno item in loco poneretur. Quoniam vero in hujus Tuccæ regione Ptolemæus et Cinnam montem, de quo v. p. 635, 2, et Δαβίαν habeat, quæ haud dubie est Ἀγβία (*Ain Edja*), haud longe a Tibursica et ea Tucca de qua in antecc. diximus, dissita, consequitur Tuccam in § 8 commemoratam haud differre ab ea quæ nostro loco intelligenda est. ‖ — 1. Θίγιβα] sic X et ed. pr., Θίκμα R, Θιήβα et Θίηβα cett. ‖ — κθ' L'' λ' L'' δ''] κθ' λα' γ'' ed. pr., 30 1/2 ed. Vic. Tigiba Ptolemæi nonnullis esse videtur *Tibigense* oppidum civium Romanorum ap. Plinium 5, 29. Hoc si recte statuitur, pro *Tibigense* scribendum foret *Tigibense* vel *Tigicense*, atque oppidum liberum quod ap. Plin. 5, 30 *Thiphicense* vocatur, referendum esset ad id quod in tit. n. 767 est *Tibica*, n. 766 *municipium Thib.*, n. 765 *civitas Tibicaensis*, hod. *Henchir Bir Magra*, a Thubursico Bure et Thugga directo itinere c. 45 m. p. distans versus ortum hibernum. In Ptolemæi tabula Thigiba a Tucca 37 m. p. austrum versus distat. Eadem autem a Gasaufala distat c. 18 m. p.; totidem vero a Gasaufala sec. Tab. Peut. distat *Thigisi*, hod. *Ain el Bordj*, ut nunc constat ex tit. n. 10820, in quo *ordo Ticisitanus* nominatur. Probabile igitur hoc oppidum esse Θιγίβαν (l. Θιγίσαν) Ptolemæi. Κολωνία nomen nescio an ex versu sequente huc aberraverit; certe Thubursicum coloniam fuisse constat. ‖ — 2. Θουβούρσικα] sic DFLMNOΔΞ, Θουβουρσίκκα ed. pr., Θουβουρσική X, Θουβουρσίκα cett. Debebat Θουβούρσικον. Indicatur Thubursicum seu Tubursicum Numidarum (hod. *Khamisa*; ruinæ post Lambæsitanas omnium splendidissimæ). Alterum erat Thubursicum Bure (hod. *Tebursuk*) Africæ proconsularis, cujus Ptolemæus non meminit. Numidiæ oppidum in tit. n. 4875 (an. 99) *civitas Thubursicitana*, n. 4876 (an. 270) *resp. coloniæ Thuburs. Numidarum*. In titulo Lambæsitano n. 2618, 6, 13 : *Licinius Januarius ex immune Tubursi(co) Numid(arum)*. Julius Honorius p. 52 : *fluvius Bagrada nascitur in Tubursicunumidorum*. Ib. p. 48 et in Anon. Cosm. p. 89 ed. Riese : *Tubursicu Numidorum*. In Collat. Carth. an. 411 episc. *Tubursicensis* et *Januarius de Tubursico Numidarum*. Augustinus epist. 44 : *Thubursicum*. Alterum oppidum in tit. n. 1439. *resp. municipi Severiani Antoniniani lib(eri) Thib. Bure*; in n. 1437 : *respublica coloniæ..... Augustæ*, in tit. 1432 (an. 360) : *Col. Thub. Bur.* Episcopi nominantur *a Thubursicubure* et *Tubursicuburensis*. Idem oppidum in Geogr. Rav. p. 150, 3 corrupte scribitur *Thugursicus*. In Tabula Peuting. nomen oppidi excidisse suspicor. Scribendum ibi erat : *Tignica* [*VI Thubursicum*] *VI Agbia*. Sin minus, numerus VI falsus est. ‖ — 3. Οὔκιβι] Οὐκίβι Z, Οὐκιβί ΦZΨ Arg., Οὐτικαι X, *Utibi* ed. Vic. ‖ — λ' κθ' L'' δ''] κη' ς'' λ' ς'' ed. pr., 30 1/2 1/4 ed. Vic. Oppidum, aliunde non notum, a Theveste 25 m. p. occasum versus collocatur. Nescio an sit hod. *Okkus* vel *Yuks*, prope quod in via Romana exstat lapis XVI a Theveste occasum versus (v. C. Inscr. n. 10173). Vetus ibi oppidum fuisse probatur titulis n. 2182-2186. 10683. Haud longe hinc boream versus ad aliam viam est *el Hamman* i. e. statio *Ad aquas Cæsaris*, quæ sec. Tab. Peut. a Theveste VII (leg. XII) m. p. distat. ‖ — 4. Γαύσαφνα] Γαυσαφρα Φ[1] Γαυσαφαρα Φ[2], *Gausaphra* ed. Rom., *Gausaphua* ed. Ulm. In titulo n. 4800 *Gaudiaufala* vocatur, ex eoque liquet stetisse oppidum ubi nunc est *Ksar Sbai*. Idem colligitur ex Itinerario et tabula Peutingeriana. Nomen varie corruptum est. Tab. Peut. *Gasaupala*, Itin. p. 41 *Gasaufula*, Rav. p. 149, 18 *Gausaparas*, p. 152, 7 *Gasibala*. In actis concilii Carth. an. 256 *Cazauphala* vel *Gazauphalia*. In concil an. 484 *Gazaufulensis* episc. Procopius B. Vand. 2, 15 p. 481, 16 : ἐν χωρίῳ Γαζοφύλοις, δυοῖν μάλιστα ἡμερῶν ὁδῷ Κωνσταντίνης ἀπέχοντι. Ibid. p. 482, 15 : ἐς ἱερόν, ὃ ἐν Γαζοφύλοις ἦν, καταφεύγουσι. In Ptolemæo ΓαυσαφΝΑ ortum fuerit ex Γαυσαφ(α)ΛΑ. Gadiaufala a Tubursico c. 25 m., a Naraggara (*Ksar Djaber*) c. 70 m. p. distat versus occasum; ap. Ptolemæum a Tubursico abest c. 30 m. versus boream et 63 m. p. a Naraggara versus occasum æstivum. Eandem a Naraggara distantiam Ptolemæus exhibet *ortum* versus ad *Gazacupalam*, (si hanc posueris λ' ς'' lat. pro λζ' ς'' ed. pr.), quod idem est oppidum nomine corrupto alieno in loco po-

Λάμβαισα	κθ'	λ'	Lambæsa	29°	30°
Λεγίων τρίτη Σεβαστή			Legio III Augusta		
Θουβοῦτις	κθ' ∠''	κη' γ''	Thubutis	29° 30'	28° 20'
Βοῦλλα Ῥηγία	λ' γο''	λα' ∠''	Bulla Regia	30° 40'	31° 30'
Σίκκα Οὐενερία κολωνία	λ' ∠''	λ' ∠''γ''	Sicca Veneria colonia	30° 30'	30° 50'
Ἄσσουρος κολωνία	λ' ∠''γ''	λ' ∠''	Assurus colonia	30° 50'	30° 30'

situm. || — 1. Λάμβαισα] Λαμβαίσα ed. pr., Λαμαισα X, *Lambaessa* ed. Vic. In titulis occurrit *Lambæsis* (semel *Lambesis*) *Lambæsem* et (ablat.) *Lambæse*. In Tab. Peut. et Itin. p. 32 et Julio Hon. *Lambese*, in Rav. p. 150, 13 *Lambresæ*. Augustin. adv. Donat. 6, 13 *Lambæse*, Cyprianus epist. 55 *Lambæsitana colonia*. Hodie *Lambèse*, apud indigenas *Tazzut* vel *Tazzulet*. De castris et civitate Lambæsi post alios uberrime egit Willmanns in C. I. p. 283-423. Legio Lambæsim deducta est regnante Hadriano post an. 123. Ab eo demum tempore vicus innotuit; deinde municipium et sæculo tertio colonia floruit usque ad tempus quo Constantinus Magnus sedem consularem a Lambæse Cirtam transtulit. Dehinc desolata jacuisse videtur. Nulla ejus in notitiis ecclesiasticis mentio. || — 2. λεγείων ed. pr.; τρίτη om. edd. Rom. Ulm.; σευαστή Δ, *augusta* (sic) Vic. Rom. Ulm. Legionis mentio om. in APV. || — 3. Θουβοῦτις] Θουβουτίς FLMNOΔΞ, Θούβουτις W ed. pr., Θουβουρτίς ΦΨ Arg., *Thuburgis* ed. Ulm. || — κθ' ∠''] κθ' ς'' ed. pr. || — κη' γ''] 29 1/3 ed. Vic. Oppidum 100 fere m. p. a Lambæsi meridiem versus collocatum non diversum esse videtur a Thabudeis Tabulæ Peutingerianæ. Sita hæc in via a Lambæsi per Gemellas (*Malili*) ad Badias (*Bades*) ducente. A Badiis occasum versus 23 m. p. distare dicitur; referendum igitur oppidum foret ad *Henchir Bardou*. Probabilius tamen ad hodiernum *Henchir Tuda* refertur, a *Bardou* 23 m. p. occasum versus distans, adeo ut statio hod. *Bardou* locum occupans in Tab. Peut. excidisse cum Willmannsio statuendum sit. Ceterum idem oppidum Θαβοῦτις nomine denuo ponitur in Libya Interiore (4, c. 6) sub 33° 22°. Ibidem etiam Capsam habes (34° 21° 30'), quæ est hod. *Gafsa* in Thubutis (*Tuda*) fere parallelo posita. || — 4. Βοῦλλα ῥηγία] Βουλλαρηγία X, Βουλλαρία vel Βουλλάρια cett., nisi quod Κουλλαρία F, *Bularia* ed. Vic., *Bularea* ed. Rom. Versum om. L. || — λα' ∠''] κη' γ'' ed. pr. Bulla regia stetit ubi nunc *Hammam Daradji*, uti docuit Tissotus in *Revue critique* 1880 *Mars*, qui ibi et theatri et thermarum rudera reperit. A Simithu boream ortumque versus secundum Tab. Corp. Inscr. 10 m. p. distat, quorum loco Itinerarium nonnisi 7 m. p. habet. Willmannsius oppidum quæsiverat in hod. *Bordj Ehelal*, quod a Simithu ruinis ortum versus est et Byzantini castelli ruinas habet. Cf. Plinius 5, 22: *liberum oppidum Bulla Regia*. Procopius B. Vand. 1, 25, p. 406, 10: ἐν πεδίῳ Βούλλης, ὅπερ εὐζώνῳ ἀνδρὶ τεσσάρων ἡμερῶν ὁδῷ Καρχηδόνος ἀπέχει, οὐ πολλῷ ἄποθεν τῶν Νουμιδίας ὁρίων. Cf. ib. p. 391, 10. 408, 4. « De presbytero nescio quo *fundi Armemanensis in campo Bullensi* scripsit Augustinus in epistola 65 ad Xanthippum; episcopos novimus an. 256 (*Bulla*, Βουλισμίου), an. 390. 411. 484 (*Bullensium regiorum*), an. 525 (*Vullensis?*), an. 649 (*Bulleriensis*). » WILLMANNS C. I. p. 157. || — 5. Σίκκα Οὐενερία] Σικκαουνερία BZ, *Siccaceneria* edd. Vic. Rom., Σικαουενδρία ΦΨ Arg., *Sicauendria* ed. Ulm.; κολωνία addidi ex X. || — λ' ∠''] λ' ς'' A ed. pr., 30 2/3 ed. Ulm. || — λ' ∠'' γ''] λ' ς'' ed. pr. — Σίκκα, *Sicca*, ap. Polyb. 1, 66, 10. 6, 67, 1, Sallust. Jug. 56, Vit. XXX tyrann. 29, Augustin. epist. 227, Victor Vit. persec. Vand. 2, 6 et 9, Hieronym. de vir. illustr. 79, Chronic. p. 191 ed. Schœne; *Sicca Veneria* in tit. Rhenano n. 1576 ed. Brambach., Tab. Peut., Itin.; *Veneria* simpliciter ap. Solin. 27. 5. Post coloniam eo deductam *colonia Cirta nova* in tit. n. 1648, *Cirta* simpliciter in Valer. Max. 2, 6, 15; *municipibus meis Cirtensibus Siccensibus* in tit. 1641. Plenum nomen in tit. n. 1632: *colonia Julia Veneria Cirta nova Julia*. Plinius 5, 22: *colonia Cirta Sittianorum cognomine, et alia intus* (sc. Cirta col.) *Sicca*. Episcopi *Siccenses* passim nominantur. Ceterum hanc Cirtam novam cum Cirta Julia confundens Ptolemæus falsas Vagæ et Laribus positiones assignavit. V. not. ad p. 643, 1. || — 6. Ἀσσ. κολωνία] sic X; κολ. om. cett. || — λ' ∠'' γ''] λς' γ'' ed. pr. || — λ' ∠''] λ' ς'' ed. pr., 30 1/3 ed. Vic. Hodie *Henchir Zanfour*, cui adjacet planities *Bhairt Essers* dicta. In titulo ejus loci (n. 1798): *colonia Julia Assuras*. Itin. p. 47 sqq.: *Assuras*; Tab. Peut.: *Assures*. Tit. n. 631 (in *Hr. Maktar*): *ædilis col. Assuribus*. Plinius 5, 29: *Absuritanum* (*Asurithanum*, *Azuritanum* v. l.) oppidum civium Romanorum. In Carthaginiensi Concilio sub Cypriano affuit confessor Victor *ab Assuras*. Porro Cyprianus epistolam scripsit *plebi apud Assuras consistenti*, notante Wesselingio ad Itin. p. 47. *Assuritani*, *Assuritana plebs*, *Assuritana civitas* apud Augustinum

Ναράγγαρα	λ′	λ′ ς″	Naraggara	30°	30° 10′
Θευέστη	λ′ ∟″	κθ′ ∟″δ″	Theveste	30° 30′	29° 45′
Θουνούσδα	λα′ γ″	λβ′	Thunusda	31° 20′	32°
Μάδουρος κολωνία	λβ′	λα′ ∟″	Madurus colonia	32°	31° 30′
Ἀμμαίδαρα	λβ′ ς″	λ′ ∟″	Ammædara	32° 10′	30° 30′

locis a Willmannsio p. 27 citatis. *Assuritani* episcopi in not. eccles.— Quæ est inter Siccam et Assures distantia in tabula Ptolemæi satis recte habet. ‖ — 1. Ναράγγαρα] Ναραγγάδα X. ‖ — λ′] λ′ ∟″ X, λς′ ed. pr. ‖ — λ′ ς″] λς′ ed. pr. Narraggara a Tagora (h. *Taura*) 20 m. (Itin. p. 41), a Thagaste (h. *Serk Aghus*) 25 m. (Itin. p. 44), a Sicca 30 (Itin. p. 41) vel 32 (Itin. p. 44; 12 m. corrupte in Tab. P.) m. p. distans probabiliter a viris doctis refertur ad hod. *Sidi Yusef* prope *Ksar Djaber*. Tituli ejus loci in C. I. p. 468. Oppidum in Siccæ parallelo positum sub 30° 30° 50′ collocandum erat. Commemorantur episcopi *Naraggaritani*. Notum oppidum ex Hannibalis historia. Polybius 15, 5, 14 : καὶ παραγενηθεὶς (Scipio) πρὸς πόλιν Μάργαρον (sic corrupte codd.) κατεστρατοπέδευσε, πρός τε τὰ ἄλλα τόπον εὐφυῆ καταλαβόμενος καὶ τὴν ὑδρείαν ἐντὸς βέλους ποιησάμενος. Livius 30, 29 : *Scipio haud procul Naraggara urbe, cum ad cetera loco opportuno, tum quod aquatio intra teli conjectum erat, consedit.* ‖ — 2. Θευέστη] Θεβέστη ΦΨ Arg., *Thebesca* ed. Ulm. ‖ — λ′ ∟″] λ′ ς″ A, λς′ ed. pr. ‖ — κθ′ ∟″ δ″] κθ′ ς″ δ″ A, κθ′ δ″ ed. pr., 29 1/4 ed. Ulm. — Thevesten (h. *Thebessa*) ante Ptolemæum nemo commemorat. *Colonia* dicitur in Itin. p. 27; ceteris Itinerarii locis simpliciter *Theveste* scribitur. In tit. n. 1862 (an. 293-305) : *amplissimæ civitatis Thevestinorum*; in tit. n. 1863 (Justiniani tempore) : *Theveste (civitas) a fundamentis ædificata est*. Julius Honorius p. 48 : *Theveste*; Anon. Cosmogr. p. 89 : *Thevestis*. — « Theveste sine dubio ipsum illud Libyæ velus caput fuit quod Ἑκατόμπυλος vocatur apud auctores Græcos (Diodor. 4, 18, 1), sub initium belli Punici primi a Carthaginiensibus Hannone duce captum (Diodor. 24, 10, 2. Polyb. 1, 73, 1). Cujus rei fidem facit Hieronymus in commentatione epistolæ Pauli ad Galatas c. 3 : *Constat orientis et Græciæ examina ad occidentis ultima pervenisse. Prætermitto Carthaginis conditores Tyrios et Agenoris urbem; prætermitto Thebas Liberi, quas in Africa condidit, quæ civitas nunc Thebestis dicitur.* Apparet enim oppidum Africanum propter nominis similitudinem compositum esse cum Thebis Ægypti, quæ Ἑκατόμπυλοι vocantur ap. Homerum Il. 9, 383, itaque a Græcis Ἑκατόμπυλον vocatum esse et ipsum (Cf. Movers, *Die Phœnizier* 2, 2, p. 519). » Willmanns C. I. p. 215. Apud eumdem vide citerioris ævi de Theveste testimonia et viros doctos qui ruinas oppidi descripserunt, nec non (p. 965) vias Romanas in Thevesten coeuntes. A Carthagine Thevesten viam, ab Hadriano an. 123 stratam, fuisse 191,790 passuum docet titulus. n. 10114. In Ptolemæi tabula via directa foret circa 300 m. p., oppida vero in eo sita mirum in modum auctor disjecit, adeo ut ipse Itinerarium ob oculos habuisse nequeat. Ratio viæ hæc est : [Vid. p. 648.]

In Tabula Peutingeriana correxi errorem delineatoris. Scriptum ibi est :

Mutia XVI Orba VII Larabus
Altuburos XVI XVI Altessera X Assures.

Scribendum vero erat :

Mutia XVI Altuburos XVI Larabus
VII Orba XVI Altessera X Assures

adeo ut Orba (hod. *Bordj el Arbi*, a Mutia ortum versus sita) transferatur in viam quæ est a Mutia Assures. ‖ — 3. Θουνούσδα] Θουνοῦσδα ZΞ, Θούσνουδα C, Θούνουσδα ed. pr., *Thumisda* edd. Vic. Ulm. ‖ — λα′ γ″] de conj.; λα′ γο″ codd., nisi quod λ′ γο″ W. ‖ — λβ′] 29 1/2 1/4 ed. Vic. Cf. Plinius 5, 29 : *Thunusidense* oppidum civium Romanorum. Haud dubie est *Tuniza* Tabulæ Peut. et Itinerarii. Vid. not. ad pag. 617. ‖ — 4. Μάδουρος] Debebat Μάδαυρος vel (τὰ) Μάδαυρα; hod. *Mdaurusch*; κολωνία additum ex X; *colonia* vocatur etiam in titulo loci n. 4672. Patria fuit Apuleji. V. Metam. 11, 27, de dogm. Platon. 1, 5, Apolog. 24, ubi patriam suam dicit *sitam Numidiæ et Gætuliæ in ipso confinio*. Sæpius oppidum (*Madaura*, plur.) commemoratur apud Augustinum. Cf. Iulius Honor. p. 48 (*Madauris*), Anon. Cosm. p. 89 (*Madauros*); in not. Eccles. *Madaurenses* episcopi Numidiæ. Apud Plinium 5, 30 habes *Materense* oppidum liberum; *Madaurense* ibi scripsit Barbarus, vix recte, quoniam *Matharensis* episcopus Numidiæ notus est, quem in hod. *Mater* (a Sisara palude austrum versus) sedem habuisse nonnulli crediderunt, quamvis hoc aperte Africæ proconsulari attribuendum sit, ut recte monet Willmanns. — Haud longe a Madauro meridiem versus ad caput fluvii *Bou Sessai* in rupe legitur titulus (n. 4876) fines indicans : *inter Madaurenses et ... vianvo...* ‖ — 5. Ἀμμαίδαρα] Ἀμμαιδάρα ΦΨ

Θαμουγάδα κολωνία λβʹ κθʹ ∠ʹδʹʹ | Thamugada colonia 32° 29° 45ʹ

Itinerar. p. 45.	Tabula Peutingeriana.		Itinerar. p. 25.	Ptolemæus.
Carthagine.	Carthagine.		Carthagine.	Καρχηδών. 34° 50ʹ 32° 40ʹ
Pertusa. 14	Ad Pertusa. 14			
	Ad Mercurium. 4 18			
Unuca. 7 21	Inuca. (Rækba). 2 20		Unuca 22	
Sicilibba. 13 34	Sicilibba (el Alouenin). 13 33		Sicilibra. 7 29	
	Thurris (el Djemel). 5 38	Thurris. 38		Τόβρος. ? 34° 30° 30ʹ
	Chisiduo (Krich el Oued). 4 42	Vallis (Sidi Median). 6 44	Vallis. 15 44	
Membressa. 17 51	Membrissa (Mzez el Bab). 8 50	Ad Atticille (Gubellat). 10 54		
	Tichilla (Testour). 16 66	Choreva (Dermulia). 10 64	Coreba. 20 64	Τιχελία. 34° 40ʹ 29° Κεροφαῖοι.
		Aquis (Bagla). 8 72		Ὕδατα θερμά. 33° 40ʹ 28° 15ʹ
	Thignica (Ain Tunga). 12 78	Thignica. 6 78		Τιμίχα. 34° 50ʹ 27° 40ʹ
	Aglia (Ain Edja). 6 84			Δαβία. 33° 29° 45ʹ
Musti. 35 86 [leg. 40 91]	Mubsi (Mest). 7 91		Musti. 28 92	Μοῦστι. 33° 40ʹ 27° 30ʹ
	Thacia (Bedji). 7 98			Θασία. 33° 27° 40ʹ
	Drusillana. 7 105			
	Larabus (Lorbus). 12 117		Laribus. (l. 25) 30 117	Λάρης. 27° 30ʹ 30° 40ʹ
	Altuburos (Medeina). 16 133		Alticurus. 16 133	
	Mutia (Furna). 16 149			
	Admedera (Haidre). 16 165		Admedera. 32 165	Ἀμμαίδαρα. 32° 10ʹ 30° 30ʹ
	Ad Mercurium. 14 179			
	Theveste (Tebessa). 11 190		Theveste. 25 190	Θεουέστη. 30° 30ʹ 29° 45ʹ

Arg., Ἀμμέδαρα CPRVW. ‖ — λʹ ∠ʹʹ] λʹ ςʹʹ A, λςʹ ed. pr. Hodie *Haidra* sive *Hidra*. Fort. excidit mentio coloniæ. Nam Flaviis imperantibus coloniam eo deductam esse prodit titulus n. 308, in quo nominatur *Colonia Flavia Augusta emerita Ammædara*. Cf. titulus Calamensis n. 5352, in quo : *flamini perpetuo Ammædarensium, præfecto gentis Musulamiorum*. Itin. p. 27, 5 : *Admedera colonia*. Hyginus de limit. const. p. 180 ed. Lachmann.: *Quibusdam coloniis postea constitutis, sicut in Africa Admederæ, decimanus maximus et kardo a civitate oriuntur et per quatuor portas in morem castrorum ut viæ amplissimæ limitibus diriguntur*. Tab. Peut., Julius Honor. p. 48, An. Cosm. p. 89, Act. Concil. an. 258 (ἀπὸ Ἀμμεδάρων), Orosius 7, 36 (*Metridera* corrupte), Procopius de ædif. 6, 6 (Αὐμετέρα corrupte) ‖ — 1. Θαμουγάδα] de conj.; Θανουτάδα codd. plurimi, Θανατάδα X, Θανοντάδα ed. pr., Θανατούδα ΦΨ Arg. Ulm., Θανουτάτον PVW. — κολωνία additum ex X. ‖ — κθʹ ∠ʹ δʹʹ] κθʹ δʹʹ ed. pr. Plenum coloniæ nomen *Colonia Ulpia Marciana Trajana Thamugadi*. V. C. Inscrip. 50 et 883 sqq.

Γαζαγούπαλα	λα' ς''	λ' ς''
Σέδνη	λα' γο''	κη' Ŀ'' δ''

8. Μεταξὺ δὲ Θαβράκης πόλεως καὶ Βαγράδα ποταμοῦ

Κανώπισι	λβ' δ''	λβ' Ŀ''
Μελιτίδα	λβ' γο''	λβ' Ŀ''
Οὔζαν	λγ' δ''	λβ' γ''
Θίσικα	λγ' δ''	λβ'

Gazagupala	31° 10'	30° 10'
Sedne	31° 40'	28° 45'

8. Inter Thabracam oppidum et Bragadam fluvium

Canopisi	32° 15'	32° 30'
Melitida	32° 40'	32° 30'
Uzan	33° 15'	32° 20'
Thisica	33° 15'	32°

In Tab. Peut.: *Thamugadi*, in Itin. p. 35 *Tamugadi*. Augustin. ep. 204 : *apud Thumugadem*; idem in psal. 21, 2, 16 : *Thumugade*. Episcopus an. 258 *a Thamugadi*, an. 411 *Tamogadensis*, an. 320 *Thamugadiensis*, an. 484 *Thamogaziensis*. — « *Thamugadi* est lib. 2 Cod. Theod. de honorariis codicillis. Passio S. Mammarii in Analectis Joannis Mabillonii p. 178 : *Tamugadi*. » Wesseling. Procopius B. Vand. 2, 13 p. 466 : καὶ πόλιν Ταμούγαδιν, ἣ πρὸς τῷ ὄρει (τῷ Αὐρασίῳ) ἐν ἀρχῇ τοῦ πεδίου πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον πολυάνθρωπος οὖσα ᾤκητο, ἔρημον ἀνθρώπων οἱ Μαυρούσιοι ποιησάμενοι ἐς ἔδαφος καθεῖλον. Ibid. 2, 19 p. 495 codices : τὰ ἀμφὶ πόλιν Ταμουγάδην πεδία. Tamugadi (hod. *Timgad*) a Lambæse 14 m. (150 m. Ptol.) distat, ut recte notatur in Itin. p. 34. Pro his in Tab. Peut. habes 18 (leg. 8) + 5. In Ptol. pro λβ' long. ponendum erat λ' δ''. ‖ — 1. Γαζαγούπαλα] sic X (deb. Γαζαύπαλα vel Γαζαύφαλα), Ζαγακούπαδα C, Ζαγακούποδα ed. pr., Γαζακούπαδα cett., *Gazacapada* ed. Ulm. Vid. not. p. 645, 4. ‖ — λα' ς''] λα' Ŀ'' XRVW. ‖ — λ' ς''] de conj., λζ' ς'' ed. pr., κθ' δ'' cett. ‖ — 2. Σέδνη] sic X, Γέθνη FNT, Γέδνα, *Gedna*, edd. Arg. Vic. Rom. Ulm., Γέδνη cett. ‖ — κη' Ŀ'' δ''] λ' Ŀ'' δ'' A, κη' δ'' ed. pr., 29 1/2 1/4 ed. Arg. Sedne vel Gedne ignotum oppidum. Fort. erat *Cedi* vel *Cedia*, quod opp. inter Thevestem et Thamugadi ad *Henchir Argub el Mekhtalia* et *Henchir Sefel Delaa* stetit, quoniam in titulis horum locorum *Cedienses piscatores* (n. 2309) et *respublica Cediensium* (n. 10727) et in actis eccles. an. 258 episcopus *a Cedias*, an. 411 *Cediensis* nominantur. ‖ — 3. Θαβράκης] Θάμβραχος L, Θάβραχος cett.; em. Grashof.; *inter autem Thabracam* edd. Vic. Ulm.; *inter autem Thabraca* ed. Rom. ‖ — Βαγράδα] Βηαγράδα ΦΨ Arg., Γαβράδα X. ‖ — 5. Κανώπισι] Κανώπησι ΦΨ Arg., *Canopesi* ed. Ulm., Κανωπίσσαι CEPRW, Κανώπισσα V, Κανώπισθαι BZ, *Canopistæ* ed. Vic. Versum om. SXΩ, sed in Ω ad inferiorem paginæ marginem adscribitur. ‖ — λβ' Ŀ''] λβ' ς'' ed. pr. — Cf. Plinius 5, 30 : *Canopitanum* oppidum liberum. In Collat. Carthag. episcopus *Caniopitanorum*. Oppidum Ptolemæus haud longe ab Hippone Diarrhyto collocat. Nunc ab eo 6 fere m. p. occasum versus exstat *Henchir Bou-Chater* sive *Zaounia Sidi Mansour-ed-Daouadi*, ubi reperti sunt duo tituli, quorum alter n. 1211 :

Mulhambal Balit-
honis Labreco
..... hisitanus

in altero, n. 1215, nomen truncatum ..... *hisitani* legitur. Nescio an supplendum sit [*Canop*]*hisitanus*. ‖ — 6. Μελιτίδα] sic ב, Μέλτιδα codd. plurimi, Μελδείτα ed. pr., Μεντίδα BEZ. Versum om. ed. Ulm. ‖ — λβ' γο''] λβ' γ'' ed. pr. ‖ — λβ' Ŀ''] sic ABDEZ edd. Vic. Rom. Lugd., λα' Ŀ'' cett. Cf. Plinius 5, 3V : *Melizitanum* oppidum liberum. Oppidum ab Utica c. 40 m. p. abest, sec. Ptol. tabulam. Nunc c. 35 m. p. ab Utica austrum versus ad *Milianam* fluvium locus est qui a sepulcro quodam *Sidi Nassar Bergu* vocatur. In reperto ibi titulo n. 885 (Septimii Severi tempore scripto) legitur : *ex decreto paganorum pagi Mercurialis veteranorum Medelitanorum*. Idem locus num in Ptolemæo indicetur et pro Μελιτίδα dicendum fuisset Μεδελίτα, tu videas. ‖ — 7. Οὔζαν] Οὐζάν DFLMΔΞΦΨ, Οὐζᾶν S, Οὐζανόν A, Θουζαν X, *Uzanum* ed. Ulm. ‖ — λγ' δ''] 32 1/4 ed. Vic. ‖ — λβ' γ''] sic BELZΦ¹Ψ Arg., λβ' Ŀ'' Φ² edd. Vic. Rom. Ulm., λβ' ς'' ed. pr., λα' γ'' cett. — Uzan haud longe a Tinisa oræ maritimæ ponitur. Nunc ibi est *el Alia*, veteris oppidi locum obtinens. In titulo olim ibi reperto n. 1204 Ximenez legit : *cur. reipublicæ splendidissimæ Cotuzæ sacræ*. Ad hæc Willmanns : p. 152 : « Mihi Catuzæ nomen valde dubium est malimque legere *co(l)*. *l (tik)æ*. Certe Cotuzæ nomen præterea nusquam reperitur, territorium autem Uticense hucusque pertinuisse admodum probabile est. » Ego leniori manu scripserim : *Col. Uzæ*. Porro apud Ptolemæum pro ΟὔζαΝ legendum fuerit ΟὔζαΛΙ, quæ frequens est nominum terminatio. Idem vero oppidum et Οὔζα et Οὔζαλι dici poterat. In Notit. episc. an. 484 nominantur episcopi *Hippozaritanus*, *Gunelensis*, **Uzalensis* seu *Uzaliensis*, *Membrositanus* ‖ — 8. Θίσικα] Θισικά F, Θισίκα LMOSΔΞΩב, *Tisica* ed. Vic. ‖ — λγ' δ''] λγ' γ'' ed. pr. ‖ — λβ'] λα' γ'' L, Thisica Ptolemæi ab Utica

Κίπιπα	λδ'	λα' ∠''δ''	Cipipa	34°	31° 45'
Θευδαλί	λγ' γ''	λα' γο''	Theudali	33° 20'	31° 40'
Ἀουίττα	λγ' ∠''	λα' ∠''	Avitta	33° 30'	31 30'
Τόβρος	λδ'	λ' ∠''	Tobrus	34°	30' 30'
Σιλίκα	λδ' ∠''	λ' γ''	Silica	34° 30'	30° 20'
Τοῦκκα	λδ'	κθ' ∠''γ''	Tucca	34°	29° 50'
Δαβία	λγ'	κθ' ∠''δ''	*Agbia*	33°	29° 45'
Βενδήνα	λδ' ∠''	κθ' γ''	Bendena	34° 30'	29° 20'
Οὐαζούα	λγ' γ''	κθ' ϛ''	Vazua	33° 20'	29° 10'

picum ostium et Pelusiacum sec Ptol. est 2° 25'. Quod quoniam recte habet, computione astronomica uti putaveris. Intervallum hoc nobis est 1208 stadiorum, Ptolemæo stadiorum 966. Oræ longitudo nobis c. 1400 stadiorum; 1300 stad. sec. Scylacem 106 p. 80, Diodorum 1, 34, 1, Strabonem 1, 4, 5. 15, 1, 33. 17, 1, 2; 170 m. p. (1360 st.) sec. Plinium 5, 48. Herodotus 2, 6, qui a Plinthinete sinu ad Sirbonidem lacum 60 schœnos sive 3600 stadia computat, schœnis stadiorum 30 schœnos stadiorum 60 temere substituit. — Utrumque τοῦ Δέλτα latus est fere 900 stadiorum; sec. Diodorum l. l. 750 stadiorum. Totidem lateri occidentali tribuit Ptolemæus, cui orientale latus est fere 850 stadiorum Apud Plinium l. l. latus occidentale est 146 m. p. (1168 stad.), orientale 156 m. p. (1248 stad.). Quæ mensuræ ex Itinerariis fluxerint (In Tab. Peut. ab Alexandria Memphim 149 m. p., in Itin. Ant. 144 m. p.). || — 1. Γέῤῥον ὅριον] Γερηνόριον ΦΨ Arg., *Gerenorium* ed. Ulm. || — ξ' L'] ξγ' γ'' ed. pr., ed Ulm., ξγ' L' ιβ'' ADFMNORSVWΔΩΞ, ξγ' γο'' X. || — λα' δ''] λα' γ'' ADFLS. — Strabo 16, 2, 33 : εἶθ' (post Casium montem) ἡ ἐπὶ Πηλούσιον ὁδός, ἐν ᾗ τὰ Γέῤῥα καὶ ὁ Χαβρίου καλούμενος χάραξ (*Chabriæ castra*, Plin. 5, 68) καὶ τὰ πρὸς Πηλουσίῳ βάραθρα (cf. Polyb. 5, 80, 2. Diodor. 1, 30, 4. 16, 45, 5), ἃ ποιεῖ παρεκχεόμενος ὁ Νεῖλος. Schol. Lucian. Anach. 32 : Γέῤῥον Δημοσθένης (pro Cor. p. 168) ἐπὶ τῶν σκηνῶν καὶ τῶν περιφραγμάτων (τέθεικεν) ... Καὶ παρ' Αἰγυπτίοις δὲ τὸ κατὰ τὸ Πηλούσιον καλούμενον διὰ τοῦτο ὠνομάσθη, ἐπεὶ σκηνώματά ἐστιν, ἐν οἷς παραφυλάττοντες τὰς εἰσόδους διατρίβουσι. Tab. Peut.: *Pelusium VIII Gerra XVIII* (deb. XXXIII) *Cassio*. Sozomenus H. Ecl. 8, 19 : κατῆρεν ἐς Γέρας (sic), πόλιν μικράν, ἀμφὶ πεντήκοντα στάδια (minus accurate) τοῦ Πηλουσίου ἀφεστῶσαν. Hierocles 727 : Κάσσιον, Πεντάσχοινον, Ἀφναῖον, Γέῤῥας (sic), Σκέννα, Πηλούσιον. Notit. Dign. 1. p. 68 : *Ala prima Herculia Scenas extra Gerasa* (deb. *Gerra*). Plinius 6, 147 : *Tertium* (*iter a mari Ægyptio Arsinoen*) *a Gerro quod Agipsum* (*Agipsum*, *Agipsum* v. l.; *Adipsum* (ἄδιψον) e Barbari conj.) *vocant*. Scribendum conjicio : *quod alii Gisium vocant*; sc. γίσιον seu γείσιον (μικρὸν τεῖχος Hesych., περίφραγμα) idem quod γέῤῥον significat. — [Fort. huc pertinet *Gausio* ap. Rav. p. 128, ubi : *Gausio* (*Gausit*, *Gausis* v. l.) *Archa* (ἀρχή? confer ὅριον ap. Ptol.), *Eron* (i. e. Ἥρων, Ἡρώων πόλις).] Ægyptiace locus vocabatur *Anba* (*la ville de la muraille*, Brugsch), arabice *schur* (i. e. murus). Ibi fines fuisse Ægypti proprie sic dictæ, siculi alia Γέῤῥα in borealibus Cœlesyriæ finibus commemorantur (Polyb. 5, 46, 1), censet Stark (*Gaza* p. 459). Hesychius ὅριον vocem interpretatur τείχισμα, φραγμόν. Eoque sensu ap. Ptolemæum, qui alios Ægypti fines habet, intelligenda est. || — 2. Κασιώτιδος] Κασσιώτιδος et deinde Κάσσιον codd. plurimi; Βασιώτιδος BEZ, *Bassiotidis Cassium* ed. Vic. Versum om. PVW. || — 3. ξγ' L' δ''] ξγ' L' BEZΦ Arg., 62 1/2 1/12 ed. Rom. || — λα' δ''] λα' ς'' X ed. pr., fort. rectius. Herodotus 2, 158 : ... ἀπὸ τοῦ Κασίου οὔρεος τοῦ ὁρίζοντος Αἴγυπτον καὶ Συρίην, ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι ἀπαρτὶ χίλιοι ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον. Cf. idem 2, 6. 3, 5. Strabo 16, 2, 33 : ἔστι δὲ τὸ Κάσιον θινώδης τις λόφος ἀκρωτηριάζων ἄνυδρος, ὅπου τὸ Πομπηίου σῶμα κεῖται καὶ Διός ἐστιν ἱερὸν Κασίου. Idem 16, 2, 28 Casium a Pelusio 300 stadia (40 m. p. sec. Itin.) abesse dicit, satis accurate; in Ptolemæi tabula nonnisi 200 stadia habes. Ceterum de Casio cf. Strabo 1, 2, 31. 1, 3, 13. 16, 2, 26. Mela 1, 61. 3, 74. Plinius 5, 68. Josephus B. Iud. 4, 11, 5. Lucan. 8, 539. 10, 433. Tab. Peut., Geogr. Rav. p. 130, 8. 536, 6. 83, 9. Ammian. 22. 16, 3. Hierocles p. 727. Hodie *el Kas*, *Ras Kasroun*. et statio *Kasiet* haud longe ab ora distans. || — 4. Ἔκρηγμα] Ἐκρημαί DLMNOΔ, Ἐκκρημαί ΛΞ, Ἐκρηγμαί S, Εὔκρηγμα Arg., *Scregina* ed. Ulm. || — Σιρβώνιδος] Σερβωνίδος CRVW fort rectius, Στροβωνίδος ΦΨ. edd. Vic. Ulm. Arg., Τροβωνίδος vel Τροβώνιδος ADLMNOΙΔΞ. || — λίμνης] *portus* Arg. || — ξγ' L' γ''] ξγ' L' γ'' ιβ'' ADFLSΩΞ, ξα' ed. pr., ξγ' X. || — Cf. Diodor. 19, 64. Strabo 1, 4, 7. 16, 2, 32 et 43. Plutarch. Anton. 5. Plinius 5, 68. Ἔκρηγμα illud obturatum esse Strabo dicit. At in hodiernis tabulis duo lacus ostia notantur, quorum alterum Casio monti versus ortum proximum, alterum prope Ostracinam ortum versus. Illud indicat Ptolemæus nec non Strabo, qui Sirbonidem paludem per 200 stadia occasum versus pertinere dicit usque ad Ecregma; alter lacus qui inter Casium m. et Pelusium est, antiquo nomine caret, nisi et ipse Sirbonidis nomine comprehendebatur. Alterum Ἔκρηγμα indicat Plinius 5, 68 : *Ostracine Arabia finitur; mox Idumæa incipit et Palæstina ab emersu Sirbonis lacus.* || — 5. Ὀ-

Ῥινοκόρουρα	ξδ′ γο″ λα′ ϛ″

7. ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῆς τε Ἰουδαίας μέρει τῷ ἀπὸ Ἀνθηδόνος πόλεως μέχρι πέρατος, οὗ θέσις ξδ′ δ″ λ′ γο″ καὶ τῇ ἐντεῦθεν Ἀραβίᾳ Πετραίᾳ μέχρι τοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν μυχοῦ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, οὗ θέσις ξγ′ ∠″ κθ′ ∠″γ″ καὶ μέρει τοῦ Ἀραβίου κόλπου, κατὰ περιγραφὴν τῆς παραλίου τοιαύτην·

8. Μετὰ τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου τὸν εἰρημέ-

Rhinocorura	64° 40′ 31° 10′

7. Ab ortu finitur et Iudææ parte quæ est ab Anthedone urbe usque ad terminum situm 64° 15′ 30° 40′ et deinceps Arabia Petræa usque ad sinus Arabici prope Heroum urbem recessum, qui situs est 63° 30′ 29° 50′ et parte Arabici sinus. Quæ ora maritima sic describitur :

8. Post sinus eius angulum quem dixi-

στρακίνη] Ὀστρακινή ΦΨ. ‖ — ξδ′ δ″] ξα′ δ′ ed. pr. ‖ — λα′ ϛ″] sic X ed. pr., ξα′ ∠″ γ″ cett. Ostracine (ad *Ras Istraki*), sicut Rhinocorura, in eodem fere quo Casium parallelo sita est. Quare pro λα′ ∠″ γ″ ex codice X legendum erit λα′ ϛ″. A Pelusio Ostracine sec. Ptolemæum 50 m. p. distat, quorum loco Plinius 5, 68 recte habet 65 vel, ut e Plinio Marcianus Capella c. 6 p. 219 tradit, 66 m. p., consentiente Itinerario p. 152 :

Itin.		Tab. Peut.
Pelusio		Pelusio
Pentaschœno	20	Gerra 8
Cassio	20	Cassio 23 (1 33)
Ostracina	26	Ostracine *
Rinocorura	22	Rinocorura 23.

Cf. Iosephus B. Iud. 4, 5. 11, de Vespasiano imp.: καὶ προελθὼν (a Pelusio) σταθμὸν ἕνα διὰ τῆς ἐρήμου πρὸς τῷ τοῦ Κασίου Διὸς ἱερῷ στρατοπεδεύεται, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κατὰ τὴν Ὀστρακίνην· οὗτος ὁ σταθμὸς ἦν ἄνυδρος, ἐπεισάκτοις δὲ ὕδασιν οἱ ἐπιχώριοι χρῶνται. Μετὰ ταῦτα πρὸς Ῥινοκορούροις ἀναπαύεται. Id. ib. 1, 14, 2. Ant. Iud. 13, 15, 4. Ammianus 22, 16, 3. Hierocles p. 727. Aristides tom. 3. p. 591. ‖ — 1. Ῥινοκόρουρα] Ῥινόκουρα L, Ῥινοκουρούρα ed. pr. ‖ — ξδ′ γο″] ξα′ γ″ ed. pr. ‖ — λα′ ϛ″] λα′ ∠″ γ″ codd.; λα′ γ″ conj. Grashof. Ut versu antec. pro ξα′ ∠″ γ″ in Xα recte ponitur λα′ ϛ″, sic hoc quoque loco λα′ ϛ″ reponendum fuerit. Varia nominis scriptura (τὰ vel ἡ) Ῥινοκόρουρα, Ῥινοκόλουρα, Ῥινοκούρουρα. Polybius 5, 80, 3 : ἣ (sc. Ῥαφία) κεῖται μετὰ Ῥινοκόλουρα, πρώτη τῶν κατὰ Κοίλην Συρίαν πόλεων ὡς πρὸς Αἴγυπτον. Diodorus 1, 60, 5, de Actisane Æthiopum rege : ἀποτεμὼν δ' αὐτῶν (sc. damnatorum) τοὺς μυκτῆρας κατῴκισεν ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς ἐρήμου χώρας, κτίσας πόλιν τὴν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τῶν οἰκητόρων Ῥινοκόλουρα προσαγορευθεῖσαν· αὕτη δὲ κειμένη πρὸς τοῖς μεθορίοις τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Συρίας οὐ μακρὰν τοῦ παρήκοντος αἰγιαλοῦ πάντων σχεδὸν τῶν πρὸς ἀνθρωπίνην δίαιταν ἀνηκόντων ἐστέρηται etc. Strabo 16, 2, 31 : Ῥινοκόλουρα (Ῥινοκόρουρα Epit.), ἀπὸ τῶν εἰσῳκισμένων ἐκεῖ τὸ παλαιὸν ἀνθρώπων ἠκρωτηριασμένων τὰς ῥῖνας οὕτω καλουμένη (Hæc exscripsit Stephanus Byz. s. v. Ῥινοκούρουρα, πόλις Αἰγύπτου). Idem 16, 1, 12 : τοὺς περὶ Ῥινοκόρουρα (sic h. l. codd.) ... τόπους. Idem 16, 4, 24 : ἐκ μὲν οὖν τῆς Λευκῆς κώμης εἰς Πέτραν, ἐντεῦθεν δ' εἰς Ῥινοκόλουρα τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ Φοινίκης τὰ φορτία κομίζεται. Iosephus B. Jud. 4, 11, 5 : πρὸς Ῥινοκορούροις. Idem ib. 1, 14, 2 et Ant. 14, 14, 2 : εἰς Ῥινοκούρουραν. Ant. 13, 15, 5 : κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν ἤδη τῶν Σύρων καὶ Ἰδουμαίων καὶ Φοινίκων πόλεις εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι... Ἄζωτον, Γάζαν, Ἀνθηδόνα, Ῥαφίαν, Ῥινοκούρουραν. *Rinocolura* apud Livium 45, 11, Plinium 5, 68, Senecam de ira 20, Ammianum 22, 6, 3; *Rinocorura* in Tab. Peut., Itin. p. 151, 4. Hieronymo in Jesaiam c. 27, Epiphanio Hæres. 66, c. 83. Variæ nominis corruptiones in G. Rav. p. 116. 166. 356. 388. 524. 549. Palæstinæ oppidum adscribit Plinius; Phœniciæ esse dicit Strabo, qui 16. 2. 21 oram Phœniciæ usque ad Pelusium extendit. Cf. Chron. Pasch. p. 53 : κεῖται δὲ αὕτη ἡ Ῥινοκορούρων ἀνὰ μέσον Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης. — Hodie *el Arisch. Wadi el Arisch* est χειμάρρους Αἰγύπτου in finium determinatione ap. Moysem 4, 34, 5. Rinocorura nomen non esse græcum, quod fabula narrat, sed a fluvio inditum significare *aquam turbidam cameli scabiosi* contendit F. Hitzig *Die Philistaer*. V. Ritter *Erdkunde* vol. 14, p. 143. 16, p. 35. 41. ‖ — Post versum 1 in codicibus legitur : Ἀνθηδὼν λδ′ ∠″ γ″ λα′ γο″ (ξα′ ∠″ γ″ λα′ γ″ ed. pr.), quod ex Palæstinæ descriptione (lib. 5, c. 15) desumtum quidam ad verba ἀπὸ Ἀνθηδόνος adscripserat. ‖ — 2. τε] om. ed. pr. ‖ — Ἰουδαίας] Ἰδαίας ΦΨ. ‖ — 4. οὗ θέσις] ἧς θέσις X, οὗ ἡ θέσ. ΦΨ. ‖ — 6. Ἡρώων πόλιν] Ἡρῴων πόλεως EZ, *usque ad Catherum*, Καθήραν, *civitatem* ed. Arg., *usque ad Catheroum urbem* ed. Rom. Verba τοῦ κ. Ἡρ. π. μ. τοῦ om. edd. Vic. Ulm., ubi : *et inde Arabia Petræa usque ad finem Arabicum, cujus gradus* 63 1/2 29 1/2 1/3 *juxta civitatem Arsinoen*. — 8. Ἀραβίου] Ἀραβικοῦ Σ. ‖ — 9. τῆς] τοῦ Φ. ‖ — 10. Μετὰ τὸν εἰρημένον

νον (ὃς ἐπέχει μοίρας	ξγ' L''	κθ' L''γ''	mus (quique situs est	63° 3o'	29° 5o')
Ἀρσινόη	ξγ' γ''	κθ' ϛ''	Arsinoe	63° 2o'	29° 1o'
Κλύσμα φρούριον	ξγ' γ''	κη' L''γ''	Clysma castellum	63° 2o'	28° 5o'

μυχὸν SΩ. Deinceps inclusa abundant, quum epocha jam p. 683, 7 notata sit. || — 2. ξγ' γ''] ξγ' L'' ed. pr. et ed. Ulm. || — κθ' ϛ''] 39 1/6 ed. Ulm., 29 1/2 1/3 ed. Rom.; κθ' L'' de conj. scripsit Wilberg., perperam. || — 3. Κλύσμα] *Clisma* ed. Ulm. || — κη' L''γ''] κθ' ϛ'' ed. pr. et Ulm. || — Positione 29° 50' terminus sinus Arabici indicatur qui est prope hod. *Suez*. Satis accurate in Memphidis parallelo (29° 50') collocatur, nec non distantia quæ est e Pharano Arabiæ Petrææ promontorio (65° 28° 30', lib. 5, c. 16) in hunc sinus terminum quadrat. Isthmus a Pelusio huc pertinens, quem plerique geographi 1000 stadiorum esse putabant, revera nonnisi c. 600 stadiorum est, quorum loco in Ptolemæi tabula 1° 20' sive 667 stadia habes. Hæc igitur veris proxima sunt. Perperam autem haud longe ab hoc recessu § 24 collocatur Heroonpolis (63° 10' 30°), quæ in Bubasti parallelo (30° 40°) collocanda erat haud procul a termino boreali lacuum amarorum qui nonnullis erant pars sinus Arabici atque ὁ κατὰ τὴν Ἡρώων πόλιν μυχὸς τοῦ Ἀραβίου κόλπου. Arsinoe vero et Clysma, quæ erant in regione hodiernæ *Suez*, longe hinc austrum versus a Ptolemæo ponuntur. Scilicet quum isthmus a Pelusio ad Arsinoen pertinens a multis 1000 stadiorum esse censeretur (v. Plin. 5, 65, Herodot. 2, 158. 4, 41, Strabo 17, 1, 21), hanc 1000 st. distantiam temere Ptolemæus servavit; nam Pelusium 31° 10', Arsinoen 29° 10' posuit. Clysma secundum Itinerarii computum ab Heroonpoli austrum versus 68 m. p. distat; Ptolemæus idem fere intervallum (72 m. p.) exhibet a falsa sua Heroonpolis positione profectus. De situ Heroonpolis sive Hero oppidi accuratiora nuper docuit Navillius Genavensis, quæ ego quidem hucusque non novi nisi ex iis quæ de his retulit Lauthius in *Ausland* 1884 p. 607. Videlicet in loco *Tell el Maschulah* dicto, a *Timsah* lacu c. 9 m. p. occasum versus inter *Ismailieh* et *Tell el Kebir* posito, Navillius rudera detexit quæ Heroonpoli vindicanda esse reperti ibi tituli probant, quorum in uno Ηρου (Ηρω?), in alio *Eo* (*Ero?*) *castra* legitur. Porro in lapide milliario impp. Galerii Maximiniani et Severi (an. 306): *Ab Ero in Clusma M. VIIII.* Scriptum fuisse conjeceris LVIIII, quoniam tot m. p. sunt ad Clusma sinus Arabici. Sin recte se M. VIIII legisse Navillius contendit, duplex erat Clusma, alterum ubi in *Timsat* lacum canalis exibat, alterum ubi e lacubus amaris in mare intrabat. Ac quum Clusma s. Clysma s. Clisma nomen κλεῖσμα vocem græcam referre videatur atque locum ubi claustra canalis erant, significet, fieri sane potuit ut ejus nominis locus ad utrumque lacuum terminum exstaret, tantoque facilius Heroonpolis boreali Clismati vicina a nonnullis in australis Clismatis viciniam transponi potuit. (De claustris illis v. Strabo 17, 1, 25: οἱ δὲ Πτολεμαϊκοὶ βασιλεῖς ... κλειστὸν ἐποίησαν τὸν εὔριπον, ὥστε, εἰ βούλοιντο, ἐκπλεῖν ἀκωλύτως εἰς τὴν θάλασσαν καὶ εἰσπλεῖν πάλιν. Diodor. 1, 33, 3: κατὰ τὸν ἐπικαιρότατον τόπον ἐμηχανήσαντό τι φιλότεχνον διάφραγμα.) — Ceterum situs Heroonpolis, quem modo dixi, indicatur etiam Itinerario:

Itin. p. 169.		Itin. p. 163.	
Babylonia.		Memphi.	
(*Fostat*).			
Heliu.	12	Heliu.	24
(ruin. ad *Matarieh* vic.)			
Scenas Veteranorum.	22	Scenas Veteranorum.	24
(*Belbes*).			
Vico Judæorum.	12		
Toum.	12	Thou.	26
(i. q. Pi-tom. Πάτουμος).			
Hero.	24	Tacasarta.	14
(*Maschoutah*).			
Serapiu.	18	Daphno.	18
(rudera ad finem borealem lacuum amar.)		(*Tell Defenneh*.)	
Clismo.	*50	Pelusium.	*16
	(deb. 40)		(deb. 26)

Porro Heroonpolin fuisse in via qua ex Ægypto in Iudæam iter erat, colligitur ex Septuaginta in Genes. 46, 48: τὸν δ' Ἰούδαν ἀπέστειλαν ἔμπροσθεν αὐτῶν πρὸς Ἰωσὴφ συναντῆσαι αὐτῷ καθ' Ἡρώων πόλιν εἰς γῆν Ῥαμεσσῆ. Ac quoniam in titulis Heroopolis sæpius nominetur *Ramesses Tum deo dilectus*, idem haud dubie oppidum est quod Ramesses vocatur in Exodo 1, 11, ubi de Israelitis: καὶ ᾠκοδόμησαν πόλεις ὀχυρὰς τῷ Φαραὼ τήν τε Πειθὼ (*Pitom* hebr., Πάτουμον Herodot., *Toum* et *Thou* in Itin.) καὶ Ῥαμεσσῆ καὶ Ὢν ἥ ἐστιν Ἡλιούπολις. *Hero* nomen præter titulos loci et Itinerarium præbet Stephanus Byz.: Ἡρώ, πόλις Αἰγυπτία, ἢ Αἶμος ἐκλήθη διὰ τὸν Τυφῶνα ἐνταῦθα κεραυνῷ βληθῆναι. Στράβων δὲ Ἡρώων πόλιν αὐτὴν καλεῖ (Cf. Λυκώ, Κυνώ ac Λυκῶν πόλις, Κυνῶν πόλις). Geogr. Rav. p. 128, 14 et p. 130, 13: *Ero*. Idem p. 58: *Orea* (*Hero?*) *cupurium*. *Arsinoe cupurium*. — Ut Ptolemæus sic Strabo quoque situm Heroonpolis definivit perperam; etenim isthmum a Pelusio ad Heroopoliten sinus Arabici recessum pertinentem 1000 stadiorum esse dicit, atque Heroonpolin sitam esse in parallelo, qui per Syrtis angulum (29° lat. sec. Ptol.) transeat et ab Alexandriæ parallelo 1000 stadiis austrum versus distet. Strabo 17, 1, 21:

ὁ δὲ μεταξὺ ἰσθμὸς Πηλουσίου καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν χιλίων (sic Epit., 900 h. l. codd.) μέν ἐστι σταδίων, ὡς δὲ Ποσειδώνιός φησι ἐλαττόνων ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων (Cf. 11, 1, 5 : ... Ποσειδώνιος δὲ χιλίων καὶ πεντακοσίων, ὅσον καὶ τὸν ἀπὸ Πηλουσίου ἰσθμὸν εἰς τὴν Ἐρυθράν. Ni fallor, Posidonius, sicut Strabo, a Pelusio ad Heroonpolim 1000 stadia computavit iisque addidit 470 stadia s. 59 m. p., quæ a vero Heroonpolis situ ad sinum Arabicum numerabantur.). — Idem 17, 3, 30 : ἔστι δ' ὁ διὰ τοῦ μυχοῦ τούτου (Syrtis majoris), παράλληλος sc., τοῦ μὲν δι' Ἀλεξανδρείας μικρῷ νοτιώτερος χιλίοις σταδίοις, ... πίπτοι δ' ἂν καθ' Ἡρώων πόλιν τὴν ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου. Idem 17, 1, 26 : πλησίον δὲ τῆς Ἀρσινόης καὶ ἡ Ἡρώων πόλις καὶ ἡ Κλεοπατρὶς ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου τῷ πρὸς Αἴγυπτον, καὶ λιμένες καὶ κατοικίαι καὶ διώρυγές τε πλείους καὶ λίμναι πλησιάζουσαι τούτοις. Cf. id. 16, 2, 32. 16, 4, 4. 17, 1, 21. 25. 34. 43. Cum hoc autem Heroopolis situ conciliari nequeunt, quæ Strabo 2, 1, 33 tradit ex Eratosthene, qui in quarta sua sphragide lineam duxisse dicitur διὰ Θαψάκου καὶ Ἡρώων πόλεως μέχρι τῆς μεταξὺ τῶν στομάτων τοῦ Νείλου (γραμμῆς? aut μέχρι [γῆς] τῆς μετ. ?). Quibus jungendum est quod deinceps dicit : ὁ αὐτός πώς ἐστι τούτῳ (sc. parallelo per Alexandiam ducto) ὁ διὰ Ἡρώων πόλεως ἢ νοτιώτερός γε τούτου. Eratosthenes igitur Heroonpolin, quæ revera c. 400 stadia ab Alexandriæ parallelo austrum versus abest, justo magis boream versus posuit, adeo ut ora maritima ab Alexandria ad Pelusium versus ortum æstivum tenderet. Ac sic demum fieri potuit ut a Thapsaco per Heroonpolim ad terminum inter Nili ostia situm linea terrestris duceretur, quæ secundum veram litorum configurationem ex parte per mare ducenda fuisset. Idem Eratosthenes (ap. Strabon. 16, 4, 4) ab Heroonpoli (in Alexandriæ fere parallelo posita) ad Ptolemaidem 9000 stadia, ab Alexandria autem ad Meroen 10000 stadia computasse traditur. Bene hæc habent ; nam Ptolemaidis parallelus a Meroes parallelo 1000 et amplius stadiis boream versus distat. Ab Heroonpoli ad Berenicen, sicut ab Alexandria Syenen in Berenices parallelo sitam, 5000 stadia, hinc ad Ptolemaidem 4000 stadia numeraverit, sicut auctor Peripli in G. Min. 1, p. 258. Perperam Hipparchus (ap. Strabonem 2, 5, 36) cumque Ptolemæus Meroen et Ptolemaidem in eodem parallelo (16° 26' Ptol.) collocant. Eodem modo etiam Eratosthenem, quippe qui et ipse Heroonpolin 1000 stadiis ab Alexandriæ parallelo austrum versus posuisset, statuisse sumitur (V. Berger, *Eratosthenes* p. 294). At nemo id disertis verbis testatur, neque admitti potest nisi incongrua de Eratosthene Strabonem tradidisse putaveris. — Præterea de Heroonpoli cf. Theophrastus H. Pl. 9, 4, 3 (.. τὸν παράπλουν, ὃν ἐξ Ἡρώων ἐποιοῦντο κόλπου); 9, 4, 9 (παρὰ τῶν παραπλευσάντων ἐξ Ἡρώων πόλεως); Strabo 16, 4, 4 (ab Heroonpoli Babylonem per Petram stadia 5600); 17, 1, 53 (Heroonpolis quæ defecerat a Gallo recipitur); Arrianus Exp. 7, 20, 8 (ὁ κόλπος ὁ πρὸς Αἰγύπτῳ ὁ καθ' Ἡρώων πόλιν); 3, 5, 4 (Ἀραβία ἡ πρὸς Ἡρώων πόλιν); Agathemerus in G. min. 2, p. 474 (ὁ δὲ Ἀράβιος κόλπος ἄρχεται ἀπὸ Ἡρώων πόλεως); Plinius 6, 156 : *Latissima (Arabia) est a septentrione inter oppida Heroum et Characem* (80° 40', 31° sec. Ptol. 6, 3); Mela 3, 80 et Plinius 5, 65 : *Heroopoliticus sinus*; Plinius 6, 165 : *A sinu Ælanitico alter est quem Arabes Æan vocant, in quo Heroum oppidum* (Cf. *Au* vel *Ani* nomus, quem a Heroopolitico nomo austrum versus collocat Brugschius in Nomorum tabula). Idem Plinius 6, 167 Arsinoen esse dicit *in sinu Caranda* vel *Carandra*, cum quo nomine componendi esse videntur Γαρινδαῖοι peninsulæ Sinaiticæ (Strabo 16, 4, 18) sive Γαρινδανεῖς (Diodor. 1, 43, 1, ubi sinus iste a Neptuni fano Ποσείδιον vocatur). — De *Arsinoe* cf. Plinius 5, 63 : *Agrippa a Pelusio Arsinoen Rubri maris oppidum per deserta CXXV m. p. tradit.* Idem 6, 166 de triplice itinere a mari Ægyptio ad sinum Arabicum : *Ex viæ omnes Arsinoen ducunt, conditam sororis nomine in sinu Caranda a Ptolemæo Philadelpho qui primus Troglodyticen excussit* et *amnem* qui *Arsinoen præfluit, Ptolemæum appellavit.* Diodorus 1, 33, 12 de Ptolemæi canali : ἐπὶ δὲ τῆς ἐκβολῆς πόλιν ἔχει τὴν προσαγορευομένην Ἀρσινόην. Agatharchides (G. min. 1, p. 166) sinus Arabici descriptionis initium sumsit ab Arsinoe. Strabo 17, 1, 25 : ἄλλη δ' ἐστὶν (διῶρυξ) ἐκδιδοῦσα εἰς τὴν Ἐρυθρὰν καὶ τὸν Ἀράβιον κόλπον κατὰ πόλιν Ἀρσινόην, ἣν ἔνιοι Κλεοπατρίδα καλοῦσι. Idem 17, 1, 26 : πλησίον δὲ τῆς Ἀρσινόης καὶ ἡ τῶν Ἡρώων ἐστὶ πόλις καὶ ἡ Κλεοπατρίς. Idem 16, 4, 23 Ælium Gallum naves fabricasse dicit κατὰ Κλεοπατρίδα τὴν πρὸς τῇ παλαιᾷ διώρυγι τῇ ἀπὸ τοῦ Νείλου. Num reapse Arsinoe et Cleopatris tam vicinæ sibi fuerint ut confundi possent, quæritur. Nescio an Cleopatris steterit ad recessum sinus qui erat prope Heroopolim, unde solvere naves solebant et ubi alterum canalis κλεῖσμα fuisse probabile est, Strabo autem hanc Cleopatridem in Arsinoes regionem transtulerit eodem errore quo Heroopolim huc transposuit. In Tabula Peuting. legitur : *Arsinoe Clisma*, nullo interposito distantiæ numero, adeo ut utrumque nomen ad idem oppidum pertinere videatur, uti jam conjecerat Bochartus in Geogr. Sacra p. 107, ubi Clisma rectius quam Clysma scribi monet, assentientibus Letronnio (in Strabon. versione gallica, tom. 5, p. 381.) et Vivien de S.-Martin (*Le Nord de l'Afrique* p. 245). Ptolemæus quidem inter Arsinoen et Clysma distinguit, at idem distinguit etiam inter On et

Δρέπανον ἄκρον	ξδ' κζ' 𐅵γ''	Drepanum promontorium	64° 27° 50'
Μυὸς ὅρμος	ξδ' ιβ'' κζ' 𐅵	*Philoteræ portus*	64° 5' 27° 50'

Heliopolim, quæ ejusdem urbis nomina esse constat. — Κλύσμα nomen, apud antiquiores scriptores haud obvium, commemoratur a Ptolemæi coætaneo Luciano in Alex. 44, p. 339 ed. Did.: ἀναπλεύσας (sc. ab Alexandria) ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον ἄχρι τοῦ Κλύσματος, πλοίου ἀναγομένου, ἐπείσθη καὶ αὐτὸς εἰς Ἰνδίαν πλεῦσαι. In Itin. l. l. unus codex *Clysmo*, ceteri *Clismo*. Hierocles p. 728 : Κλύσμα κάστρον. Epiphanius Adv. Hær. 2, p. 618 : ὅρμος ἐπὶ τὸ κάστρον τοῦ Κλύσματος. Philostorgius 3, 6 : εἰς δύο τινὰς ἀφορίζεται κόλπους (sc. ἡ Ἐρυθρὰ θάλασσα), καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλίσμα, καθ' ὃ τελευτᾷ, τὸ ἐπώνυμον φέρον. Eadem ap. Nicephorum Callistr. 9, 18. In epistola episcoporum Ægypti ad Leonem imp. in Concilii Chalcedonensis parte tertia inter alios subscripsit *Pœmen episcopus Clismatis*. Dicuil 6, 4, 10 : *pars illius* (*Nili*) *juxta castra Moysis et civitatem quæ vocatur Oliua* (*Clisma* em. Letronnius) *vadit in mare Rubrum*. Geogr. Rav. p. 130 : *Cassion*, *Phagorion* (Φαγρωριόπολις), *Ramnastes* (i. e. *Ramesses*), *Olumna* (*Clusma* ?), *Phagusa* (i. e. *Phacusa*), *Eron*. Gregor. Turons. 1, 1 : *Ab occidente vero stagnum sive brachium de mari Rubro progreditur habens in longo millia circiter quinquaginta, in lato autem decem octo, in cujus capite Clysma civitas ædificata est.* Arabes Clysma vocant *Kolzoum*, et mare propinquum *Bahr el Kolzoum*. Vid. Isztachri *Das Buch de Lænder* p. 18 in versione Mordtmanni (Hamburg 1845), cujus verba ita reddidit Vivien de S.-Martin l. l. p. 244 : « Kolzoum est bâti sur la mer au coude même que decrit la côte. On n'y trouve ni herbe ni arbres ni eau douce ; celle-ci y est apportée des sources éloignées. La ville appartient pour ainsi dire à deux contrées, car c'est tout à la fois le port de la Syrie et de l'Égypte, et les chargements de la Syrie et de l'Égypte sont portés de là au Hedjaz, au Yemen et sur toutes les côtes de cette mer. » His Vivianus subjungit : « Un auteur arabe anonyme cité par M. Quatremère (Mém. géogr. et hist. sur l'Égypte, tom. 1, p. 183), dit en parlant des mêmes lieux : « Au midi d'Adjeroud, à la distance d'une journée, on rencontre la mer Rouge. Sur le rivage occidental de cette mer est un petit port nommé Souiz, près duquel est situé le château de Kolzoum. » Pour la première fois nous voyons paraître ici le nom moderne de Souez, au voisinage immédiat de l'ancien Clisma. Différents voyageurs, Niebuhr le premier, ont en effet constaté que le nom de Kolzoum subsiste encore, attaché à des ruines qui sont contigues à Souez du côté nord-ouest. » || — 1. κζ' 𐅵 γ''] κζ' 𐅵 𐅵 (sic) SΩ, κζ' 𐅵O. κη' 𐅵 γ'' ed. pr. Drepanum pr. hodie *Ras Zaffaranah*, longe porrectum et in tenuem apicem desinens. Meminit ejus ex Iuba Plinius 6, 175 (unde sua habet Solinus p. 229 ed. Mommsen) : *A promontorio Indorum* (*Iudæorum* conj. Vossius ; an *Endorum?* nam haud longe a promontorio austrum versus est *Wadi Ened*, in quo fuerit *Enum* oppidum, cujus Plinius 6, 168 meminit), *quod vocatur Lepte acra, ab aliis Drepanum, proponit* (*Iuba*) *recto cursu præter Exustam ad Malichu insulam XV m. p. esse, inde ad locum quem vocant Sceneos* (*Scæneos* v. l.) *CCXXV*, *inde ad insulam Sadanu* (leg. *insulas Adanu*) *CL m. p.: sic fieri ad apertum mare XVIII LXXV m. p.* (= 15000 stadia). [In his *Exusta* insula, ἡ Κατακεκαυμένη in Peripl. mar. Er. 20 et ap. Ptol. 6, 7 (70° 30' 14° 40) hod. est *Zebeir* insula vulcanica, *Malichu* autem insula, ap. Ptol. Μαλίχου νῆσοι δύο (71° 30' 14° 30') hod. *Harnich* insula cui alia minor adjacet. Hucusque Juba 12000 (24×500) stadia, Ptolemæus recte nonnisi 7200 (24×300) stadia cursu directo computant. Inde ad locum *Sceneos* quæ Iuba perperam numerat 225 m. p. sive 1800 stadia, in Ptolemæi tabula usque ad Ocelin (75° 12°) pertinent, idemque locus indicari mihi videtur apud Plinium, qui in Jubæ codice corrupto μέχρι Σκήνεως legit pro μέχρι Ὀκήλεως. Inde ad Adanu insulas Iuba 150 m. p. s. 1200 stadia habet, totidemque apud Ptolemæum habes ab Oceli ad Adanu insulas (72° 30' 12° 30'; hod., ut videtur, *les six frères* ab Oceli c. 200 stadia distantes), at non meridiem versus, sed versus occasum, ut situm earum suæ sinus Arabici descriptioni accommodaret. In alia abiit Sprenger *Alte Geogr. Arabiens* p. 69, qui *loco Sceneos* insulam aliquam indicari, ejusque mentionem in Ptolemæo, quem mutilum esse opinatur, excidisse censet.] — Drepanum pr. a sinus Arabici recessu qui est ad hod. *Souez*, circiter 1450 stadia abest, quorum loco Ptolemæi tabula nonnisi 1000 exhibet. Similiter quæ sequitur ora ad Berenicen usque, justo brevior est, siquidem stadiis distantias metiaris, sin graduum notas spectaveris, satis recte traditur; nam a Drepano (27° 50') ad Berenicen (23° 50') Ptolemæus 4° (2000 stad.) computat, qui nobis sunt 3° 55' (2350 stad.). || — 2. Μυὸς ὅρμος] sic X ed. pr., Μυόσορμος SΩ, Μύσορμος et Μίσορμος cett. || — ξδ' ιβ''] sic X ed. pr., ξδ' 𐅵 cett. Lib. 8. c. 15 Myoshormus ab Alexandriæ meridiano distat unius horæ parte quarta sive 15'; ex longitudinis gradu ξδ' ιβ'' efficiuntur 14 1/3'. || — κζ' 𐅵] κζ

Φιλωτέρας λιμήν	ξδ' δ'' κς' L'δ''	*Myoshormus*	64° 15' 26° 45'

L' γ'' ed. pr., κζ' δ'' O. || — 1. Φιλωτέρας] Φιλοτέρας ΑΓΝΧΦΩ. *Philotteras* ed. Rom., *Philosteras* ed. Vic. (Dicebatur Φιλωτέρα, Φιλωτερίς, Φιλωτερία. V. St. Byz.) || — κς' L' δ''] κζ' L' ed. pr. Secundum hæc Myoshormus foret hod. *Abou-Char*, Philoteræ vero portus hod. *Abou-Somer* vel *Sami* vel *Sami*. Ut ad verum res traducatur, portuum nomina permutanda sunt, nam Philoteræ portum a Myoshormo boream versus collocant Plinius et Artemidorus, deinde vero Myoshormum in hod. *Abou-Somer* quærendum esse ex Agatharchide liquet. — Plinius 6, 168 post Arsinoes mentionem pergit : *Mox oppidum parvum est Enum; alii pro hoc Philoteria* (aut *Philoteris*; in codd.: *Philiterias*, *Piletrias*, *Pileoterias*, *Piloteria*) *scribunt. Deinde sunt Abasxi* (*Asarxi. Asarri* v. l.) *ex Troglodytarum connubiis Arabes feri, insulæ Sarapine* (deb. *Sapphirine*; Σαπφειρήνη St. Byz. et Ptol.), *Scytala*, *mox deserta usque ad Myoshormum, ubi fons Tatnos* (*Statnos*, *Tadnos*, *Tamos* v. l.), *mons Æas*, *insula Iambe*, *portus multi*(?), *Berenice*. Ex his Enum, uti dixi, fuit in hod. *Wadi Ened*, haud procul a Drepano austrum versus. Philotera non eadem, sed in eodem tractu ab aliis commemorata erat. — Secundum Artemidorum apud Strabonem 17, 4, 5 hic locorum ordo traditur : Heroonpolis, Philotera a Satyro condita, Arsinoe, Aquæ calidæ et amaræ, Myoshormus sive Veneris portus. Hanc Arsinoen a nota illa, de qua supra vidimus, diversam esse censebat Letronnius, haud recte ; nam quæ sequuntur Aquæ calidæ eæ sunt quæ etiamnunc haud longe a nota Arsinoe austrum versus (29° 36' lat.), ab hod. *Souez* c. 35 m. p. distantes, novimus. Neque Philotera alia, sed non suo loco posita a Strabone commemoratur. De situ Myoshormi Agatharchides in excerptis Photii (G. m. 1, p. 167) : πλησίον δὲ τῆς λίμνης εὐμεγέθει πεδίῳ ἐπιβεβηκὸς ὄρος ἀναφαίνεται μιλτῶδες ... ἐφεξῆς δὲ λιμὴν μέγας (τὸν εἴσπλουν ἔχων σκολιόν addit Artemidorus) ἐκδέχεται, ὃς πρότερον μὲν Μυὸς ἐκαλεῖτο ὅρμος, ἔπειτα δὲ Ἀφροδίτης ὠνομάσθη (Diodorus nonnisi Ἀφροδίτης nomen habet). ἐν οἷς καὶ νῆσοι τρεῖς εἰσὶ προκείμεναι ... Τούτοις δ' ἐγγίζει κόλπος (μετὰ δὲ ταῦτα κόλπος ἐστὶν εὐμεγέθης Diodor.), ὃν καλοῦσι Ἀκάθαρτον (Eadem ex Agatharchide narrant Artemidorus ap. Strabonem 16, 4, 16 et Diodorus 3, 39). Mons ille rufus (hod. *Dj. Ahmar*, i. e. rufus) et portus magnus ingressum tortuosum habens et adjacentes tres insulæ hodie sunt ad *Ras Abou-Somer* (26° 52' lat.). Amplam locorum descriptionem dedit De Rozière (in *Descr. de l'Égypte* tom. 6, p. 346. V. Geogr. min. p. 169), quam his terminat verbis : « Tous ces renseignements présentent une concordance si parfaite avec tout ce qu'ont dit de ce port les anciens écrivains, qu'il deviendrait superflu de s'y arrêter plus longtemps. » Quibus assentiuntur Vivien de Saint-Martin l. l. p. 256 et Barth (*Reise von Assuan über Berenice nach Kosser in Zeitschrift f. allgem. Erdkunde*, 1859, p. 27.) — A Myoshormo (*Abou Somer* 26° 52') ad Berenicæ ruinas (23° 55') nobis sunt 2° 57' (1750 stad.); in Ptolemæi tabula si Myoshormus ponitur ubi falso Philotera exhibetur (26° 45'), inter hunc et Berenicen (23° 50') intercederent 2° 55' (1458 stad.). Igitur graduum notatio recte habet, stadiorum vero numerus necessario justo minor est. Sin Myoshormum ponis ubi Ptolemæus posuit (27° 30'), usque ad Berenicen sunt 3° 40' (1833 stad.), adeo ut graduum quidem notatio falsa foret, stadiorum vero numerus ad verum prope accederet. Fortasse igitur hunc stadiorum numerum Ptolemæus acceperat eumque in suam tabulam temere intulit. — Auctor Peripli mar. Erythr. a Berenice ad Myoshormum 1800 stadia computat. Ferri hic numerus potest, si metiendo proficiscaris a diolco Berenices (Diodor. 3, 39) per isthmum promontorii peninsularis perducto; sin a Berenice per sinum Immundum promontorium istud longissime porrectum circumnavigaveris, 400 stadiis cursus augetur, atque 1800 stadia nonnisi ad hod. *Kosseir* (Album portum Ptolemæi) pertinent. Quare nonnulli magnum Myoshormum in portu perexiguo hodierni *Kosseir* quæsiverunt, Sprengerus vero duos Myoshormos, alterum ubi nunc *Kossseir*, alterum ubi *Abouchar*, exstitisse sibi persuasit. Verba Peripli § 1 hæc sunt : τῶν ἀποδεδειγμένων ὅρμων τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης... πρῶτός ἐστι λιμὴν τῆς Αἰγύπτου Μυὸς ὅρμος. Μετὰ δὲ αὐτὸν εἰσπλεόντων ἀπὸ ,αω' σταδίων ἐν δεξιᾷ ἡ Βερνίκη· ἀμφοτέρων οἱ λιμένες ἐν τῷ ἐσχάτῳ (malim τοῖς ἐσχάτοις, alter boream versus, alter meridiem versus) τῆς Αἰγύπτου κόλποι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης κεῖνται. Idem § 19 post Libycæ ora descriptionem in Arabicum litus transiens ita habet : Ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων Βερνίκης ἀπὸ Μυὸς ὅρμου [μὲν τέσσαρσι ἢ πέντε δρόμοις, ἀπὸ δὲ Βερνίκης] δυσὶ δρόμοις ἢ τρισὶν εἰς τὴν ἀνατολὴν διαπλεύσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον ὅρμος ἐστὶν ἕτερος καὶ φρούριον ὃ λέγεται Λευκὴ κώμη (hod. *Haura*, 15° lat.). Sic hunc locum resarciendum esse censeo ; nam bidui vel tridui cursus a Myoshormo ad Leucen comen fuisse nequit, deinde vero mercatorem Berenicensem de trajectu qui a Berenice in Leucencomen esset non monuisse improbabile est. — Sec. Strabonem 16, 4, 24 Ælius Gallus ab Egra vico in Obodæ Nabatæorum regis ditione sito ἐπεραίωσε τὴν στρατιὰν ἑνδεκαταῖος εἰς Μυὸς ὅρμον. Egræ situs incertus ; attamen quum Leucocome (*Haura*, 15° lat.) Nabatæorum locus maxime australis sit al-

Αἴας ὄρος	ξδ' γ''	κς' ϛ''	Æas mons	64° 20'	26° 10'
Λευκὸς λιμήν	ξδ' ∠''	κς'	Albus portus	64° 30'	26°
Ἀκάβη ὄρος	ξδ' ∠''	κε' ∠''δ''	Acabe mons	64° 30'	25° 45'
Νεχεσία	ξδ' ∠''	κε' ∠''	Nechesia	64° 30'	25° 30'
Σμάραγδος ὄρος	ξδ' ∠''γ''	κε'	Smaragdus mons	64° 50'	25°

que Egra mediterranea a Ptolemæo ponatur 70° 30'. 26°, Egram maritimam in hod. *Wagh* s. *Wedge* (26° 15') recte fortassis quærit Sprenger. l. l., ac quoniam hic portus a Myoshormo recto cursu nonnisi 1500 stadiis abest, Ælium Gallum copias non uno omnes trajectu, sed iteratis itineribus transduxisse suspicatur. Nescio an pro ἑνδεκαταῖος Strabo scripserit ἑβδοματαῖος. — Superest ut moneam de Agatharchidis opinione, quam paucis tangit Photius Myoshormo vicinum esse dicens sinum Immundum, cui Berenice apposita erat. Eandem distinctius ex Artemidoro refert Strabo 17, 1, 45: οὐκ ἄπωθεν δὲ τῆς Βερενίκης ἐστὶ Μυὸς ὅρμος, πόλις ἔχουσα τὸ ναύσταθμον τῶν πλοϊζομένων· καὶ τῆς Κοπτοῦ οὐ πολὺ ἀφέστηκεν ἡ καλουμένη Ἀπόλλωνος πόλις, ὥστε καὶ αἱ διορίζουσαι τὸν ἰσθμὸν πόλεις ἑκατέρωθέν εἰσιν. Quæ quam falsa sint, non est quod exponatur. Ceterum Berenicæ vicina erat Veneris insula (*Iambo* ins. ap. Plin., *Iumaul* in Moresbyi tabula, *Wadi Algamal*, i. e. *Schoenheitsthal*, sec. Sprenger.), cui objacens portus bonus (*Sherm Sheikh* ap. Moresby) et ipse Veneris portus dictus fuerit. Atque hunc Veneris portum perperam conflari puto cum Myoshormo, quatenus Myoshormus Berenicæ vicinus et altero nomine Veneris portus dictus esse perhibetur: Cf. Geogr. min. 1, prolegg. p. LXIX. — Myoshormi nomen de conjectura Tzchukkius aliique haud recte intulerunt in Melam 3, 80, ubi de sinu Arabico: *Ab intimo angulo prima Berenice inter Heroopoliticum [et] Strobilum; deinde inter promunturia Mænorenon* (*Myoshormum* scr. Tzsch.: indicatur Μνημεῖον ἄκρον 21° 30' ap. Ptol.) *et Coloba* (Κολοβῶν ἄκρον 13° 40' Ptol.) *[Philoteris et] Ptolemaïs* (16° 25 Ptol.); *ultra Arsinoe* (10° 40') *et alia Berenice* (Βερενίκη ἐπὶ Δείρης Strab., Δείρη πόλις 11° Ptol.). In his verba *Philoteris et* transponenda sunt ante *prima Berenice*, unde ea movit sciolus qui *prima* voce primam totius sinus Arabici urbem indicari, ideoque verba *Philoteris et* hoc loca non ferenda esse putabat. Vox *Strobilum* corrupta est, neque montem nuci pineæ similem, sed, sicut *Heroopoliticum*, sinum indicare debet. Legendum dixeris *Strophelum*, στροφελόν, i. e. tortuosum, aut *Sordidum*, ἀκάθαρτον; at quum *et* quod ante *Strobilum* legi solet, in codice Vaticano, ex quo ceteri codices derivandi sunt, tertia demum manu additum sit, in *Strobilum* latet potius *et Rabidum* atque intelligendus est κόλπος εὐμεγέθης, qui ab Agatharchide Ἀκάθαρτος dictus, ὑφάλοις χοιράσι καὶ ῥαχίαις ἐκτραχύνεται καὶ πνοιαῖς καταιγιζούσαις τὸ πλέον (Strabo 16, 4, 4. Cf. Diodor 3, 39, 3). Quamquam sic Mela quoque parum accurate situm Berenices, quæ ipsi isti sinui apposita erat, definivit. — In Geogr. Rav. p 58 legitur: *Bernilis* (i. e. *Berenice*). *Miosormus. Samotracis. Arsinoe.* [Pro *Samotracis* exspectaveris *Philoteris*. At nomen suadet indicari potius promontorium Myoshormo vicinum, quod in variis tabulis scribitur *Ras Somer*, *Somi*, *Sami*. An igitur *Samotracis* ortum est ex Σάμος ῥαχίς s. ῥηχίς (i. e. ἄκρα teste Hesychio.)?] — De Myoshormo utpote emporio v. Strabo 2, 5, 12: ἱστοροῦμεν ὅτι καὶ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι νῆες πλέοιεν ἐκ Μυὸς ὅρμου πρὸς τὴν Ἰνδικήν. Cf. idem 16, 4, 24. || — 1. Αἴας] Αἴαξ A, *Ajax* edd. Vic. Rom. Ulm. || — ξδ' γ''] ξδ' ϛ'' X, ed. pr. || — κς' ϛ''] sic X, κς' ∠'' δ'' ed. pr., κς' ∠'' cett. Æas mons, cujus etiam Plinius 6, 168 meminit, hod. *Ras Gauas*, ab *Abou Somer* c. 300 stadia distans. || — 2. κς'] κς' ϛ'' ed. pr.; numerus hic ad antec. versum pertinet. Albus portus hod. *Kosseir*, portus perexiguus, ex uno Ptolemæo notus || — 3. Ἀκάβη] Ἀκαβεί X. || — ξδ' ∠'' κε' ∠'' δ''] ξδ' ∠'' γ'' κς' ed. pr. « Le mot *Akabah*, qui signifie *montée*, est très commun dans la nomenclature géographique des Arabes. » Vivien de S.-Martin l. l. p. 317. Mons si recte ponitur 125 stadiis ab Albo portu, hodie est *Dj. Abou Tiour.* || — 4. κε' ∠''] κε' ∠'' δ'' ed. pr. Numerus ex versu antec. huc translatus. Nechesia, aliunde non nota, quærenda videtur in hod. *Wadi Neza*, cui adjacet *Mersa Zebarah*. Ab Albo portu c. 600 stadiis abest, quorum loco Ptolemæi tabula nonnisi 250 st. exhibet. || — 5. Σμάραγδος] Σμάραγδον A. || — ξδ' ∠'' γ'' κε'] ξδ' ∠'' δ'' κε' ϛ'' ed. pr. Hodie *Djebel Zabarah*, i. e. montagne des émeraudes, c. 24° 40' e regione Veneris insulæ. Cf. Vivien de S.-Martin l. l. p. 316 et qui ibi laudantur. — Aliæ Smaragdi fodinæ in Petermanni tabula indicantur 25° 42' ad *Djebel Zumurtud* (*Dj. Sumrud* in Niebuhrii tabula 25° 54'), cui vicinus est *Dj. el Tiour*, in ea regione ubi Ptolemæus ponit Acabam montem. Hæ sunt Smaragdi fodinæ quæ in Iacuti lexico geographico 2, 417 (citante Sprenger p. 19) a Copto abesse dicuntur sex dierum itinere (distantia directa in tabulis c. 700 stadiorum.) Easdem indicasse videtur Plinius 37, 69: *Ab his Æthiopici* (*smaragdi*) *laudantur a Copto dierum trium itinere, ut auctor est Iuba*, siquidem recte ita legitur; nam in vetustis-

Λεπτὴ ἄκρα	ξδ' γο''	κδ' γο''
Βερενίκη	ξδ' ιβ''	κγ' ∠''γ''
Πενταδάκτυλον ὄρος	ξδ' ∠''δ''	κγ' ∠''
Βάζιον ἄκρον	ξε'	κγ'

9. Ἀπὸ δὲ μεσημβρίας περιορίζεται τῇ ἐντεῦθεν γραμμῇ μέχρι τοῦ εἰρημένου πρὸς τῇ ἐντὸς Λιβύῃ πέρατος, ᾗ γραμμῇ παράκειται ἡ μετὰ τὴν Αἴγυπτον Αἰθιοπία.

10. Ὄρη δὲ ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ κατονομάζεται

τά τε Βάσκισα, ὧν τὸ μέσον	νβ' γ''	λ'
καὶ τὰ Ἀνάγομβρα ὄρη	νδ'	κζ' ∠''
καὶ ὁ Ἄσυφος ὄρος	νε'	λ' ∠''

Lepte acra	64° 40'	[23°] 40'
Berenice	64° 5'	23° 50'
Pentadactylus mons	64° 45'	23° 30'
Bazium promontorium	65°	23°

9. A meridie finitur linea, quæ inde ducitur usque ad indicatum in confinio Libyæ Interioris terminum, cui lineæ adiacet Æthiopia ultra Ægyptum sita.

10. Montes in ea provincia recensentur

et Bascisi, quorum medium est	52° 20'	30'
et Anagombri montes	54°	27° 30'
et Asyphus mons	55°	30° 30'

simo codice Bambergensi exstat : *a Copto dierum itinere, ut auctor est Iuba, XXI*. Cf. Strabo 17, 1, 45 : ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ καὶ τὰ τῆς σμαράγδου μέταλλά ἐστιν. ‖ — 1. Lepte acra (hod. *Ras Benas* vel *Ras el Auf*. i. e. nasus), apex tenuis chersonesi longe ortum versus porrectæ, quæ a borea claudit sinum Immundum. Diodorus 3, 39 (ex Agatharchide) : Μετὰ δὲ ταῦτα κόλπος ἐστὶν εὐμεγέθης ὁ καλούμενος Ἀκάθαρτος, καὶ πρὸς αὐτῷ βαθεῖα καθ' ὑπερβολὴν χερρόνησος, ἧς κατὰ τὸν αὐχένα στενὸν ὄντα διακομίζουσι τὰ σκάφη πρὸς τὴν ἀντιπέραν θάλατταν. Quodsi Berenicen cum Ptolemæo posueris 64° 5' 23° 50', Lepte acra ponenda erat 64° 35' 23° 45', quorum loco codices præbent 64° 40'. 24° 40'. Ineptum latitudinis gradum non a Ptolemæo profectum, sed sciolo vindicandum esse crediderim, qui ex ordine enarrationis a borea austrum versus proficiscente collegit Lepten acram, utpote ante Berenicen commemoratam, a Berenice boream versus ponendam esse, ideoque pro 23° 40' scripsit 24° 40'. Aliam Lepten acram, quam Ptolemæus Drepanum vocat, vidimus supra p. 686, 1 not. ‖ — 2. ξδ' ιβ''] 64 1/6 pd Rom. ‖ — κγ' ∠'' γ''] κδ' γ'' ed. pr. De Berenice in Syenes parallelo (23° 50' Ptol.) posita v. Strabo 2, 4, 36. Plinius 2, 183. Berger *Fragm. Eratosth.* p. 128. Sita urbs 23° 55'. De ruinis v. qui citantur in Geogr. min. 1, p. 257 et Barth in *Zeitschrift für allgem. Erdkunde, Berlin* vol. 7, p. 14. 1859. Distantia quæ est inter Berenicen et Syenen ap. Ptol. justo minor. Ora maritima sinus Arabici ad Berenicen usque recte quidem Nilo fluvio fere parallela exhibetur, sed eodem modo quo Nili cursus haud recte delineatur. ‖ — 3. ὄρος] ἄκρον Σ. ‖ — κγ' ∠''] κγ' ∠'' γ'' ed. pr. Pentadactylos mons commemoratur a Plinio 6, 169. Indicantur quinque montium vertices, quos Moresbyana tabula habet 23° 18'. Vid. tabula VII in Geogr. min. ‖ — 4. Βάζιον] Βάτιον ΦΨ Arg., *Batium* edd. Rom. Ulm. Indicari videtur promontorium peninsulare quod imminet portui *Mersa Chab* dicto. Aliunde non notum. ‖ — 5. ἀπὸ δὲ μεσ.] εἶτα ἡ ὑπὸ Αἴγυπτον Αἰθιοπία. ἀπὸ μεσημβρίας περιορίζεται etc., ed. pr. ‖ 7. ᾗ γραμμῇ] ἡ γραμμὴ AL. ‖ — 8. μετὰ] « rectius fort. scribes ὑπό. » Wilberg. ‖ — 11. Βάσκισα] Βασίκισα ed. pr.; *Bascisaorum*, Βασκισαῶν, edd. Arg. Rom. Ulm.; ὄρη add. S. Inter populos hujus regionis nominantur § 12 Βασσακῖται, inter oppida vero § 13 Μασουχίς. ‖ — ὧν τὸ μέσον] om. SΩ; τὸ om. X. ‖ — νβ' γ''] νε' γ'' X. ‖ — 12. Ἀνάγομβρα] Ἀνάγαμβρα X. Montes hi ex mente auctoris ortum versus in Libyam pertinuisse videntur, siquidem § 12 in Libya ab Ammonio (55° 30' 28°) austrum versus Ἀνάγομβροι habitasse dicuntur. Nescio an Ἀνάγομβρα ortum sit ex Ἀγάνομβρα (Cf. ἀγάννιφον Ὄλυμπον in Iliad. 1, 420). Quod quidem nomen, quum in ἄνομβρον hanc Libyæ regionem (v. Herodot. 4, 185) minime cadat, referendum foret ad montes Cyrenaicæ, quos pluviis irrigari constat (Herodotus 4, 198 : ὕεται γὰρ δὴ ταῦτα τῆς Λιβύης), Ptolemæus vero una cum Auschitis et Bacatis (deb.: Bacalis), qui in eodem tractu commemorantur, e regione Cyrenaica austrum ortumque versus transposuit. Similiter silphioferam regionem et Bæcolicos montes in australes plagas perperam transferri supra vidimus. ‖ — 13. ὁ Ἄσυφος] τὸ Ἄσυφος ed. pr.; Ἄσυφον A; *Asiphus* ed. Lugd. ‖ — νε'] 57 ed. Vic. ‖ — λ' ∠''] 29 1/2 ed. Vic. Asyphus mons haud longe a Nemesio (55° 30' 30° 50') occasum versus ponitur, in Itinerario vero p. 69 a Nemesio occasum versus est *Ausuphal* statio, ad quam Asyphum montem fuisse probabiliter statueris. Ceterum Nemesium sec. Itin. erat 25 m. p. a Catabathmo Magno occasum versus, in Ptolemæi vero tabula gradu integro a Catabathmo ortum versus poni-

καὶ ἡ Ἀσπὶς ὄρος νζ' L'' λ' γο''
καὶ τὸ Ὄγδαμον ὄρος νη' κθ' L''
καὶ τὸ Θινῶδες ὄρος νη' L'' κϛ' γο''
καὶ τὸ Ἄζαρ ὄρος, οὗ τὰ πέρατα ἐπέχει μοίρας να' L'' κγ' L'' καὶ νγ' κγ' L''
καὶ τὰ Λιβυκὰ ἀπὸ δυσμῶν τοῦ Νείλου ποταμοῦ ὄρη, ὧν τὰ πέρατα ἐπέχει μοίρας
ξα' κθ' καὶ ξ' ϛ'' κγ' L''

11. Λίμναι δέ εἰσιν αἵδε·
ἡ Κλέαρτος λίμνη νβ' κϛ' γ''

et Aspis mons 57° 30' 30° 40'
et Ogdamus mons 58° 29° 30'
et Thinodes mons 58° 30' 26° 40'
et Azar mons, cuius partes extremæ sunt 51° 30' 23° 30' et 53° 23° 30'
et Libyci ad occasum a Nilo fluvio montes, quorum extremæ partes sitæ sunt
61° 29° et 60° 10' 23° 30'

11. Lacus vero sunt hi :
Cleartus lacus 52° 26° 20'

---

tur perperam. ‖ — 1. ἡ Ἀσπίς] ἡ om. AO. ‖ — νζ' ϛ''] sic XX, νζ' L'' cett. ‖ — λ' γο''] λ' γ'' ed. pr., 30 1/2 ed. Rom. Mons, 2 2/3 gradibus sive 1167 stadiis a Catabathmo Magno ortum versus, et 50' sive 333 stadiis a Catabathmo Parvo occasum versus collocatus, fuisse debet circa Apin oræ maritimæ, a qua in Ptolemæi tabula gradu dimidio distat, quoniam Apis in oræ maritimæ descriptione haud recte ponitur. Quemadmodum vero Ἆπις oppidi nomen in nonnullis codicibus prave scribitur Ἀσπίς, sic fortasse hoc loco pro Ἀσπίς scribendum est Ἆπις, adeo ut montis oppidique nomina similiter componenda sint atque Ἄσυφος mons et *Ausufal* statio. Ne Aspidem montem retuleris in viciniam Leucaspidis oræ maritimæ (59° long.), graduum notatio impedire videtur. ‖ — 2. Ὄγδαμον] Ὄγλαμον ed. pr. ‖ — νη' κθ' L''] 57 1/2 29 2/3 ed. Vic., in qua vs. 2 et 3 inverso ordine exhibentur. Populi nomen § 12 Ὀγδαῖμοι scribitur. Ubi fuerit mons, incertum. Si forte recte ponitur 666 stadiis a Catabathmo minore, referri potest ad hod. *Dj. Gatar* aut *Dj. Abou-Partour*, qui montes sunt ad viam qua ab Ammonio (*Sivah*) in Delta Ægypti iter est. ‖ — 3. Θινῶδες] Θινῶδος ed. pr.; ἢ ἀμμῶδες add. A. ‖ — λη' L''] λζ' L'' ed. pr. ‖ — κϛ' γο''] κϛ' γ'' X ed. pr. Mons a Solis fonte austrum versus positus fortassis est rupes memorabilis, cujus meminit Mela 1, 39 : *Inde ad Catabathmum Cyrenaica provincia est in eaque sunt Hammonis oraculum fidei inclutæ et fons quem Solis appellant, et rupes quædam Austro sacra. Hæc cum hominum manu attingitur, ille immodicus exurgit harenasque quasi maria agens sic sævit ut fluctibus.* Sin minus, pars fuerit τῆς ὀφρύης, de qua Herodotus 4, 181 : ὑπὲρ δὲ τῆς θηριώδεος (Λιβύης) ὀφρύη ψάμμου κατήκει παρατείνουσα ἀπὸ Θηβέων τῶν Αἰγυπτιέων ἐπὶ Ἡρακλέας στήλας. — 4. Ἄζαρ] Accolæ infra vocantur Αἴζαροι (l. Ἀζαροι? Cf. Ἀζαρις, Ἄζιρις 51° 40' long. oræ marit. ‖ — ἐπέχει μοίρ.] om. codd. plurimi. ‖ — 5. να' L''] νδ' L'' X ed. pr.; καὶ (μοίρας add. ed. pr.) νγ' κγ' L'' om. PRVW; καὶ om. SΩ. Mons in Augilarum meridiano collocatus quæri possit circa hod. *Tayzerbe* oasin (39° 10' 27° in Petermanni *Karte von Inner-Africa*. fol. 1). Attamen montium tractus in hac regione parum adhuc explorata non notatur. Intellegi malim montes longe patentes qui vocantur *Haroudsch el Assuat* (i. e. *Haroudsch niger*; *Mons ater* ap. Plin. 5, 35). Montibus his adjacet *Wadi Zayra* et *Wadi Zgar* (33° 40' 28° 40' sec. Petermann.). « Les Zair, grande division de la race de Lewata (Ibn. Khaldoun tom. 1, p. 171, 232) se retrouvent dans les Æzari. Le mont Æzar que Ptolémée a mis au sud d'Augila, ne peut être que la chaîne des hauteurs noires et rocheuses décrites par Hornemann sous le nom de Haroudj, entre Audjelah et Zaouilah. Le nom d'Azar, appliqué à une chaîne de montagnes se retrouve à l'extrémité occidentale du continent et le mot entre en composition dans plusieurs noms particuliers du massif de l'Atlas; sans aucun doute, il y faut reconnaître une modification adoucie du berber *adrér*, montagne. » VIVIEN DE S.-M. p. 463 ‖ — 10. Κλέαρτος] Κέαρτος BEL, *Ceartus* ed. Vic., *Cleartis* ed. Ulm. ‖ — κϛ' γ''] κϛ' L'' ed. pr., 26 2/3 ed. Vic. De eodem lacu cf. Orosius p. 57 in Geogr. lat. min. p. 47 ed. Riese, ubi de Africa : *Unde* (a Parætonio) *per loca quæ accolæ Catabathmon vocant, haud procul a Castris Alexandri Magni* (55° 30' 28° 10' Ptol.) *et super lacum Chalcarzum* (*Galcarzum*, *Galcarzu*, *Galcarum* var. lect. in Anon. Cosmogr. p. 91 ed. Riese), *deinde juxta superiorum fines Avasitarum missa in transversum per Æthiopica deserta meridianum contingit oceanum.* In Ptolemæi tabula a Castris Alexandri meridiem versus notantur οἱ Λάκκοι lacus (55° 30' 26° 40'), a quibus Cleartus lacus 3 1/2 gradibus occasum versus collocatur, ab Augilis austrum et occasum versus c. 850 stadia distans. Fortasse intelligendus est lacus qui in Petermanni tabula notatur 37° 40' 28° 30', ab Augilis circa 1000 stadia versus occasum hibernum, ad *Zaltha* stationem in *Sultin* planitie vasta herbisque virente. Ceterum cogitari etiam possit

καὶ οἱ Λάκκοι λίμνη	νε' ∠''	κϛ' γο''	et Lacci lacus	55° 30'	26° 40'
καὶ ἡ Λυκομήδους λίμνη	νζ'	κδ'	et Lycomedis lacus	57°	24°
καὶ ἡ τοῦ Ἡλίου κρήνη	νη' δ''	κη'	et Solis fons	58° 15'	28°
καὶ ἡ Μάρεια λίμνη	ξ' δ''	λ' ∠''γ''	et Marea palus	60° 15'	30° 50'
καὶ ἡ Μοίριδος λίμνη	ξ' γ''	κθ'' γ''	et Mœridis palus	60° 20'	29° 20'

de bituminis lacu qui est ad *Arbat* locum in *Kufarah* oasi (39° 10' 26°), ab Augilis c. 1900 stadia austrum versus dissitus. ‖ — 1. οἱ Λάκκοι] ἡ Λ. APV; λίμνη om. ed. pr. In loco *Lueschkah* (42° 40' 29° 50') Petermanniana tabula complures lacus exhibet, ab Ammonio (43° 40' 29° 10') circiter 650 stadia distantes versus occasum æstivum. Totidem stadia ap. Ptol. habes ab Ammonio, sed austrum versus. Λάκκοι nomen fortasse non est proprium sed appellativum. ‖ — 2. λίμνη] om. ed. pr. Plinius 4, 27: *Excipiunt saltus repleti ferarum multitudine et introrsus elephantorum solitudines, mox deserta vasta ultraque Garamantes ab Augilis dierum XII itinere distantes. Super illos fuere gens Psylli, super quos lacus Lycomedis desertis circumdatus.* Geogr. Rav. p. 6: *Quinta ut hora diei Æthiopia Garamantium rejacet, in qua patria non longe ab Oceano fluvius qui dicitur Ger dilatissimus currit; in qua patria sunt montes qui Naubaboni appellantur; in qua Æthiopia est lacus qui dicitur Licumedis simulque lacus qui dicitur Augitta.* Idem p. 136: *In qua patria Garamantium sunt montes qui Nauvavon appellantur. In qua patria sunt lacus, unus qui dicitur Licum* (sic) *et alter Augita* (an *Auschita?* In Auschitarum fere regione Ptolemæus Cleartum lacum ponit). In Garamantum regione Ptolemæus Chelonides paludes haud longe a Lynxama oppido habet, unde longe distat regio cui Lycomedis lacum assignat. Quid de his statuendum sit nescio. ‖ — 3. νη' δ''] 57 1/4 ed. Vic. ‖ — κη'] κη' γ'' X ed. pr. Solis fons qui parvulum lacum efficit, c. 5 stadia ab Ammonis templo austrum ortumque versus distat, ut viatorum testimoniis constat. In Ptolemæi tabula in Ammonii latitudine, sed longissime ab eo ortum versus ponitur. Ne putemus pro νη' δ'' legendum esse νε' δ'' ordo enarrationis ab occasu ortum versus progredientis impedire videtur. Herodotus 4, 181: τυγχάνει δὲ καὶ ἄλλο (καλὸν?) σφι (sc. τοῖς Ἀμμωνίοις) ὕδωρ κρηναῖον ἐὸν, τὸ τὸν μὲν ὄρθρον γίνεται χλιαρὸν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης ψυχρότερον etc... Ἐπίκλησιν δὲ αὕτη ἡ κρήνη καλέεται Ἡλίου. Cf. Mela 1, 39. Plinius 5, 31. Diodor. 17, 50, 4. Arrian. Exp. Alex. 3, 4, 2. Curtius 4, 7. Lucretius 6, 848. Ovid. Met. 15, 308. Silius It. 3, 669. Vibius Seq. p. 24 (*Hammonis lacus*). Aristoteles ap. Antigon. Mir. 144 (cf. Sotion Mir. 19) præter hunc fontem ibidem alterum esse dicit qui καταβαίνοντος μὲν ἡλίου πηγνύει, ἐπὶ δυσμὰς δ' ἰόντος ἵσταται. Alium Solis fontem commemorare videtur Plinius 2, 228: *Jovis Ammonis stagnum interdiu frigidum noctu fervet. In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis et circa meridiem maxume frigidus, mox paullatim tepescens ad noctis media fervore et amaritudine infestatur.* In his nescio an Ammonii fons Solis et ἡ πικρὰ καλουμένη λίμνη, quæ ab Ammoniorum oppidis 100 stadia boream versus distabat (Diodor. 17, 49, 7), male confluentur. ‖ — 5. Μοίριδος] Μοιρίδος LSZΦΨ Arg., ἡ Ἰμοιρίδος A. ‖ — ξ' γ''] ξγ' ed. pr. Lacus inter Alexandriæ (60° 30') et Oasis minoris meridianos ponitur perperam; nam ab Oasi 1 1/2 gradu distat versus occasum. Similem tabulam vitiosam ob oculos habuisse videtur Strabo, qui 17, 1, 14 Oasin minorem esse dicit κατὰ τὴν Μοίριδος λίμνην. Herodotus 2, 149 ambitum lacus atque longitudinem oræ a Plinthinete sinu ad Sirbonidem lacum esse dicit 60 schœnorum sive 3600 stadiorum. At computandos fuisse 60 schœnos stadiorum 30 recte viri docti monuerunt. Itaque circuitus lacus foret stadiorum 1800 sive 225 m. p., quorum loco 240 m. p. exhibet Plinius 5, 50, Mela vero 1, 55 m. p. CCXX (nam sic legendum pro XX). Herodotea ista stadia 3600 repetiverunt Diodorus 1, 51 et Mutianus ap. Plin. § 50. Strabo 17, 1, 35 λίμνην πελαγίαν τῷ μεγέθει esse dicit. Ptolemæus quum § 15 duo oppida (Βάκχιν 60° 30' 29° 40' et Διονυσιάδα 60° 30' 29°), quorum alterum ab altero 333 stadia distat, περὶ Μοίριδος λίμνην sita esse prodat, permagnum et ipse lacum statuisse videtur, cujus medium indicatur positione 60° 20' 29° 20'. Cum his antiquitatis testimoniis conciliari nequeunt quæ an. 1842 de Mœridis magnitudine et conformatione protulit Linant de Belfonds. Probarunt ea Lepsius (*Briefe aus Ægypten* p. 70) aliique, rectius improbavit Lauth (*Ausland* 1875 p. 180), funditus vero evertit Fridericus Cope Whitehouse (in *Revue archéologique. Nouvelle série* 1882, p. 335-347 et in *Proceedings of the society of Biblical archæology*, 1883, vol. 16, p. 169-176), qui accuratissimam horum locorum explorationem et dimensurationem instituit. Ex hujus igitur viri doctissimi sententia Mœris lacus occidentali sua parte præter hodiernum *Birket el Qerun* etiam quæ hinc meridiem versus sunt soli depressiones, *Wadi Moich* et *Wadi Reiam*, usque fere ad 28° 50' lat.

καὶ ἡ Σιρβωνὶς λίμνη ξδ' δ'' λα'

12. Κατέχουσι δὲ τὰ βορειότερα τοῦ τῆς Μαρμαρικῆς νομοῦ Λιβυάρχαι καὶ Ἀνειρῖται καὶ Βασσαχῖται, ὑφ' οὓς Ἀποτομῖται· εἶτα ἔτι τούτων νοτιώτεροι Αὐγίλαι, [ὧν θέσις νβ' L'' κη']
μεθ' οὓς Νασαμῶνες καὶ Βακάται· εἶτα Αὐσχῖται καὶ Ταπανῖται, μεθ' οὓς Σέν-

et Sirbonis palus 64° 15' 31°

43. Sebennytes inferior.	Ptol	Plin.	Strab.	Numi.	Her.	Pachamunis.	
44. Sebennytes superior.	Ptol.			Numi.		Sebennytus.	
45. Sethroites.	Ptol.	Plin.	Strab.	Numi.		Sethroe, Heracleop. parva.	
46. Tanites.	Ptol.		Strab.	Numi.	Her.	Tanis.	
47. Thebæus.					Her.		
48. Thmuites.					Her.	Thmuis.	I. q. Mendesius.
49. Xoites.	Ptol.	Plin.		Numi.		Xois.	Xois in Sebennytc nomo sec. Strabonem.

Ἀνδροπλίτης νομὸς καὶ μητρόπολις			Andropolites nomus et metropolis			
Ἀνδρῶν πόλις	ξα' γ''	λ' γ''	Andròn oppidum	61° 20'	30° 20'	
Λητοπολίτης νομὸς καὶ μητρόπολις			Letopolites nomus et metropolis			
Λητοῦς πόλις μεσόγειος	ξα' L''	λ' ιβ''	Latonæ urbs mediter.	61° 30'	30° 5'	

16 m. p. a Buto occasum versus collocatur in Tabula Peutingeriana. Ptolemæus Butum 16 m. p. ab Hermupoli parva falso collocans duas Hermupoles confundit. Tertia Hermupolis ap. Strabonem 17, 1, 19 : ἐν τῇ μεσογείῳ ὑπὲρ τοῦ Σεβεννυτικοῦ καὶ Φατνιτικοῦ στόματος Ξόϊς ... ἔστι δὲ καὶ Ἑρμοῦ πόλις καὶ Λυκόπολις καὶ Μένδης. Stephanus Byz. hæc præbet : Ἑρμούπολις, Αἰγύπτου πόλις. Ἡρωδιανὸς δύο εἶναι λέγει, καὶ μεγάλην καὶ μικράν· καὶ γ' κατ' Αἴγυπτον (deb. κατὰ Βοῦτον), καὶ δ' κατὰ Θμοῦιν (Θμοῦνιν et Ῥυμοῦιν codd.; em. edd.), καὶ ε' ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ϛ' ἐν Κῷ τῇ νήσῳ, καὶ ζ' ἐν Ἀρκαδίᾳ. Ex his tertia est Buto vicina, quarta vero ea quæ una cum Mendele, in cujus nomo Thmuis opp. erat, a Strabone commemoratur. Sequentes a modo dictis perperam distingui censeo. Quinta est Hermupolis parva quam ἐπὶ τῷ ποταμῷ sitam esse Strabo dicit. Sexta est Hermupolis magna in insula in qua etiam Cos opp. (v. § 29). Septima item est Hermupolis magna Heptanomidis regionis, quæ postea Arcadia vocabatur. || — 1. Ἀνδροπολίτης]...ίτις Φ, Ἀνδρόπολις Ψ, *Andropolis nomus* edd. Vic. Rom. Ulm., Ἀνδρουπολίτης PRV.; νομός om. XΨ. Ante versum 2 in BEZ denuo legitur Ἑρμούπολις μικρὰ ξα' λ' ϛ'' γ'' (sic). || — 2. Ἀνδρῶν πόλις] Ἄνδρων π. ed. pr., Ἀνδρόπολις X. || — ξα' γ'] ξα' ϛ' ed. pr., ξα' L'' PRVW. || — λ' γ''] λ' PVW. Cf. Hierocles p. 724 : Ἀνδρῶν; Athanasius ep. ad Antioch. p. 776 : Ζώϊλος ἐπίσκοπος Ἀνδρῶ. Notit. Dign. p. 69 : *Legio tertia Diocletiana Thebaidos, Andro.* In Itin. *Andro* (*Androco* v. l.); in Rav. p. 130, 18 *Androca*.

Itin. p. 155.		Itin. p. 154.	
Hermupoli.		Hermupoli.	
		Nithine.	20
Andro.	21 (l. 31)	Andro.	12
Niciu.	31	Taba.	12
Letus.	29	Cyno	30
Memphi.	20	Thmuis.	25
	101 (111)	Tanis.	22
		Heracleo.	22
		Pelusio.	22
			165

Codex Escor. p. 154 juxta Nithinen pro XX habet XXIIII m. p., qui numerus ortus fuerit ex XVIIII, adeo ut Andro ab Hermopoli absit 31 m. p., sicuti in Itin. p. 155 pro 21 scribendum est. Reapse enim a *Damanhour* ad Memphidis ruinas sunt c. 111 m. p. Secundum hæc Andropolis quærenda est in regione ubi nunc est *Neguele* ad lævam fluvii ripam, circa 9 millia anglica a *Tel el Baroud* austrum versus. In eadem regione c. 9 millia a *Tel el Baroud* prope viam ferratam ab Alexandria ad hod. *Kairo* ductam, nuperrime (an. 1884) Petrieus fodiendo detexit rudera oppidi insignis, quod equidem hucusque non novi nisi ex diariis (*Hanov. Courier* 10 Ian. 1884). Ruinas illas Petrieus Naucrati vindicat, quam non ad ipsum Nilum fluvium, ut veteres tradunt, sed ad canalem e Nilo in Mareoten paludem ductum positam fuisse opinatur. Ego Itinerariis obtemperans Andropolim ibi stetisse puto; nam Naucratis 43 m. p. a Niciu distans (Tab. Peut.) magis boream versus quærenda est. Cf. not. ad 707, 2. — D'Anvillius cum eoque Mannertus aliique Andropolin cum hod. *Chabour* (26. m. p. a *Damanhour*) componunt. Ab Andropoli non diversa aut ei vicina fuisse videtur Gynæcopolis, cujus oppidi et nomi cognominis in eadem regione antiquiores scriptores, Aristagoras et Artemidorus ap. St. Byz. s. v. et Strabo et Plinius meminerunt. Novissima ejus nomi mentio in numis Hadriani, in quibus legitur ΓΥΝΑΙΚ(οπολίτης). V. Jacques de Rougé, *Monnaies des nomes de l'Égypte* in *Revue numismatique. Nouvelle série. tom. XV*, 1874, p. 66. || — In nomorum catalogo, qui in hod. *Edfou* exstat, nomus tertius *Ament* (i. e. regionis occidentalis) dictus comprehendere videtur Libycum, Mareoten, Gynæcopoliten et Momemphitem. — Ceterum Gynæcopolim Phœnicum coloniam fuisse et eandem esse quam Stephanus Byz. Φοινίκων πόλιν dicit, opinatur Moversius *Phœniz.* 2, p. 109. || — 3. Λητοπολίτης] Λητουπολίτης ed. pr., Λητοπολιτι (sic) Arg., Ἀντοπολίτης S. — νόμος X h. l. et in sqq. || — 4. πόλις μ.] πόλεις μεσόγειοι BE, *oppida mediterranea* ed. Rom. || — λ' ιβ''] λ' L'' ed. pr. Cf. Plinius 5, 49 : *Latopolites* (*Letop.* v. l.), Strabo 17, 1, 30, qui hujus nomi fuisse dicit Κερκέσουραν πόλιν (Κερκάσωρον, καθ' ἣν σχίζεται ὁ Νεῖλος, Herod. 2, 15). Ditionem ejus usque ad Memphidis viciniam pertinuisse testatur etiam titulus paullo post an. 56 p. C. scriptus (C. Inscr. 3, n. 4699) in quo : ἔδοξε τοῖς ἀπὸ κώμης Βουσείρεως (h. *Abousir*) τοῦ Λητο(πολεί)του παροικοῦσι ταῖς πυραμίσι (Cf. Plin.

19. Μεταξὺ δὲ τοῦ Μεγάλου ποταμοῦ καὶ τοῦ Τάλυ ποταμοῦ [ἀπ' ἀνατολῶν τοῦ Μεγάλου ποταμοῦ]

Μετηλίτης νομὸς καὶ μητρόπολις
Μέτηλις ξα' λα'

20. Μεταξὺ δὲ τοῦ Μεγάλου ποταμοῦ καὶ τοῦ Θερμουθιακοῦ ποταμοῦ πόλεις αἵδε·

19. Inter Magnum autem fluvium atque Taly fluvium [a Magno fluvio ortum versus]

Metelites nomus et metropolis
Metelis 61° 31°

20. Inter Magnum fluvium et Ther*enu*thiacum fluvium oppida sunt hæc :

36, 76). Steph. Byz.: Λητοῦς πόλις Αἰγύπτου· ἔστι δὲ μοῖρα Μέμφιδος. Hierocles p. 730 corrupte Λιττοῦς (inter urbes Arcadiæ). Itin. p. 135 : *Letus* 20 m. p. a Memphi ; Geogr. Rav. p. 122, 2 : *Letipolis*. In Meletii Breviario Ἰσαὰκ ἐκ Λητοῦς nominatur, monente Wesselingio. In monumentis nomus vocatur *Aâu*, ejusque metropolis *Sechem* vel, addito articulo, *Psechem*. Eadem intelligenda esse videtur ap. Steph. Byz.: Ψώχεμμις, πολίχνιον Αἰγύπτου. Ἀρτεμίδωρος ἐν γ' Γεωγραφουμένων· « καὶ Περίχερμις ἐκ δεξιῶν μερῶν καὶ Θαλαβαύδη καὶ Ψώχεμμις. V. Brugsch *Geogr. Æg.* p. 243. Hodie *Ausim*. || — 1. δὲ] om. ΦΨ. || — 2. Τάλυ] Ταλύου A. Cf. p. 701, 5, ubi varia lectio Τάλυς, *Talis*, Τάλας, Τάλος. De genuina nominis forma non liquet. Quemadmodum Terenuthiacus, Athribiticus, Busiriticus, Bubasticus fluvii ab oppidis vocantur, sic hic quoque ab oppido Meteli vicino dictus fuerit. || — ἀπ' ἀνατολῶν] sic ADFLMOΔΞ⊐, ἀπὸ δύσεως cett. et ed. pr., nisi quod in SΩ verba ἀπ' ἀν. τοῦ μεγ. ποταμοῦ, quæ uncis inclusi, omittuntur. In ΦΨ legitur : μεταξὺ τοῦ Μεγάλου ποταμοῦ καὶ (καὶ om. Ψ] ἀπὸ δύσεως τοῦ Μεγάλου ποταμοῦ, et similiter in edd. Vic. Rom. Ulm. Arg.: *Intra* (*Inter* ed. Rom.) *autem Magnum fluvium ab occasu ejusdem Magni fluvii Metelites nomus*. Inepta hæc fortasse orta sunt ex : ἀπὸ δύσεως τοῦ Τάλυ ποταμοῦ. Quamquam et hoc et ἀπ' ἀνατολῶν τοῦ Μ. π. sponte intelligitur. Aut igitur ejicienda sunt verba utpote supervacanea, aut legendum est ἀπ' ἀνατολῶν πρὸς τῷ Μεγάλῳ ποταμῷ, sicuti legitur pag. 707, 3. || — 5. Μέτηλις] Μετηλίς FMNSΔΦΨ Arg. Steph. Byz.: Μέτηλις (Μέτιλις codd.), πόλις Αἰγύπτου πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἡ νῦν Βῆχις λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν Μετηλίτης νομός. Ælianus N. An. 11, 17 : ἐν Μετήλει τῆς Αἰγύπτου δράκων ἐστὶ ἱερὸς ἐν πύργῳ etc.; Rav. p. 123, 15 : *Metelis*. Hierocles p. 724, ubi codex corrupte Μέλετης. In Ephesino Concilio p. 531 Macarius Μετηλιτῶν episcopus. In numis ΜΕΤΗΛΙ(της). De situ oppidi non constat. D'Anvillius, Brugschius, alii Metelin quærunt in hod. *Fouah*, quod ad orientalem ripam fluvii Bolbitino ostio exeuntis positum est, dum Metelis inter hunc fluvium et Magnum fluvium a Ptolemæo collocatur. Niebuhrius ad Metelim retulit rudera quæ ab hod. *Rosette* austrum versus sunt ad vicum *Abou-Mandour*. Brugschius ad Meteliten nomum refert ægyptiaci laterculi nomum septimum, cujus nomen truncatum .... *ament* (i. e. .... *de l'occident*) « chef-lieu Sonti nofir (*Fouah*); autre chef-lieu *Debi* ou *Deb-âd-hu*, i. e. *Deb de Natho*, auj. *Adfâh* », quod veterem Naucratim esse vix recte censet vir doctissimus || — 7. Θερμουθιακοῦ] sic X ed. pr., Θερμουθικοῦ ⊐, Φαρμουθιακοῦ ΦΨ, edd. Vic., Ulm. Φερμουθιακοῦ cett. Cf. not. p. 700, 17. || — P. 706, 1. Φθενέτου] sic PV, Φθενετυ X, Φθενότης ed. pr., Φθενότου cett., *Phthenuti* ed. Ulm., *Ptenoti* ed. Vic.; *Ptenethum* (*Penethum* v. l.) *nomum* Plinius 4, 49. ΦΘΕΝΕΟΥ in numis Hadriani (v. De Rougé l. l. p. 61). || — ξα' γ'' λ' ∟' δ''] ξα' ∟' λ' γ'' ed. pr. — Steph. Byz.: Βοῦτος, πόλις Αἰγύπτου, Ἡρωδιανὸς δὲ κώμην αὐτήν φησι· ἐκαλεῖτο δὲ [καὶ] Βουτώ, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Λητὼ Βουτώ, ἧς τινος χρηστήριον ἦν. Herodot. 2, 155 : τὸ γὰρ χρηστήριον τοῦτο ἐν Αἰγύπτῳ ἐστὶ μὲν Λητοῦς ἱερόν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον κατὰ τὸ Σεβεννυτικὸν καλεύμενον στόμα τοῦ Νείλου ἀναπλέοντι ἀπὸ θαλάσσης ἄνω· οὔνομα δὲ τῇ πόλι ταύτῃ, ὅκου τὸ χρηστήριόν ἐστι, Βουτώ, ὡς καὶ πρότερον (2, 59. 63) οὐνόμασταί μοι. Secundum eumdem 2, 156 Χέμμις, (Χέμβις Hecatæus ap. St. B.) insula erat ἐν λίμνῃ βαθέῃ καὶ πλατέῃ (τῇ Βουτικῇ λίμνῃ ap. Strab.) κειμένη παρὰ τὸ ἐν Βουτοῖ ἱερόν. Hinc Χεμμίτης νομός Herodoti 2, 156 (Alia Buto ap. eumdem 2, 75). Strabo 17, 1, 18 : ἐπὶ τὸ Σεβεννυτικὸν προϊόντι στόμα λίμναι εἰσὶν, ὧν ἡ ἑτέρα Βουτικὴ καλεῖται ἀπὸ Βούτου πόλεως ... Περὶ δὲ τὴν Βοῦτον καὶ Ἑρμούπολις ἐν νήσῳ (in Chemmi insula Herodoti? *île de Khebi?*). Ab hac Hermopoli, 16 m. p. a Buto occasum versus sita (T. Peut.), nomen habet Hermopolites nomus cujus Plinius meminit 5, 49, ubi : *Cynopoliten*, *Hermopoliten*, *Xoiten*, *Mendesium*. — Præterea Buti mentio ap. Hieroclem, in notit. episcop., ap. Ravenn. p. 355 et in Tab. Peuting., quæ ita habet :

Hermupoli	
Buto	XVI
Tm(uis)	XII (deb. XL, 50 sec. Ptol.) hod. *Tmai*
	V
[*Tanis*]	XVI (sic, i. e. XXI ; 22 Itin., 21 Ptol.)

Φθενέτου νομὸς καὶ μητρόπολις		
Βοῦτος	ξα' γ''	λ' ∠''δ''
Καβασίτης νομὸς καὶ μητρόπολις		
Κάβασα	ξα' ∠''	λ' γο''
Σαΐτης νομὸς καὶ μητρόπολις		
Σάϊς	ξα' ∠''	λ' ∠''
καὶ πρὸς τῷ Μεγάλῳ ποταμῷ ἀπὸ δυσμῶν		
Ναύκρατις πόλις	ξα' δ''	λ' ∠''

Phthenetu nomus et metropolis		
Butus	61° 20	30° 45'
Cabasites nomus et metropolis		
Cabasa	61° 30'	30° 40'
Saites nomus et metropolis		
Sais	61° 30'	30° 30'
et ad Magnum fluvium occidentem versus		
Naucratis oppidum	61° 15'	30° 30'

Heracleo * (22 Itin.; 33 Ptol. falso)
Pelusio * (22 Itin.; 15 Ptol. falso)

Secundum Brugschium Buto sita erat ubi nunc est *Tantua* (ortum hoc nomen ex *Teneto*, cum articulo *Pteneto?*). In nomorum vero tabula hanc urbem collocat haud longe a lacu Butico (æg. *Pe-ta-nut;* hod. *lac Borullos*, quod nomen a Παράλῳ oppido adjacente derivandum esse videtur), a Sebennytico ostio c. 22 m. p., a *Tmai* itinere directo c. 38 m. p. distantem. In Ptolemæo situs Buti perperam definitur. Error vero explicationem habet facilem. Butus enim ab Hermupolis parvæ meridiano (61°) tertia gradus parte sive 16-17 m. p. distat; hæc vero distantia eadem est, quam Tabula Peutingeriana habet inter Butum et alteram Hermupolin, quæ ad Buticum lacum in insula erat (v. supra ad p. 705). Duas igitur urbes cognomines Ptolemæus confundit. Ab hac Buti positione pendere videtur falsa positio ostii Sebennytici. Distantiæ quæ inter oram maritimam et Butum et Cabasam et Sain intercedunt ap. Ptolemæum ad verum prope accedunt, at quoniam ipsa ora haud recte delineata est, fit ut urbes istæ justo magis austrum versus collocatæ sint. — Ceterum de hoc nomo hæc monuit De Rougé l. l. p. 61 : « Nom ancien *Am-pehu ;* chef-lieu *Semet*, appelé d'un autre nom *Pu-uati*, la demeure de la déesse *Uati*. L'égyptien *Pa-ouati* est l'origine de Buto, nom de la capitale du Phthenéotes, d'après Ptolémée. Le nom de Phthenéotes et le Pteneto des Coptes sont la transcription d'un autre nom de la même localité qui se rencontre aussi dans les inscriptions : *Peto en ouati, le pays de la déesse Uati* (de la déesse du nord). — L'identification du nome *Ampehu* avec Phthenéotes est due à M. Brougsch. V. son article sur un décret de Ptolémée fils de Lagus, *Zeitschrift f. æg. Sprache* etc. 1871, p. 13. ». — In Geogr. *des nomes de l'Ég.* Brugschius distinguit inter nomum Buticum et regionem sui juris Phtheneoten, hunc in modum :

XIX Nome AM PEHU, de l'enfant royal postérieur.
BUTICUS NOMUS.
Chef-lieu : *Am*, *Koum-el-âman ;* nom sacré : *P-uto, Buto, Butus.*
Divinité : *Uto*, *Buto*, Latona.

DISTRICT AUTONOME : *n-Adhu*, *Natho* (Ναθὼ Herodoti) appelé aussi *pa-to-n-Uto*, la terre de Buto (Latona), Πτενέτω, Pthenotes.
Chef-lieu : *Pe* ou *Pu*.
Divinité : Hor-Apollon.

3. Καβασίτης] Καβασίτη ΦΨ Arg., *Cabasite* ed. Ulm.; *Cabassites nomus et metropolis Sais*, omissis intermediis, ed. Vic. ‖ — 4. Κάβασα] Καβάσα X. ‖ — λ' γο''] λ' γ'' ed. pr., 30 1/3 edd. Rom. Ulm. Ægyptium nomen nomi et metropolis *Ka-hebs*, i. e. *du taureau enveloppé*, sec. Brugschium. Apud Plinium 5, 49 codices *Cabastites nomus*. In numis ΚΑΒΑΣΙΤ.. In Hierocle p. 724 oppidum Κάβασσα. « Theopemptus Καβάσων, pro quo ms. Καυάσσων, Ephesino concilio p. 531 et Chalcedonio p. 127 adscripsit. » WESSELING. Hodie *Kabas*. Cabasa inter Metelitem nomum et Phthneotem in Alexandriæ fere parallelo ponenda erant. ‖ — 5. Σαΐτης] Σαΐτη Arg. — 6. Σάϊς] sic ed. pr., Σαῒς Arg., Σαΐς cett. ‖ — λ' ∠''] sic PRVX ed. Rom.; λ' ∠'' δ'' BEZ edd. Vic. Rom. Ulm. Arg.; λ' ∠'' γ'' cett. ‖ — 8. Ναύκρατις] Ναῦκρα Φ Arg., *Naucria* ed. Ulm. — Sais urbs notissima, cujus rudera ad vicum *Sa-el-haggar* haud longe a ripa orientali fluvii qui nunc per Bolbitinum ostium exit. Strabo 17, 1, 21 : ἀπὸ Σχεδίας ἀναπλεύσαντι ἐπὶ Μέμφιν (v. p. 702, 7) ... ἐν ἀριστερᾷ ἐν τῷ Δέλτα ἐπὶ μὲν τῷ ποταμῷ Ναύκρατις, ἀπὸ δὲ τοῦ ποταμοῦ δίσχοινον διέχουσα ἡ Σάϊς. Idem 17, 1, 18 : Μιλήσιοι ... ἀναπλεύσαντες εἰς τὸν Σαϊτικὸν νομὸν, καταναυμαχήσαντες Ἰνάρων πόλιν ἔκτισαν Ναύκρατιν οὐ πολὺ τῆς Σχεδίας [διεχούσης τετράσχοινον ἀπὸ Ἀλεξανδρείας sec. 17, 1. 16] ὕπερθεν. Postrema hæc parum quadrant in ea quæ § 21 de Naucrati in Delta posita dixit. Ptolemæus Naucratin non ad orientalem, sed rectius ad occidentalem fluvii ripam collocat. Mannertus quidem, ut Ptolemæum cum Strabone conciliaret, verba ἀπὸ δυσμῶν interpretatur *a Sai occasum versus*, at tenor orationis postulat, ut verba πρὸς τῷ Μ. ποτ. ἀπὸ δυσμῶν eodem modo dicta sint quo mox p. 707 dicitur ἀπ' ἀνατολῶν πρ. τ. Μ. ποταμῷ. Quodsi Plinius 31, 111 dicit : *Nitrariæ Ægypti circa Naucratim*

Προσωπίτης νομὸς καὶ μητρόπολις ἀπ' ἀνατολῶν πρὸς τῷ Μεγάλῳ ποταμῷ
Νικίου ξα' 𐅵 λ' γ''

Prosopites nomus et metropolis ad orientalem ripam Magni fluvii
Niciæ 61° 30' 30° 20'

---

et Memphim (l. *Momemphim*) *tantum solebant esse, circa Momemphim deteriores*, ex his quoque Naucratim extra Delta fuisse colligo. Urbem a Gynæcopoli s. Andropoli boream versus Ptolemæus posuit. Idem statuisse debet Aristagoras ap. Stephanum Byz. s. v. Γυναικόπολις, qui inter varias sententias de origine hujus nominis etiam hæc prodit : ἢ ὅτι τῶν Ναυκρατιτῶν ἀναπλεόντων κατὰ τὸν ποταμὸν καὶ κωλυομένων ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἀποβαίνειν, οὗτοι (sc. οἱ Γυναικοπολῖται) οὐ διεκώλυσαν. Ταὐτὰ καὶ Ἀρτεμίδωρός φησι. Accuratiora elici possunt ex Tabula Peut., quæ ad occidentale τοῦ Δέλτα latus viam habet hancce :

[*Alexandria*]

Melcati	24 (l. XVIIII?)	
Naucrati	37	*Itin.*:
Niciu	43.	Niciu
Auleu	36 (l. 26)	Letus 29
Memphi	34 (l. 24)	Memphi 20.

In his *Melcati* corrupte scribi censeo pro *Melcarti*, locumque non diversum esse ab Heraclea seu Heracleo juxta Nili ostium Heracleoticum, quod nonnulli *Naucratiticum* vocabant (Plin. 5, 64.). [Similiter Heraclea Siciliæ in numis *Rus-Melcart* nuncupatur.] Utrumque nomen conjunctim ponitur in Geogr. Rav. p. 120 : *Alexandria*, *Eraclia Milcadim*. *Ermupolis*, *Arsinoe*, *Naucratis*. Ab Alexandria ad ostium Heracleoticum sunt fere 19 m. p. Quæ hinc Naucratim computantur 37 m. p. exæquant 35' sive 36 1/2 m. p., quibus in Ptolemæi tabula Naucratis distat ab ora maritima. Quærenda igitur urbs eo fere in loco ubi nunc est *Schoubrakeit* (31° lat.) ad fluvii ripam occidentalem, a Sais urbis ruinis 6 m. p. boream versus. Aliam de urbis situ magis australi et occidentali opinionem supra attuli ad p. 704. Brugschio Naucratis est hod. *Adfeh*, Kieperto hod. *Desuk* ad orientalem ripam fluvii qui Bolbitino ostio exit. Ceterum de Naucrati v. Herodot. 2, 97. 179, Callimachus epigr. 41, Athenæus Naucratita 3, p. 73 A, 7, p. 301 C, 11, p. 480 D, 13, p. 596 B, 15 p. 675 F, p. 676 A, Hierocles p. 724, Notit. episc. Scripserunt de hac urbe Apollonius Rhodius et Charon et Philistus Naucratitæ. V. Fr. Hist. 4, p. 313. 460. 477. — Superest ut moneatur a Plinio et in numis præter Saiten nomum etiam Naucratiten commemorari. Eandem hanc divisionem monumentis Æg. indicari, in quibus Saites nomus et meridionalis et septentrionalis distinguuntur, suspicatur Brugschius in *Geogr. d. alt. Æg.* p. 122. Aliter de his statuit in *Géogr. des nomes*, ubi hæc :

IVe nome : *Sapi-ris* (Sapi du sud)
Nomus Menelaites
Chef-lieu : *Zoqa*, Canopus près d'*Aboukir*
Ve nome : *Sapi mehit* (Sapi du nord)
Nomus Saites
Chef-lieu *Sai*, Sais (auj. *Sa-el-haggar*).

At quo pacto Canopus in australi, Sais vero in boreali parte *Sapi* regionis posita esse dicantur, haud perspicio. || — 1. Προσωπίτης] ἀπὸ ἀν. πρὸς τῷ Μεγάλῳ ποταμῷ Προσωπίτης (...ίτις ed. pr.) νομὸς καὶ μητρόπολις X ed. pr. — Herodot. 2, 41 : ... ἐκ τῆς Προσωπίτιδος καλευμένης νήσου· ἡ δ' ἔστι μὲν ἐν τῷ Δέλτα, περίμετρον δ' αὐτῆς εἰσὶ σχοῖνοι ἐννέα (270 stad.)· ἐν δὲ ταύτῃ ὦν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ ἔνεισι μὲν καὶ ἄλλαι πόλιες συχναί, ἐκ τῆς δὲ αἱ βάριες παραγίνονται ἀναιρησόμεναι τὰ ὀστέα τῶν βοῶν· οὔνομα τῇ πόλι Ἀτάρβηχις (Cf. St. Byz. s. v.), ἐν δ' αὐτῇ Ἀφροδίτης ἱερὸν ἅγιον ἵδρυται (Hoc oppidum ap. Strabon. 17, 1, 20 Ἀφροδίτης πόλις nomi Prosopitæ). Cf. id. 2, 165 : νῆσος ἡ Προσωπῖτις καλευμένη. Thucydides 1, 109 : Megabyzus Græcos ἐς Προσωπίτιδα τὴν νῆσον κατέκλησεν καὶ ἐπολιόρκει ἐν αὐτῇ ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας, μέχρι οὗ ξηράνας τὴν διώρυχα καὶ παρατρέψας ἄλλῃ τὸ ὕδωρ, τάς τε ναῦς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε καὶ τῆς νήσου τὰ πολλὰ ἤπειρον, καὶ διαβὰς εἷλε τὴν νῆσον πεζῇ. Schol. Thuc. l. l.: Προσωπῖτις ἐκαλεῖτο ἡ νῦν Νικίου. St. Byz.: Προσωπίς, πόλις Αἰγύπτου. — Προσωπῖτις, νῆσος Αἰγύπτου. Λέγεται καὶ Προσωπίς. Hesychius : Προσώπιόν τις (l. Προσωπῖτις) νῆσος ἐν Αἰγύπτῳ. Nomus Prosopitis commemoratur a Strabone et Plinio et in numis (V. De Rougé l. l. p. 50.). De Niciæ oppido cf. St. Byz. Νικίου κώμη Αἰγύπτου. Ἀρισταγόρας Αἰγυπτιακῶν δευτέρῳ. Idem s. v. Ἀργέου. Hierocles p. 724. Leo Sapiens in ordine patriarch.: Ναυκράτεια. Ἀνδρονικίους (l. Ἀνδρῶ. Νικίου). *Niciu* oppidum sec. Itin. p. 155 ab Andropoli 31 m. p. (8 m. sec. Ptol. tab.), a Memphi 49 m.; sec. Tab. Peut. 43 m. a Naucrati distat. Quærendum igitur in vicinia hodierni *Teraneh*, eamque positionem Ptolemæus quoque eo indicat quod oppido proximum collocat Terenuthiaci fluvii initium (61° 30'. 30° 20'). Niciu in via ab Alexandria Memphim sita, a Magno fluvio non ortum sed occasum versus, inter Magnum fluvium et fossam Nili, quæ hinc occasum versus est, stetisse putaveris. Cum hodierno *Menouf* a multis componitur parum probabiliter; Mannerto est h. *Nadir*, 70 stadiis a *Teraneh* boream

21. Μεταξὺ δὲ τοῦ Θερμουθιακοῦ καὶ τοῦ Ἀθριβιτικοῦ ποταμοῦ

Σεβεννύτης κάτω τόπων καὶ μητρόπολις αὐτοῦ

Παχναμουνίς	ξα' γο''	λα'

Ξοΐτης νομὸς καὶ μητρόπολις

Ξόϊς	ξα' γο''	λ'L'' δ''

21. Inter Therenuthiacum vero atque Athribiticum fluvium sunt

Sebennytes nomus inferiorum locorum et metropolis eius

Pachnamunis	61° 40'	31°

Xoites nomus et metropolis

Xois	61° 40'	30° 45'

---

versus in dextra fluvii ripa. || — 1. Θερμουθιακοῦ] sic X, Φαρμ. cett., *Pharmathiacum* ed. Vic.; νομοῦ add. ed. pr., ποταμοῦ S. Cf. not. p. 700, 17. || — 2. Ἀθριβ. ποτ.] ποταμοῦ om. S.; *Athribaticum* ed. Ulm. || — 3. Σεβεννύτης] Σεβεννύτις PRV ed. Vic., Σεβεννίτης Ξ, Σεβενίτης DMOΔ, Σεβεννυτέροις ΦΨ, *Sebenniteris* edd. Arg. Ulm., *Sebennytesis* ed. Rom. || — κάτω τόπων] τῆς κάτω τόπων e Palatino refert Bertius; καὶ ἄνω τόπων ed. pr. Exspectabas Σεβεννύτης νομὸς ὁ τῶν κάτω τόπων, et § 23 : Σ. ν. ὁ τ. ἄνω τόπων. In numis Hadriani legitur ΣΕΒΕ, ΣΕΒΕ Κ (i. e. κάτω), ΣΕΒΕ Α (i. e. ἄνω). V. de Rougé l. l. p. 57. Herodotus et Strabo et Plinius hanc nomi divisionem non commemorant. Inferiorem superiori contiguum fuisse consentaneum est ; quodsi aliter res habet in Ptolemæo, pendet error ex falsa positione ostii Sebennytici (v. not. pag. 706 *a*,), cui inferior nomus apponitur. In superiore nomo Sebennytus urbs et ipsa haud recte collocatur, quamquam ejus ab ora maritima distantia satis accurata est. || — 5. Παχναμουνίς] Παχνευμουνίς BCEZ Arg., Παχευμουνίς DMOΞΔ, *Pachneumurus* ed. Ulm. || — ξα' γο''] 60 2/3 Vic. || — λα'] λα' δ'' ed. pr. Athanasius in epist. ad Antiochenos Ammonium dicit episcopum fuisse Παχνεμουνέως καὶ τοῦ λοιποῦ μέρους τῆς Ἐλεαρχίας. In Hierocle p. 724 codex : Παχνεμόης, Διόσπολις, Σεβόνυτος. Leonis Sap. ordo patriarch. : Παχνεμονίς, Διόσπολις, Σεβένυτος. Nomen Ægyptium *Pi-khn-en Amon* sec. Brugschium, *Pa-khen-amon* sec. Rougeum p. 57, caput nomi *Samhut*. Situs oppidi quærendus est ad lacum *Burullos* dictum in Ἐλεαρχίᾳ regione (de qua cf. Wesseling. ad Hier. p. 725) circa ostium Sebennyticum. Vix recte in Brugschii Nomorum tabula juxta Phathmeticum Nili ostium et hod. *Damiat* (Ταμίαθιν Steph. Byz.) ponitur : « *Pachnamunis oder Diospolis.* » Diospolis illa, juxta Pachnamunim ab Hierocle et Leone et in Orac. Sibyll. (V. n ad p. 708, 5) commemorata, apud Strabonem 17, 1, 19 Mendeti vicina esse dicitur : πλησίον δὲ Μένδητος καὶ Διὸς πόλις καὶ αἱ περὶ αὐτὴν λίμναι καὶ Λεοντόπολις. Eam Hadriani tempore nomi caput fuisse numis probatur, in quibus legitur ΔΙΟΠ. Κ., i. e. Διοπολίτης κάτω, τῶν κάτω τόπων. *Inferioris* nomine urbs distinguitur etiam in Episcoporum indice, qui græce et coptice et arabice scriptus in bibliotheca Bodleiana asservatur, monente De Rougé l. l. p. 59 « Dans la liste du manuscrit d'Oxford on trouve auprès de Sebennytus le nom grec ΔΙΟΣ ΠΟΛΙΣ ΚΑΤΩ correspondant au copte ΠΟΥΝΕΜΟΥ. Nous retrouvons donc ici d'une façon certaine la Diospolis de la Basse-Égypte, et le manuscrit d'Oxford semble l'identifier avec la ville de Πίναμυς, citée par Étienne de Byzance et dont on ne connaissait pas la situation. Διόσπολις ἄνω était située dans la Haute-Égypte : c'est la Diospolis parva des Romains, aujourd'hui *Medinet-Hou*, comme le prouve la liste copte-arabe de la Bibliothèque Nationale, publiée par Champollion. » Idem vir doctus hunc Diospoliten nomum Delta regionis apud Herodotum Thebæi nomine indicari suspicatur. || — 6. Ξοΐτης] Ξοΐτου ΦΨ Arg., *Xoitis* ed. Vic., *Xoeti* ed. Ulm. || — 7. Ξόϊς] Ξοΐς ABDE, Ζόϊς F. De accentu v. Schol. Iliad. λ', 677, Herodian. in Cram. Anecd. 3, p. 235. Hunc versum et sequentem om. ΦΨ edd. Arg. Ulm. || — λ' L'' δ''] 30 1/2 1/12 ed. Vic. Xoiten nomum etiam Plinius et numi Hadriani habent ; Strabo Xoin urbem Sebennytico nomo adscribit 17, 1, 19 : ἐν δὲ τῇ μεσογείῳ τῇ ὑπὲρ τοῦ Σεβεννυτικοῦ καὶ Φατνιτικοῦ στόματος Ξόϊς ἐστὶ καὶ νῆσος καὶ πόλις ἐν τῷ Σεβεννυτικῷ νομῷ· Ἔστι δὲ καὶ Ἑρμοῦ πόλις καὶ Λύκου πόλις καὶ Μένδης. E Strabone sua habet Steph. Byz. s. v. Ξόϊς (Ξόης codd.). Cf. Plutarch. De Is. et Osir. 43 : ἡ δὲ περὶ Μένδητα καὶ Ξόϊν βραχυτάτη (τοῦ Νείλου ἀνάβασις) πήχεων ἕξ. Lucianus Rhetor. præc. 24 p. 577 ed. Did. : ὁρᾷς ἐμέ, ὃς πατρὸς μὲν ἀφανοῦς καὶ οὐδὲ καθαρῶς ἐλευθέρου ἐγενόμην, ὑπὲρ Ξόϊν καὶ Θμοῦιν δεδουλευκότος. Oracul. Sibyll. V. p. 307 :

Θμοῦις καὶ Ξοῦις θλίβεται καὶ κόπτεται Βούλη
Ἡρακλέους τε Διός τε καὶ Ἑρμείαο [πόληες]

(in quibus pro Βούλη viri docti scribi voluerunt Βουτώ). — In titulo sepulcrali versibus exarato versum tertium et quartum hunc in modum exhibet Franzius in C. Inscr. 3, p. 927, n. 6284 :

ἔσπειράν με γονεῖς παρ' Αἰγύπτοιο δ' ἀρούραις
ἐν κώμῃ [Σ]εβά[μ]ενθε [πά]λαι ἧ[ς οὔ]νομ' [ἔην]
Ξόϊ

Φθεμφουθὶ νομὸς καὶ μητρόπολις
Ταούα ξα΄ γο΄΄ λ΄ γ΄΄ιβ΄΄

22. Μεταξὺ δὲ τοῦ Ἀθριβιτικοῦ καὶ τοῦ Βουσιριτικοῦ ποταμοῦ

Ὀνουφίτης νομὸς καὶ μητρόπολις
Ὄνουφις ξβ΄ ιβ΄΄ λ΄ γο΄΄

Phthemphuthi nomus et metropolis
Tava 61° 40′ 30° 25′

22. Inter Athribiticum vero atque Busiriticum fluvium

Onuphites nomus et metropolis
Onuphis 62° 5′ 30° 40′

At Σεράμενθε nomen ficticium est. In lapide versus ita habere traditur :

ΕΝ ΚΩΜΗΙ. ΕΡΑΠΕΝΘΕΒΥΛΑΙΗ.. ΝΟΜΟΣΗΞΟΙΣ

Hæc ego resarciverim hunc in modum :

ἐν κώμῃ [Σ]έραπ, ἔνθα Βυλαίη, [ἧς] νομὸς ἡ Ξόις.

Βυλαίη eadem quæ in Oraculo vocatur Βούλη, nec diversa fortasse *Ptlemus*, quam juxta *Xoyn* (*Xoin* id. p. 355) nominat Geogr. Rav. p. 126, 6. Præterea cf. Hierocles p. 724. In Not. episc. commemorantur episcopi Ξόεως vel Ζώεως. Denique Ξοῖται βασιλεῖς dynastiæ XIV ap. Syncell. — Sec. Brugschium nomus ægyptiace *Ka-sit*, metropolis *Xesaun*, quam sitam esse censet ubi nunc *Sakha* inter Sain et Sebennytum, ab utraque c. 150 stadia distans, a parallelo harum urbium c. 80 stadia boream versus. ‖ — 1. Φθεμφουθί] Φθεμφούθ EZ ed. Vic., Φθεμφουθις F, Φθεγμφουθί DMOΔΞ, Φθεμφθούμ B, Φθεμβουθί ed. pr., *Phermuthi* cod. Bas., *Phthesinphith* ed. Rom.; Ταυανίτης νομός X. Versum om. A; ΦΘΕΜΘ et ΦΘΕΜΦΟΕΥ numi ; *Phthemphu* vel *Ptemphum nomum* Plin. 5, 49. Fortasse huc referenda sunt quæ leguntur apud Steph. Byz.: Πέμπτη, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης Πεμπτίτης καὶ νομὸς Πεμπτίτης. Quamquam Brugschius *Géogr. Æg.* p. 228 his subesse suspicatur nomen ægyptium *Pe-mza*, quod referendum sit ad Ὀξύρυγχον Græcorum. ‖ — 2. Ταούα] Ταῦα A. Steph. Byz.: Ταῦα, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης Ταυίτης, ὡς Ὧρος ἐν β΄ περὶ ἐθνικῶν. Hierocles p. 724 : Ταῦα. In Concilio Chalcedon. subscripsit Ἰσαὰκ Ταῦα, notante Wesselingio. In Itin. p. 152 *Taba* codex Escor., *Tafa* cett. — « Si in geographicis tuta satis esset fides historica Xenophontis Ephesii 4, p. 56, crederem urbem *Tava* sitam fuisse in via quæ ducebat Leontopolim. Vix enim dubito quin pro διελθόντες δὴ ταῦτα ἐπὶ Λεοντὼ ἔρχονται πόλιν, legi debeat scripseritque Xenophon δ. δ. Ταῦα. » JABLONSKY, probante Wesselingio ad Hierocl. p. 728, et Hemsterhusio in Miscell. observ. crit. 6, p. 295, qui etiam apud Diodorum 15, 93, 2, ubi : συνηναγκάσθη (Agesilaus) μετ' αὐτοῦ (cum Tacho) ποιήσασθαι τὴν ἀναχώρησιν εἴς τινα πόλιν εὐμεγέθη, legi voluit εἰς Ταῦα πόλιν. Quamquam nomen urbis prætereunt etiam Plutarchus Ages. p. 617 (εἰς πόλιν εὐερκῆ καὶ μέγαν ἔχουσαν περίβολον) et Polyænus 2, 1, 22 (εἰς χωρίον). — Itinerarium p. 152 ita habet :

Andro (ad hod. *Neguele*. V. p. 704, 1)		
Taba	12 (17 Ptol.)	
Cyno	30 (leg. 20)	(c. 43 Ptol.)
Thmuis (h. *Tmai*)	25	
Tanis (*San el hagar*)	22 (21 Pt.)	
Heracleo	22 (33 Pt.)	
Pelusio	22 (c. 16 Pt.)	

Ab hod. *Neguele* 12 m. p. distat hod. *Tulia*, paullo longius abest hod. *Tauta* aut *Tauta*, in quo nonnulli Tavam agnoscunt. Quod sequitur Cyno oppidum, cujus Ptolemæus non meminit, sed quod novimus e Plinio et Strabone (17, 1, 19 : ἡ Βούσιρις πόλις .. καὶ Κυνὸς πόλις) et Hierocle (Κυνώ. Βούσιρις), Busiritæ nomi fuerit. Certe haud longe a Busiri (h. *Abousir*) abfuisse colligimus e Meletii breviario p. 188, in quo Hermæon quidam ἐν Κυνῷ καὶ Βούσιρι antistes fuisse dicitur. Steterit in regione ubi nunc ad Nili bracchium sunt *Mit-Ghamer* et *Zifté*, a *Tmai* c. 25 m., a *Talia* c. 20 m. p. ‖ — 3. Ἀθριβητικοῦ ed. pr., *Athribaticum* ed. Ulm. ‖ — 4. Βουσιρικοῦ A manu 2. Vs. 3 et 4 om. ed. Vic. ‖ — 5. Ὀνουφίτης] Ὀνοφίτης R, Ὀνουφθίτης Ξ. ‖ — 6. Ὄνουφις] Ὀνουφίς BDEFMNΦΞ, Ὀνουφθίς Ξ, Ἄνουφις O, *Onuphus* ed. Vic. ‖ — ξβ΄ ιβ΄΄] ξβ΄ Ξ ‖ — λ΄ γο΄΄] 30 1/2 1/3 edd. Rom. Ulm. Nomus memoratur ab Herodoto et Plinio et in numis Hadriani. De oppido cf. Steph. Byz.: Ὄνουφις πόλις Αἰγύπτου οὐκ ἄγνωστος. Ὁ πολίτης Ὀνουφίτης. Ælianus N. An. 12, 11 : σέβουσι δὲ Αἰγύπτιοι καὶ μέλανα ταῦρον καὶ καλοῦσι Ὄνουφιν αὐτόν· τὸ δὲ ὄνομα τοῦ χώρου ἔνθα τρέφεται, Αἰγύπτιοι λεγέτωσαν ἡμῖν λόγοι· τραχὺ γάρ. Hierocles p. 725. Athanasius Op. 1, 2, p. 776. ed. Paris 1698 commemorat episcopum Ὀνούφεως τῆς λύχνων (an sic dicta urbs a λυχνοκαΐαις festis, qualia Sai celebrabantur sec. Herod. 2, 62?). Fortasse huc pertinere *Anp* metropolin nomi qui *Xab* vocatur, conjecit Brugsch. *G. Æg.* p. 269. De situ non liquet. Quodsi recte oppidum ponitur circa 140 stadia a Thmui austrum et occasum versus, Onuphis eo fere loco fuit ubi nunc est *Senafu*. ‖ — 710, 1. Ἀθριβίτης] In L legitur :

Ἀθριβίτης νομὸς καὶ μητρόπολις		
Ἄθριβις	ξβ′	λ′ 𐅵
Μενδήσιος νομὸς καὶ μητρόπολις		
Θμοῦις	ξβ′ γ″	λ′ 𐅵γ″
Σεβεννύτης ἄνω τόπων καὶ μητρόπολις		
Σεβέννυτος	ξβ′ γ″	λ′ γ″
Βουσιρίτης νομὸς καὶ μητρόπολις		
Βούσιρις	ξβ′ 𐅵	λ′ δ′

Athribites nomus et metropolis		
Athribis	62°	30° 30′
Mendesius nomus et metropolis		
Thmuis	62° 20′	30° 50′
Sebennytes superior et metropolis		
Sebennytus	62° 20′	30° 20′
Busirites nomus et metropolis		
Busiris	62° 30′	30° 15′

Ἀθριβὶς νομὸς καὶ μητρόπ. Ἀθριβίς ξβ′ λ′ 𐅵
Μενδήσιος νομὸς καὶ μητρ. Ἀθριβίς ξβ′ λ′ 𐅵
Μενδήσιος νομὸς καὶ μητρ. Θμουίς ξβ′ γ″ λ′ 𐅵 γ″

2. Ἄθριβις ξβ′] Ἀθριβίς, BDEFSZ Arg. || — ξβ′] 62 1/2 1/3 ed. Ulm. Nomus commemoratur ab Herodoto, Strabone, Plinio et in numis. De oppido (hod. *Atrib*) v. Strabo 17, 1, 20, Hierocles p. 728, Tab. Peut. (*Atribi*), G. Rav. (*Atrivi*), Steph. Byz.: Ἄθλιβις πόλις Αἰγύπτου· ὁ πολίτης Ἀθλιβίτης. Νικάνωρ δ' ὁ Ἑρμαίου ... διὰ τοῦ ρ φησὶν Ἄθριβις· οὕτω καὶ Στράβων (Eadem in Etym. M. p. 25, 47.). Idem: Ἀθάρραβις, πόλις Αἰγύπτου, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν δ′· « Ἀθαρραβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Ἀθάρραβις πόλις. » Idem: Ψεναχώ, κώμη τοῦ Ἀθριβίτου νομοῦ, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν η′ Γεωγραφουμένων. Eupolemus in Alexandri Polyhistoris fr. 18 (Fr. Hist. 3, p. 226), ubi Salomo ad Uaphrem Ægypti regem scribit: ἐκ μὲν Σεβριθίτου (leg. Σεθροΐτου) νομοῦ μυρίους (σοι ἀπέσταλκα), ἐκ δὲ τοῦ Μενδησίου καὶ Σεβεννυτικοῦ δυσμυρίους, ἐκ δὲ τοῦ Βουσιρίτου καὶ Λεοντοπολίτου καὶ Βαθριθίτου (l. Ἀθριβίτου) ἀνὰ μυρίους. Ammianus 22, 16, 6: *Ægyptus ... Athribi et Oxyryncho et Thmui et Memphi maximis urbibus nitet.* Præterea Athribis mentio in Palladii Hist. Laus. c. 35 et inter sedes episcopales. || — 3. Μενδήσιος] Μενδίσιος S, *Mendesiæ* Arg. Ulm., *Mendisiæ* Vic., *Mendeusius* Rom. || — 4. Θμοῦις] Θμουίς BEFSZ. Vs. 4 et 5 om. ΦΨ Arg. Herodotus 2, 166 et Mendesium et Thmuitem nomum recenset. Uterque nomus postea in unum conflatus esse videtur. Aristides or. 47, vol. 3, p. 610: ἐν πεδίῳ κεχυμένος ὁ Μενδήσιος ἅπας νομὸς οἰκεῖται καὶ ἡ πόλις αὐτῶν, ἣν ὀνομάζουσι Θμοῦιν. Josephus B. Jud. 4, 11, 5: Vespasianus ἀναπλεῖ διὰ τοῦ Νείλου κατὰ τὸν Μενδήσιον νομὸν μέχρι πόλεως Θμούεως. Ἐντεῦθεν δὲ ἀποβὰς ὁδεύει καὶ κατὰ πολίχνην τινὰ Τάνιν αὐλίζεται. Nomus Mendesius commemoratur etiam in numis (V. De Rougé l. l. p. 46). De Thmui urbe (h. *Tmai*) cf. Lucianus Rhet. pr. 24, Itin. p. 153 (v. not. p. 704 *a*), Steph. Byz. s. v. Θμοῦις et Ἑρμούπολις, Ammianus Marcellinus 22, 16. 6, Socrates Historia Ecclesiast. 4, 23. 69, Sozomenus 3, 14, Orac. Sibyll. 5, 307 (v. not. p. 708 *b*), Photius p. 65 ed. Bekk., Suidas s. v., Chœroboscus in Bekk. An. p. 1192 (ubi: Θμόϊς, Θμόεως), Eusebius H. E. 8, 9 (Θμοϊτῶν ἐκκλησία), Geog. Rav. p. 356, 1 (*Thamui*; in Tab. Peut. nomen truncatum), Hieronymus ad Jovian. 2, 6: *ex animalium vocabulis nuncupantur Leonto, Cyno, Lyco, Busiris, Thmuis, quod interpretantur hircum.* Idem in Esaiam 46: Θμοῦις *lingua Ægyptia ab hirco.* Epiphanius Hæres. 73, 26; Notit. Episc. — De Mendete urbe, cujus Ptolemæus non meminit, v. Herodot. 2, 42. 46, Pindar. fr. 179, Strabo 17, 1, 19, Diodor. 1, 84, Plutarch. Agesil. 38, de Isi et Osir. 43. 73, Josephus A. J. 10, 4, 1 (Μένδη), Xenophon Ephes. 4, 1, Steph. Byz. s. v. Μένδης et Ταριχέαι, Etym. M. p. 580, 3. Cf. Brugsch. *G. Æg.* p. 268, Lauth in *Ausland* 1872, p. 1042. || — 5. Σεβεννύτης] Σεβεννίτης ed. pr., || — 6. Σεβέννυτος] Σεβεννυτός PVXΔΞ, ed. pr., Σβέννυτος ed. Arg., *Sebennitus* ed. Ulm. || — ξβ′ γ″] ξβ′ 𐅵 ed. pr. || — λ′ γ″] λ′ δ″ F ed. pr. Hodie *Samanoud*, in medio fere Delta positum. Aliter situs ejus in Ptolemæi tabulis habet. V. not. ad p. 708. Sebennytæ nomo Xoin attribuit Strabo, ut supra monui. || — 8. Βούσιρις] sic FVS, Βουσιρίς codd. plurimi, Βουσιρής ed. pr., Βουσηρις X. In ed. Ulm. additur: *Ibi est ortus balsami.* Urbem (h. *Abousir*) ἐν μέσῳ τῷ Δέλτα positum esse Herodotus 2, 59 dicit parum accurate. Cf. not. p. 708. Præter Herodotum et Strabonem et Plinium numosque de hoc nomo oppidoque vide Alexandrum Polyh. f. 18 (Fr. H. 3. p. 226), Hermippum fr. 50 (Fr. H. 3. p. 47): θάπτεται (Demetrius Phalereus) ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ πλησίον Διοσπόλεως, Hieroclem p. 725, Not. orient. c. 25: *Cohors secunda Asturum Busiris*, Zonaram An. 12, 31, Cedrenum 1, p. 467 ed. Bonn. — « Busirin Zonaras a Diocletiano eversam et impudentissime Thebis Ægyptiis vicinam tradit [Thebas dixerit Diospolim, quam Busiritæ nomi esse Hermippus l. l. prodit]. Paria de Diocletiano Acta S. Procopii, tom. 1, c. 1 p. 557. Athanasius in vita Antonii c. 38 Βούσιριν τὴν τρίπολιν habet, quam nostram esse Acta Chalcedonensia, quibus Athanasius antistes Βουσίρεως τριπόλεως κατ' Αἴγυπτον p. 188 subscribit, dubitare

Λεοντοπολίτης νομὸς καὶ μητρόπολις			*Leontopolites* nomus et metropolis		
Λεόντων πόλις	ξβ' δ''	λ' 𐅵'ιβ''	Leontopolis	62° 15'	30° 35'
23. Μεταξὺ δὲ τοῦ Βουσιρικοῦ ποταμοῦ καὶ τοῦ Βουβαστικοῦ ποταμοῦ			23. Inter Busiricum autem fluvium atque Bubasticum fluvium		
Νεσὺτ νομὸς καὶ μητρόπολις			*Nesyt* nomus et metropolis		
Πανέφυσις	ξβ' γο''	λα' ιβ''	Panephysis	62° 40'	31° 5'

velant. » Wesseling ad Hierocl. p. 725. — Alia Busiris erat prope Memphim. V. not. p. 704, 4. ‖ — 1. Λεοντοπολίτης] ΦΨ, *Leontap.* edd. Arg. Ulm., *Leondap.* ed. Vic. ‖ — 2. Λεόντων] Λεοντῶν ΦΨ Arg., *Leonton* ed. Ulm., Λεοντώ BEZ, *Leonda* ed. Vic. ‖ — 2. λβ' δ'' λ' 𐅵'' ιβ''] Numeri in seriem epocharum non quadrant. Quare Grashofius vs. 1 et 2 aut deleri, aut ante vs. 5 p. 710 collocari, aut pro λ' 𐅵'' ιβ'' scribendum esse λ' ιβ' suspicatur. Nomum commemorant Strabo 17, 1, 20 : ὑπὲρ δὲ τὸ Μενδήσιον στόμα καὶ τὸ Τανιτικὸν λίμνη καὶ ὁ Μενδήσιός ἐστι νομὸς καὶ ὁ Λεοντοπολίτης καὶ πόλις Ἀφροδίτης (cf. Plin. 5, 64) καὶ ὁ Φαρβητίτης νομός (idem 17, 1, 19 : πλησίον δὲ τῆς Μένδητος καὶ Διόσπολις καὶ αἱ περὶ αὐτὴν λίμναι καὶ Λεοντόπολις· εἶτ' ἀπωτέρω ἡ Βούσιρις), Plinius 5, 49, Alexander Polyh. fr. 18 (Fr. H. 3, p. 226), numi Hadriani et Antonini, in quibus Horus juvenis gladium vel hastam tenens et leonis imago. De oppido v. Plinius 5; 64 : *Pharbæthos*, *Leontopolis*, *Athribis*. Xenophon Ephesius 4, 1, p. 56 (v. supra p. 709, 2), ubi Λεοντώ scribitur, sicut ap. Hieroclem p. 728 et Nilum Doxopatrium qui τὴν Λεοντὼ metropolim Augustamnicæ secundæ esse dicit. — « L'origine, si diversement interprétée, du nom de *Léontopolis*, nous a été révélée par le récit mythologique des combats d'Orus (V. Naville, Textes relatifs au Mythe d'Orus, pl. XVIII, 2). Horus, qui accompagne le dieu *Ra* dans sa campagne contre *Set* et ses adhérents, navigue vers l'Orient de la Basse-Égypte : « Voici, dit le texte, qu'il aperçut les ennemis : les uns étaient couchés sur la mer, et les autres sur les collines. Horus de *Hut* (Edfou) pris alors la forme d'un lion à tête humaine avec la triple couronne, sa main tenant le glaive. Il s'élança sur eux et en ramena cent quarante-deux : il les détruisit avec ses crocs, il arracha leurs langues et repandit leur sang sur les collines. Le dieu Thoth dit alors : On appellera *Khentabet* (navigation vers l'orient) cet endroit, et on nommera la ville *T'aru* (le lion a pris). Ce même souvenir se retrouve dans une inscription géographique (du sanctuaire d'Edfou) qui s'applique au même nome et où se rencontre la phrase suivante : « Le lion (t'âm), c'est Horus frappant ses ennemis. » Cet épisode de la mythologie égyptienne explique comment le lion a pu devenir un type de divinité en Égypte. C'est évidemment dans le souvenir de cette métamorphose d'Horus qu'il faut chercher l'origine du nom de Leontopolites. » De Rougé l. l. p. 47. Strabo 17, 1, 40 : λέοντα δὲ Λεοντοπολῖται (τιμῶσι). Ælian. H. An. 12, 7 : λέοντας μὲν ἐν Αἰγύπτῳ σέβουσι καὶ ἐξ αὐτῶν κέκληται πόλις. De situ Leontopolis non liquet. Jomardus ei vindicat ruinas quæ a *Tmai* 12000 metra austrum versus haud longe ab *el-Menzaleh* vico in colle exstant. De alia Leontopoli vid. not. ad 713, 4. ‖ — 3. Βουσιρικοῦ] Βουσιριακοῦ ΦΨX Arg., Βουσιριτικοῦ ed. pr., Vic. ‖ — 4. Βουβαστικοῦ] sic LΦΨ ed. pr., edd. Rom. Ulm. Arg., Βουβαστιακοῦ EZ, ed. Vic., Βουβαστιάτου B et sec. m. E; γρ. Βουβαστία τοῦ in marg. Γ. ‖ — 5. Νεσούτ] ex conj.; Νεσόγ BEZ, *Nesus* ed. Vic., Νεουτίς, *Neutis*, ΦΨ edd. Rom. Ulm. Arg., Νεούτ cett. Ut ex Νεούτ et Νεσόγ eliciam Νεσύτ nomen, movent numi Hadriani, de quibus De Rougé l. l. p. 45 : « La monnaie de la collection Demetrio porte clairement pour légende NECYT avec le C lunaire; sur la pièce du musée de Copenhague on lit également NECYT. Ces deux exemplaires sont les seuls que nous connaissions; aussi je n'ose affirmer que les monnaies à la légende NECYT doivent être réellement attribuées au nome *Neout* de Ptolémée, et d'un autre côté, je ne vois pas à quel autre on pourrait les rapporter. » Fortasse huc pertinet *Nesi* nomen quod G. Rav. p. 122, 10 habet juxta Cynopolim, Delta regionis oppidum (ap. Strab. at Hierocl.), cujus Ptolemæus non meminit. Plurimi cum Νεούτ nomine comparari voluerunt Ναθώ Herodoti, apud quem (2, 165) inter Hermotybiorum nomos recensentur νῆσος ἡ Προσωπῖτις καλευμένη, Ναθὼ τὸ ἥμισυ(?). Brugschius in Nomorum tabula hodiernum *lac de Menzaleh* ægyptiis *na-athu*, Græcis Ναθώ et Νεούτ dictum esse statuit. Ego nescio an Herodotus scripserit Ναθὼ τὸ καὶ Νησού. Referendum huc esse videtur *Naithu* Augustamnicæ in Not. Dign. 1, p. 69, ubi : *Cohors prima sagittariorum Naithu.* ‖ — 6. Πανέφυσις] *Panephisis* ed Ulm.; Πανίθυσος corrupte ap. Hieroclem p. 727. « In Ephesino Concilio p. 478 Πανέφυσος ἐπαρχίας Αὐγουσταμνικῆς et p. 440 Πανέφεσος. Cassianus Collat. 11. c. 3 oppidum *Panephisin* appellat et satis miserabili fuisse conditione scribit. » Wesseling. Oppidum a Tani boream versus a Ptolemæo positum circa hod. *Menzaleh* fuerit. Aliunde

Τανίτης νομὸς καὶ μητρόπολις
Τάνις ξβ' L'' δ'' λ' L'' γ''
Φαρβαιθίτης νομὸς καὶ μητρόπολις
Φάρβαιθος ξβ' L'' δ'' λ' L''
24. Ἀπ' ἀνατολῶν δὲ τοῦ Βουβαστικοῦ ποταμοῦ
Σεθροΐτης νομὸς καὶ μητρόπολις
Ἡρακλέους μικρὰ πόλις ξγ' γ'' λα'
Ἀραβίας νομὸς καὶ μητρόπολις
Φάκουσα ξγ' ς'' λ' L'' γ''

Tanites nomus et metropolis
Tanis 62° 45' 30° 50'
Pharbæthites nomus et metropolis
Pharbæthus 62° 45' 30° 30'
24. Ad orientem denique a Bubastico fluvio
Sethroites nomus et metropolis
Herculis oppidum minus 63° 20' 31°
Arabiæ nomus et metropolis
Phacusa 63° 10' 30° 50'

---

de situ ejus non constat. || — 1. Τανίτης] Ante hunc versum codices, præter X et ed. pr. et ed. Colon. an. 1546, quasi titulum habent Αἰγύπτου, nisi quod A et in margine Γ χολωνία (χολώνεια) Αἰγύπτου, edd. Rom. et Lugd. *Ægypti situs*, ed. Ulm. *Ægypti mediterraneæ Tanus nomus*. Quæ quid sibi velint, nescio. Quum alia Tanis sit Thebaidis (Strabo 17, 1, 41), nostra hæc τῆς κάτω Αἰγύπτου vel τῆς κάτω χώρας nomine distingui potuit. || — 2. Τάνις] Τανίς BEZ. || — ξβ' L'' δ''] 62 1/4 ed. Vic. || — λ' L'' γ''] λβ' L'' γ'' ed. pr., λ' L'' L, 30 1/6 ed. Vic., 30 1/3 ed. Ulm., 30 1/3 1/12 ed. Rom. Frequens urbis mentio. Vid. Herodot., Strabo, Plinius, Josephus, Itin., Steph. Byz., Geogr. Rav. (*Thanis*), Hierocles (Πάννις corrupte), numi Trajani et Hadriani, veteris testamenti libri (*Zoan*). Nunc *San* ruinæ. || — 3. Φαρβαιθίτης] Φαρβαιείτης DLMOSΔΞΦΨ Arg., Φαρβαιΐτης ABEZ2, *Pharbæites* ed. Lugd., *Pharbeites* edd. Rom. Ulm. || — 4. Φάρβαιθος] *Pharbethus* edd. Rom. Ulm. || — ξβ' L'' δ''] 62 1/2 ed. Vic. || — λ' L''] λ' ς'' BELZ, edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., λ' L'' γ'' DΞ, λγ' L'' X. Nomus Φαρβαιθίτης etiam ap. Herodotum 2, 166 et Steph. Byz., Φαρβητίτης ap. Strabon. 17, 1; ΦΑΡΒΑΙΤ(ίτης) in numis, *Pharbætites* ap. Plinium 5. 49. Oppidi ruinæ nunc *Horbeit*, c. 180 stadiis a Tani austrum et occasum versus. || — 5. Βουβαστικοῦ] sic PRVΦΨ ed. pr, *Bubastici* edd. Arg. Ulm., Βουβαστιάτου BE et sec. m. Z, Βουβαστιακοῦ cett. || — 7. Σεθροΐτης] sic CXΦΨ Arg., *Setroites* ed. Ulm., Σεθραίτης ed. pr., Σεθρωΐτης cett., Σεθροειτης in nummis, *Sethroites* ap. Plin. 5, 49. Strabo 17, 1, 24: ἔστι καὶ νομὸς Σεθρωΐτης (Σεθριοίτης v. l., Σεθριώτης Epit.) παρὰ τὴν ἑτέραν λίμνην· ἕνα δὲ τῶν ἐν τῷ Δέλτα διαριθμεῖται καὶ τοῦτον (Ἀρτεμίδωρος). Steph. Byz.: Σεθρόη (Σέθρον codd.; em. Salm.), πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης Σεθροΐτης, Ἀλέξανδρος γ' Αἰγυπτιακῶν. Hierocles p. 727: Σεθραΐτης. « In Concilio Ephesino Theon modo, ut p. 472, antistes Σεθροΐτου, modo Ἡρακλέους τοῦ Σεθροΐτου, quemadmodum p. 531, dicitur. » WESSELING. || — 8. Ἡρακλέους μ. πόλ.] Ἡρακλέως μ. κ. 2, Ἡρ. πόλις μικρά SΩ, Σέθροϊς Arg., *Sethrois* ed. Ulm., *Setrois* ed. Vic. Scilicet eadem urbs et Sethroe et Herculis urbs dicta esse videtur. Cf. Itin. p. 152, 5: *Heracleus* a Tani et a Pelusio 22 m. p. distans. Item ap. Josephum B. Jud. 4, 5, 11 Ἡρακλέους πόλις inter Tanim et Pelusium media commemoratur. Steph. Byz.: Ἡρακλεούπολις (Ἡρακλεόπολις aut Ἡρακλέους πόλις? Meineke) β', πλησίον Πηλουσίου. Hodie *Tell el Serig*. || — λα'] λ' L'' γ'' ed. p. || — 9. Ἀραβίας] Ἀρραβίας LΦ, *Arabicæ* ed. Vic.; Ἀραβία in numis Trajani et Hadriani. Ægyptium nomi nomen *Sept-achm*, ut Brugschius *Geogr.* p. 270 scribit, vel *Supt-akhom*, ut De Rougé l. l. p. 39. Jam quum in aliis Hadriani numis legatur ΕΞΤΑΚΩΜ, De Rougé id ad ægyptium Arabiæ nomi nomen referendum esse suspicatur, addens tamen: « Il faudra peut-être admettre qu'à l'époque d'Adrien il y avait deux nomes distincts, celui d'*Arabia* et celui d'*Heptacom*, formés par une division de l'ancien nome de *Supt-akhom*. » Verum quum in ceteris numis nomina Ægyptia non occurrant, nescio an ΕΠΤΑΚΩΜ sit potius Ἑπτακωμία sive Ἑπτακωμητῶν (cf. Ἑξακωμία in Arabia provincia Palæstinæ conterminа ap. Hierocl., p. 722; et Ἑπτακωμῆται Ponti ap. Strabon. 12, p. 548 Cas. et Steph. Byz.), quo nomine septem vici in unum contribuebant, siculi septem nomorum complexus Ἑπτανομία dicebatur. — Præterea in numis occurrit πηλου(σιωτης), adeo ut Pelusium quoque Hadriani tempore nomi caput fuisse videatur. || — 10. Φάκουσα] Φακοῦσα LMOPSVΔΞΩ ed. pr., Φακούσα N.; Φάσκουσα CR; Φακοῦσσα dedit Wilberg. Steph. Byz.: Φάκουσα, κώμη μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Στράβων ιζ'. Ἑκαταῖος δὲ Φακοέσσας καὶ Φακοέσσαις φησί. Strabo 17, 1, 26: ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς διώρυγος τῆς ἐκδιδούσης εἰς τὴν Ἐρυθρὰν ἀπὸ κώμης ἄρχεται Φακκούσσης (sic codd., Φακούσσης Epit.), ᾗ συνεχής ἐστι καὶ ἡ Φίλωνος κώμη. In Tab. Peut.: *Phacusi*, 36 (deb. 46) m. p. a Pelusio. In Rav. p. 130: *Phaguse*. Hodie *Fakus* in Tanis fere meridiano, 22 fere m. p. ab ea austrum versus. In Ptolemæi tabula Phacusa et Bubastus collo-

Βουβαστίτης νομὸς καὶ μητρόπολις

Βούβαστος	ξγ' ιβ''	λ' γο''

Ἡλιοπολίτης νομὸς καὶ μητρόπολις

Ὀνίου	ξβ' L''	λ' ς''

καὶ ἐν μεθορίοις Ἀραβίας καὶ Ἀφροδιτοπόλεως

Βαβυλών	ξβ' δ''	λ'
Ἡλίου πόλις	ξβ' L''	κθ' L''γ''
Ἡρώων πόλις	ξγ' ς''	λ'

δι' ἧς καὶ Βαβυλῶνος πόλεως Τραϊανὸς ποταμὸς ῥεῖ.

25. Τὰ δὲ μεσημβρινώτερα τοῦ μεγάλου Δέλτα καὶ τῆς Κάτω χώρας καλεῖται Ἑπτὰ

Bubastites nomus et metropolis

Bubastus	63° 5'	30° 40'

Heliopolites nomus et metropolis

On	62° 30'	30° 10'

atque in confinio Arabiæ et Aphroditopolis

Babylon	62° 15'	30°
Heliopolis	62° 30'	29° 50'
Heroum oppidum	63° 10'	30°

per quod et Babylonem urbem Traianus amnis fluit.

25. Quæ meridiem versus sunt a magno Delta et regione Inferiore Septem Nomi

cantur perperam. ‖ — 1. Βουβαστίτης] Βουβασίτης A. ‖ — 2. Βούβαστος] Βούβατος Arg., Βουβαστός ב, Βούβαστις X, ut ap. Herodot. 2, 59. 137. 158. 166. ‖ — λ' γο''] λ' γ'' ed. pr. — Herodotus 2, 158, de fossa Nechonis : ἦκται δὲ ἀπὸ τοῦ Νείλου τὸ ὕδωρ ἐς αὐτὴν (τὴν διώρυγα)· ἦκται δὲ κατύπερθε ὀλίγον Βουβάστιος πόλιος παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀραβίην πόλιν. Idem 2, 166 : Μυεκφορίτης. Οὗτος ὁ νομὸς ἐν νήσῳ οἰκέει, ἀντίον Βουβάστιος πόλιος. Cf. de Bubasto præter Herodotum Polybius 15, 27. 5, 62. 16, 49, Strabo 17, 1, 27, Ælianus N. An. 12, 29, Steph. Byz. s. v., Tabula Peut. (*Subasto*), Hierocles p. 728. Hodie *Tell Basta.* ‖ — 3. Ἡλιοπολίτης] Ἡλιουπ. DPRSVΞΩ. ‖ — 4. Ὀνίου] Ἡλίου ed. pr., Ἡλίου· γράφεται Ὀνίου BEZ. Urbs olim clarissima, sed Strabonis ætate πανέρημος πόλις (Strab. 17, 1, 24). Ægyptiace *An* seu *Ani*, hebraice *On*, græce Ἡλιόπολις vocabatur. Ruinæ ejus ad vicum *Matarieh* exstantes a Babylone boream ortumque versus sitæ sunt ea in regione ubi Ὀνίου urbem habet Ptolemæus, qui si eodem a Babylone spatio austrum ortumque versus Heliopolim collocat, ex duobus ejusdem urbis nominibus duas urbes fecit perperam. Fieri potest ut in his interpolatoris manus agnoscenda sit, quamquam illud confusionis genus passim in Ptolemæo obvium est. Confidentius dixeris Ὀνίου nomen illatum esse ex Josepho, secundum quem Onias Judæorum pontifex templum (quod Vespasiani tempore clausum est) ædificaverat in loco ubi fuerat τὸ ἐν Λεοντοπόλει τοῦ Ἡλιοπολίτου ἱερὸν τῆς ἀγρίας Βουβάστεως (Ant. Jud. 13, 3, 1. Cf. 12, 6, 7. 13, 10, 4), 180 stadiis a Memphi distans (B. Jud. 7, 10, 3), in regione quæ hinc ἡ Ὀνίου χώρα vocabatur (B. J. 1, 9, 4. 7, 10, 2. Ant. Jud. 14. 8, 1). Ibi quum On urbem fuisse constet, nominum similitudine seductus Josephus hunc templo situm vindicasse videtur. Quodsi ibidem Leontopolim fuisse auctor dicit, explicare hoc licet ex Æliano (N. An. 12, 7), quo teste οἱ τὴν μεγάλην οἰκοῦντες Ἡλιόπολιν ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ προπυλαίοις τούσδε τρέφουσι τοὺς λέοντας. Ubinam revera steterit Oniæ templum, haud liquet. An in vico Judæorum (*Tel Jehudi,*)? an in Leontopoli de qua supra vidimus? Adde quod aliam Leontopolim in Migdol oppidi regione alicubi fuisse ex monumentis colligi posse censet Brugschius *Geogr.* p. 262. Denique fabula narrat Alexandriam olim Leontopolim dictam esse διὰ τὸ τῆς Ὀλυμπιάδος γαστέρα ἐσφραγίσθαι λέοντος εἰκόνι (Steph. Byz. v. Ἀλεξάνδρεια, coll. Plutarcho Alex. 2, et Pseudocallisthene 1, 8). ‖ — 5. μεθορίοις] μεθορίῳ ed. pr. ‖ — Ἀρραβίας LΦ. — Ἀφροδιτοπόλεως] Ἀφροδιτουπόλεως ADNOΔב, Ἀφροσιτοπόλ. ΦΨ edd. Arg. Ulm., *Aphrostopolis* ed. Vic.; Ἀφροδιτοπολίτου νομοῦ conj. Grashof. Cf. § 28. ‖ — 6. Βαβυλών] Βαβουλίς ΦΨ Arg., Βαβυλὼν νέα A; *Babulis Babilonia nova* ed. Ulm. ‖ — 7. Ἡλίου πόλις] sic Wilberg., codices Ἡλιούπολις, nisi quod Ἡλιόπολις ΦΨ Arg. ‖ — κθ' L'' γ''] κθ' L'' ΦΨ edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. Heliopolis a proxima ora maritima distat 1° 20' (800 stadia). Quorum loco Herodotus (2, 6) 1500 stadia computans hoc quoque loco schœnos stadiorum 30 cum schœnis stadiorum 60 confundit. In Ptolemæo Heliopolis perperam ponitur in Memphidis parallelo. Recte quidem gradus 1° 20' inter urbem et oram intercedere statuit, at gradus Ptolemæi justo minor et ora falso delineata est. ‖ — 8. ξγ' ς''] ξγ' L'' ADFLSΔΞΩב ed. pr., ξβ' L'' Φ¹. ‖ — λ'] κθ' L'' γ'' ADLΔΞב ed. pr., λθ' L'' γ'' FNSΩ. Epocha 63° 30' 29° 50' est τοῦ μυχοῦ τοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν. Vid. p. 683, 7 ibique not. Ex falsa Heroonpolis positione pendet delineatio fossæ Trajani. ‖ — 9. καὶ] om. ABDEZ. ‖ — πόλεως] om. PV. ‖ — Τραϊανός] Πλαίανος Φ; om. CR. ‖ — 12. Ἑπτὰ νομοί] h. l. de conj. Wilberg. Cf. infra § 31. Ἑπτάνομοι h. l. codices plurimi, Ἑπτανομία PRVWX, Ἑπτανομίς ed. pr. Regio hoc nomine neque in vett. monumentis Æg. neque ab Agatharchide et Strabone et Plinio commemoratur. Strabo 17, 1, 3

Νομοί· καί ἐστι πρῶτος νομὸς **Μεμφίτης** καὶ μητρόπολις ἀπὸ δύσεως τοῦ ποταμοῦ

Μέμφις ξα' ∠γ'' κθ' ∠γ''

καὶ ὁμοίως ἀπὸ δύσεως τοῦ ποταμοῦ μεσόγειος πόλις

Ἀκανθῶν ξα' γο'' κθ' γο''

26. Εἶτα καθ' ὃ μέρος σχίζεται ὁ ποταμὸς ποιῶν νῆσον τὸν **Ἡρακλεοπολίτην** νομόν ξβ' κθ' ∠δ''

καὶ ἐν τῇ νήσῳ

Νείλου πόλις μεσόγειος ξβ' κθ' ∠

dicuntur, atque primus est *Memphites* nomus et metropolis ad occidentalem fluminis ripam

Memphis 61° 50' 29° 50'

atque item ad occasum a fluvio in media terra oppidum

Acanthôn 61° 40' 29° 40'

26. Deinde qua parte scinditur fluvius insulam efficiens *Heracleopoliten* nomum 62° 29° 45'

et in ea insula

Nilopolis in media terra 62° 29° 30'

---

33. Εἶτα Δωδεκάσχοινος, ἧς ἀπ' ἀνα-

deinde Chnubis	62°	25°
deinde Ilithyiæ oppidum	62° 5'	24° 45'
dein Toum mediterran.	62° 15'	24° 20'
deinde Ombi	62°	24° 5'
deinde Syene	62°	23° 50'

33. Deinde *Dodecaschænus*, a qua orien-

recenset, quæ ægyptiace dicta sit *Hof* vel *Ta-hof*. ‖ — 1. Χνουβίς] Χνουβίδος ΦΨ Arg. *Chubisus* ed. Ulm., *Achnubis* ed. Rom., Χνουμίς ed. pr. Oppidum (æg. *Pa-Chnum*) e regione Latopolis ponitur, ubi nunc ruinæ *Hellah* dictæ. Ibidem fuerit statio *contra Lato* Itinerarii p. 163. Cf. Brugsch. p. 173. ‖ — 2. Εἰλειθυίας] de conj. Wilberg.; Ἐλληθυίας PRVW ed. pr., Ἐλιθυίας X; in celeris : Εἰλείθυια, Εἰλιθυία, Ἐλλείθεια, Εἰλείθια, in lat. edd. *Elithyia*. *Elithia*, *Elichia*. — Brugschius : « III nome *Ten* (supprimé à l'époque grecque). Chef-lieu *Dema Hab*, la ville de la déesse *Hab*, i. e. Lucina. » Cf. idem *Geogr*. p. 171. De urbe v. Strabo 17, 1, 47, Steph. Byz. s. v., Diodor. 1, 12, 6, Plinius 5, 60 (*Leucotheæ oppidum*), Eusebius Pr. Ev. 3, 12. Hodie *el Kab*. ‖ — 3. Τόουμ] sic PRVW ed. pr., τὸ οὖ (sic) X, *Thoi* Vic., Τόου cett. ‖ — κδ' γ''] 22 1/3 ed. pr. Oppidum hod. *Toum*, Nilo proximum, ap. Ptol. longius ab eo dissitum. ‖ — 4. Ὄμβοι] Ὀμβοί ABDEZ, Ὄμβροι X ed. pr. ‖ — κδ' ιβ''] 24 1/6 ed. Vic. De urbe (hod. *Kom Ombo*) v. Itin. p. 165, 1 (*Ombos* et *Ambos* codd.), Tab. Peut. (*Ombos*), Rav. p. 133, 12 (*Ommos*), Steph. Byz. v. Ὄμβοι (Ὄλβοι codd.), Juvenal 15, 35 (*Ombos*), Not. Dign. 1, p. 75 (*Ambos*), Hierocles p. 732 (Ὄμβροι), Ælian. N. An. 10, 21. Ombites nomus notus est ex Plinio et numis et titulis n. 4859 : ἐν τῷ Ὀμβίτῃ νομῷ, n. 4811. 4923. 5099 : στρατηγὸς τοῦ Ὀμβείτου, n. 5075, 5076 : στρατηγὸς τοῦ Ὀμβείτου καὶ τοῦ περὶ Ἐλεφαντίνην καὶ Φίλας, n. 5069 : στρατηγὸς Ὄμβου, Ἐλεφαντίνης, n. 5106 : στρατηγὸς Φιλῶν τοῦ [Ὀμβε]ί[του]. Cf. n. 4077 quem citavi p. 724, 9. Sec. Brugschium Ombi regio est αὐτόνομος, *Nub* (i. e. auri) dicta, cujus caput *Nubi*, i. q. Ὄμβοι. — Inter Thebarum et Syenes parallelos Ptolemæus 1° 40' computat satis recte ; intermediæ vero positiones esse debebant : Ilithyiæ 24° 55' (pro 24° 45'), Omborum 24° 15' (pro 24° 5'). Herodotus 2, 9 a Thebis Elephantinen 1800 stadia esse dicens computavit 30 schœnos stadiorum 60, ubi computandi erant 30 schœni stadiorum 30. ‖ — 5. Συήνη] Σουήνη CPRW, Σοήνη XZΦΨ Arg. Vic., *Siene* ed. Ulm. — Brugschius in nomorum geogr. : « District égyptien *Tep-ris*, « commencement du midi ». Chef-lieu *Abu*, le pays de l'éléphant, Éléphantine ; auj. *Gesiret Aswan*. — Autre ville : *Suonnu*, *Aswan*, Σουαν copt., *sun* en hebr., Syene. » — Parallelus Syenæ (23° 50') in Syntaxi math. accuratius 23° 51' 20'' ; nobis jam est 24° 5'. — Urbs in eodem meridiano ponitur in quo prima Nili fissura (62° 30°), quamquam revera Syene 1 1/2 gradu ab ea ortum versus distat. Similiter statuerit Strabo 17, 1, 4, qui Nilum in Ægypto usque ad Delta per 4000 stadia uno alveo ἐπ' εὐθείας delabi refert. In Ptolemæi tabula a Syene ad Nili fissuram sunt 6° 10' sive 3085 stadia sec. lineam directam ; sin juxta flexus fluvii metiaris, obtines c. 4000 stadia. Ego juxta fluvium a Syene ad Delta metior c. 4100 stadia. Inde Alexandriam sunt fere 1000 stadia. Eratosthenes vero 5000 stadia ab Alexandria Syenen computavit sec. lineam rectam, ita ut Syenen (quæ ab Alexandriæ meridiano tres fere gradus distat) et Alexandriam sub eodem meridiano posuisse perhibeatur (v. Cleomed. cycl. theor. 1, 10. Berger *Geogr. fragm. des Eratosthenes* p. 122). — Sec. Itin. p. 124, 7 ab Alexandria ad Hieram Sycaminum computantur 762 m. p., a quibus si dempseris dodecaschœni m. passus 90, via ab Alexandria Syenen foret 672 m. p. sive 5376 stadiorum. Alias mensuras, de quibus v. Plinius 6, 59 et Herodotus 2, 9, sciens omitto. ‖ — 6. εἶτα] ἔπειτα FLSXZΩϽ. ‖ — Δωδεκάσχοινος] Δωδεκασχοίνου ADFLMNOSΔΞΩ, *Dodecaschini* ed. Rom.; πόλεως add. A — Nubiæ tractus Ægypto adscriptus, qui a Syene ad Tacompso et Hieram Sycaminum per 12 schœnos (90 m. p., 720 stadia) pertinebat, ægyptiace *To-Kens* vel brevius *Kens* vocabatur ; idem nunc *Wadi Kenûs*, atque insula cataractæ minori vicina *Djesiret Konosso* appellatur. Prima Dodecaschœni mentio apud Herodotum 2, 29. Deinde vero huc pertinent inscriptiones in Isidis templo Philæ insulæ Ptolemæi VII Philometoris I et Tiberii imp. temporibus exaratæ, secundum quas Isidi dedicantur duodecim *ar* (i. e. schœni) ab occidente fluvii totidemque ab oriente ejus, quæ sint a regione *Tekems* (cf. Ταχέμψω, Ταχομψώ, Τάκομψος, Χομψώ) usque ad urbem *Sunnu* (i. e. Syenen). V. Brugsch *Geogr. d. alt. Æg.* p. 70. Herodotus 2, 29 de his ita habet : ἀπ' Ἐλεφαντίνης πόλεως ἄνω ἰόντι ἀναντές ἐστι χωρίον ... Τοῦτο ἐπ' ἡμέρας τέσσερας πλόος, σκολιὸς δὲ ταύτῃ κατάπερ ὁ Μαίανδρός ἐστιν ὁ Νεῖλος· σχοῖνοι δὲ δυώδεκά εἰσι οὗτοι τοὺς δεῖ τούτῳ τῷ τρόπῳ διεκπλῶσαι· καὶ ἔπειτεν ἀπίξεαι ἐς πεδίον λεῖον, ἐν τῷ νῆσον περιρρέει ὁ Νεῖλος· Ταχομψὼ οὔνομα

τολῶν εἰσὶν Ἄραβες καλούμενοι Ἀδαῖοι· ἐν οἷς ἀπ' ἀνατολῶν τοῦ ποταμοῦ μετὰ τὸν Καταῤῥάκτην τὸν μικρὸν

tem versus sunt Arabes Adæi; in quibus ad orientalem fluminis ripam post Cataracten minorem

---

αὐτῇ ἐστί. Οἰκέουσι δὲ τὰ ἀπ' Ἐλεφαντίνης ἄνω Αἰθίοπες ἤδη, καὶ τῆς νήσου τὸ ἥμισυ, τὸ δὲ ἥμισυ Αἰγύπτιοι. (Cf. Steph. Byz.: Χομψώ, νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ, μέση Αἰθιοπίας καὶ Αἰγύπτου, ὡς Ἡρόδοτος δευτέρᾳ). Ἔχεται δὲ τῆς νήσου λίμνη μεγάλη, τὴν πέριξ Νοβάδες (Νομάδες codd.; em. Rawlinson) Αἰθίοπες νέμονται· τὴν διεκπλώσας ἐς τοῦ Νείλου τὸ ῥέεθρον ἥξεις, τὸ ἐς τὴν λίμνην ταύτην ἐκδιδοῖ. [Cf. Mela 1, 51 : *in immanem lacum devenit, ex quo præcipiti cursu egressus et Tachempso alteram insulam amplexus usque ad Elephantinen..., atrox adhuc fervensque decurrit.*]. Parum accurata hæc narratio est. Nam tortuosus Nili tractus, per quem funibus naves adverso flumine trahendæ erant, nonnisi a Syene ad Philas pertinet. Igitur Tachompso, quæ post eum tractum sequitur, foret aut *Djesiret Konosso* aut Philarum insula, quæ sec. Strabonem erat κοινὴ κατοικία Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων, quod idem de Tachompso insula Herodotus narrat. Nomen vero Tachompso ad hanc insulam transferri potuit ab adjacentibus utrinque vicis vel oppidis, de quibus v. Stephanus Byz.: Τάχομψος, κώμη ἐν τοῖς ὁρίοις Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων πρὸς τῇ Φιλίᾳ τῇ (Φιλάτῃ?) νήσῳ, ὡς Ἀρισταγόρας ἐν Αἰγυπτιακῶν πρώτῃ. Bion ap. Plinium 6, 178 : *A Syene, prius Arabiæ latere, gens Catadupi, deinde Syenitæ, oppida Tacompson, quam quidam appellaverunt Thaticen* (*Ethiczen* v. l.; hod. *Qalat Tad?*), *Aramam* (*Wadi Barambran*), *Sesamus* etc. Idem 6, 179 : *Iuba aliter : oppidum in monte Megatichos inter Ægyptum et Æthiopiam, quod Arabes Mirsion vocaverunt, dein Tacompson, Aramum, Sesamum.* Idem 6, 180 : *Ex Africæ latere tradita sunt eodem nomine Tacompsos altera sive pars prioris, Moggore* (ad *Djesiret Morgos*) etc. — Herodotus hanc Tacompso confudisse videtur cum altera Tacompso, quæ erat ad australem Dodecaschœni terminum, ubi *Takems* regionem ex titulis novimus et Ptolemæus habet Ταχομψώ seu Μεταχομψώ oppidum e regione Pselcis (h. *Dakkeh*) oppidi, et in Nilo insula exstat, quæ fuerit Ταχεμψώ, νῆσος Αἰθιοπίας πρὸς τῇ Λιβύῃ, Stephani Byzantii. Simili confusione Ptolemæus Hieram Sycaminum, quæ reapse erat australi Tacompso propinqua, in borealis Tacompso (cujus non meminit) viciniam ponit præpostere. — Magnus ille lacus in hac regione frustra quæritur. Sec. Rawlinson ad Herod. « the large lake was merely the open Nile. » Ni fallor, temere Herodotus huc traxit quæ de alio lacu quodam inaudiverat. Scilicet lacus quem Nobades accolunt, non diversus est ab eo quem infra Hieram Sycaminum pictam habes in Tabula Peuting., ubi vocatur *Nusap* (i. q. Nubas palus Ptolemæi) *palus similis Mæotidi, per quam Nilus transit.* Cf. infra cap. 6 § 4 not. In eadem Tabula Peut. a Syene ad Hieram Sycaminum nonnisi 48 m. p. computantur. Nimirum duodecim schœnis stadiorum 60 temere substituuntur schœni stadiorum 30, adeo ut schœnus contineat 4 m. p. sive 4 × 7 1/2 stadia. De quo computo v. Fr. Hultsch *Gr. u. rœm. Metrologie* p. 282. Perversus hic compulus in Ptolemæi quoque tabula deprehenditur, in qua a Syene Metacompso sunt 40′ sive 375 stadia, 47 m. p. In Itinerario p. 161 et 164 complures distantiarum numeri corrupti sunt. Ut nunc habent, in Libyco Nili latere 80 m., in Arabico latere 71 m. p. colliguntur. Quod ap. Plinium 6, 184 legitur : *a Syene Hieram Sycaminum LIIII* (*LXII* var. lect.), librariis debetur. Pro LIIII scribendum est LXXXX, ut res postulat; ac sic demum ex singulis distantiis quæ a Syene Meroen esse in sqq. perhibentur, colligitur suma 977 m. p., quorum loco ipse Plinius collegit 976 (975. 974. 973 v. l.) m. p. ‖ — 1. καλούμενοι] om. SΩ. ‖ — Ἀδαῖοι] Ἀδέοι PBX ed. pr., *Adei* edd. Rom. Ulm. Apud Plinium 6, 168 post Berenicen commemorantur *Arabes Autei et Gebadei* (*Zebadei* v. l.). Cf. Ammian 22, 15, 9 de Nilo : *æstuans inundatione ditissima ad cataractas venit, e quibus præcipitans ruit potius quam fluit, unde Atos olim accolas usu aurium fragore adsiduo diminuto necessitas vertere solum ad quietiora coegit.* Alii *Autei* (Αὐταῖοι ap. Agatharch. in G. min. 1, p. 130) erant ad sinum Heroopoliten sec. Iubam ap. Plin. 6, 167, alii in Arabia Felice sec. Plin. 6, 158. — « A côté des Gebadei (de la grande tribu des Ababdèh) nous reconnaissons dans les *Autei Arabes* les Atagât de la haute Égypte (V. Iaubert, Nomenclature des tribus arabes, dans la description de l'Égypte, tom. XVI, p. 132, édition in-8°; Jomard, Observations sur les Arabes de l'Égypte moyenne, ibid. tom. XII, p. 271. » S.-Martin, *le nord de l'Afrique* p. 191. ‖ — ἐν οἷς ἀπ' ἀν. τοῦ π.] ἐν οἷς om. SΩ, ἀπ' ἀνατολῶν δὲ τοῦ τ. π. de conj. dedit Wilberg.; aut καὶ ἐν ᾗ ἀπ' ἀντ. π. scribi, aut verba εἰσιν Ἄραβες Ἀδαῖοι, ἐν οἷς ἀπ' ἀν. ejici voluit Grashofius; quum oppida quæ recensentur, non Arabum, sed Dodecaschœni sint. Ego nihil mutavi. Istud ἐν οἷς nihil aliud hoc loco significat nisi *in latere Arabico*. Eadem negligentia § 12 Troicus mons, etsi Nilo proximus, esse dicitur ἐν τοῖς Ἀραβαιγυπτίοις Ἰχθυοφάγοις, oræ maritimæ accolis. ‖ — 3. καταράκτην DΦΨ Arg. ‖ — P. 727, 2 κγ′ γο″] κγ′ γ″ ed. pr., κϛ′ γο″ ΦΨ[1]. De perversa

οὗ θέσις ξα' L''γ' κγ' L''δ''
Ἱερὰ Συκάμινος ξα' L''δ'' κγ' γο''
Φίλαι ξα' γο'' κγ' L''
Μετακομψώ ξα' γο'' κγ' ιβ''
ἧς ἀντικρὺς ἀπὸ δυσμῶν τοῦ ποταμοῦ
Ψέλκις ξα' L'' κγ' ιβ''

34. Νῆσοι δὲ τῇ Λιβύῃ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ παράκεινται ἐν μὲν τῷ Αἰγυπτίῳ πελάγει
Ἀηδονὶς νῆσος νβ' γο'' λα' L''γ''

qui situs est 61° 50' 23° 45
Hiera Sycaminos 61° 45' 23° 40'
Philæ 61° 40' 23° 30'
Metacompso 61° 40' 23° 5'
cui e regione in occidentali fluminis ripa est
Pselcis 61° 30' 23° 5'

34. Insulæ prope Libyam et Ægyptum jacent in Ægyptio mari
Aedonis insula 52' 40° 31° 50'

hac positione deque probabili erroris origine dixi in antecc. Mannertus pro more suo turbas interpolatoris stupori vindicat. Wilbergio versus 2 post versum 6 ponendus et in latitudine κγ' ιβ'' scribendum videtur. Grashofius servatis epocharum et numeris et ordine, oppidorum nomina transponenda et Φίλας primo, Μετακομψώ secundo, Ἱερὰν Συκ. tertio loco ponenda esse censet. — De Hiera Sycamino v. Plinius 6, 184. Philostratus Vit. Apoll. 6, 2 : ἀφικόμενος γὰρ ἐπὶ τὰ Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων ὅρια, Συκάμινον δὲ αὐτὰ ὀνομάζουσιν. Tab. Peut.: *Herasycamina*. G. Rav. p. 153, 13 : *Iera Sicamina*. Itin. p. 124, 7 : *Ab Alexandria Hiera Sycaminos usque* m. p. DCC LXII. Ibidem p. 162, 4 et p. 164, 2 Hierasycaminos in fluvii ripa Libyca 4 m. p. a Corte (h. *Korti*) austrum versus distare dicitur, ab Hierasycamino vero *trans Nilum* iter esse X (vel XI) m. p. ad stationem *Contra Pselcin*. Ab hod. *Korti* 4 vel 5 m. p. absunt ruinæ templi romani; haud longe inde in altera Nili ripa est *Maharraga*, ad quam exstitit templum Serapidis et Isidis, cujus tituli v. in C. I. n. 5111-5125. Ex his quum in n. 5110 legatur : προσεκύνησα τὸν ἐν Ἱερᾷ [Συκαμίν]ῳ κύριον Σάραπιν (modo recte suppletum sit), Brugschius *Geogr.* p. 159 et Franzius in C. I. Sycaminum in Arabico litore positam fuisse censent, adversante Itinerario. Quemadmodum Tacompso, sic fortasse etiam Hiera Sycaminos in utraque fluvii parte erat. ‖—3. Φίλαι] Φιλαί DFS. ‖—κγ' L''] κγ' ιβ'' ed. pr. Philæ non erant ripæ Arabicæ oppidum a Syene 20 m. p. distans, sed insula notissa 6 m. p. dissita. In Itiner. p. 164, 4 pro *III m.* legendum esse *VI m.* monuit Partheyus *De Philis insula* p. 3. Haud recte Strabo p. 819 a Syene ad Philas esse dicit σταδίους ὁμοῦ τι ἑκατόν, nisi forte flexuosi fluvii ambages computaverit. Parum accurate etiam Plinius 5, 59 : *ex adverso Syenes insulæ IV Philas DC m. p. a Nili fissura, unde appellari diximus Delta. Hoc spatium edidit Artemidorus*. Ceterum de Philis v. Strabo 1, 2, 33. 17, 1, 22. 49. 50. 54, Diodor. 1, 22, Plutarch. de Is. Osir. 20, Heliodor. 8, 1. 9, 6, Priscus in Fr. Hist. 4, p. 100, Olympiodor., fr. 37 (Fr. H. 4. p. 66), Seneca Qu. nat. 4, 1, Steph. Byz. v. Φίλα, Not. Dign. 1, p. 75, tituli in C. Inscr. 3, n. 4894-4946. De insula exigua juxta Philas sita, quæ Ἄβατος et Ἱερὸν πεδίον dicebatur, v. C. I. n. 4896, Seneca Qu. nat. 4, 2, Plutarch. l. l., Lucan. Phars. 10, 322. ‖ — 4. Μετακομψώ] Μετακομψῶ LMNOΔΞ, Μετακόμψω Z, Ταχομψώ X. ‖ — κγ' ιβ''] 23 1/6 ed. Rom. Metacompso Pselci objacens in Itinerario est *Contra Pselcis* statio. Quemadmodum ad initium Dodecaschœni Tacompso oppidum tum in Libyco tum in Arabico Nili latere fuisse supra vidimus, sic fortasse etiam in hac regione duo *Tachompso* seu *Chompso* sibi opposita erant, quorum alterum ab altero distinguebatur nomine Μετακομψώ (Κατὰ Κομψώ?). Certe quum prope Pselcis ruinas vicus sit qui *Dakkeh* vocatur, suspicari licet eo cum nomine componendum esse *Takems*, quod erat ægyptium nomen τοῦ Ταχομψώ. — 5. ἀντικρὺς] ἀντικρύ ed. pr. ‖ — 6. Ψέλκις] Ψελκίς PVWX ed. pr., Ψελλίς ΦΨ Arg. Ulm., *Pselis* ed. Vic. ‖ — ξα' L''] ex conj. Wilbergii; ξα' ς'' codd. ‖ — κγ' ιβ''] κγ' γο'' X. Pselcis ægyptiace *Pserk*, *Pselk*, *Selk* (i. e. scorpionum urbs, sec. Brugsch. l. l. p. 159). Ruinæ ad hod. *Dakkeh*. Tituli loci in C. I. 3, n. 5073-5109. In. n. 5106 : εἰς Ψέλκιν, n. 5103 : ἐν [Ψέλ]κει; n. 5078 : ἄναξ, Ψέλχιδος ὃς μεδέεις. Cf. Plinius 6, 181. Strabo 17, 1, 54 Ψέλχιν πόλιν Αἰθιοπικὴν dicit, sicut Aristides or. 48 p. 461 et 470 ed. Boiss. In Itin. p. 162, 2 *Pselcis* (p. 164, 2 : *Contra Selcis* cod. Escor., *Contra Pselcis* unus codex, *Contra Pselcos* plurimi.) In Tab. Peut. *Pselci*. ‖ — 7. τῇ Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Λιβύῃ ed. pr. ‖ — 8. Αἰγυπτίῳ] Αἰγυπτιακῷ ed. pr. ‖ — 9. Ἀηδονίς] Ἀηδωνίς ed. pr., Ἀειδονίς FN, Αὐδονίς Φ[1]Ψ, Ἀνδονίς Φ[2] edd. Arg. Ulm. ‖ — νβ' γο''] νβ' γ'' ed. pr. ‖ — λα L''γ''] om. L. Ἀηδονίς in Scylacis (108 p. 83) codice Αἰδωνία, in Stadiasmi (41, p. 442) codice Σιδωνία. Insula in Ptolemæi tabula a Petrante et a Chersoneso pari intervallo (c. 250 stadiorum ; revera 100 stad.) distat, sicut ap. Scylacem sita esse dicitur ἐν τῷ μέσῳ Πέτραντος καὶ Χερσονήσου. Cadit hoc in hod. *Bomba* insulam altam et saxosam quæ aptam navibus stationem præbet. Eadem apud Herodotum (4, 152:

Τυνδάριοι σκόπελοι τρεῖς	νε' ∠''γ''	λα' ∠''
Αἰνήσιππα νῆσος	νς' ∠''	λα' γο''
Φωκοῦσσαι νῆσοι δύο	νς' ∠''γ''	λα' ∠''
Πηδωνία νῆσος	νη' ∠''	λα' ∠''
Δίδυμαι νῆσοι δύο	ξ'	λα' ∠''
Φάρος νῆσος	ξ' γ''	λα' ιβ''
35. ἐν δὲ τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ νῆσοι αἵδε·		
Σαπφειρίνη νῆσος	ξδ' ∠''γ''	κη'
Ἀφροδίτης νῆσος	ξε' δ''	κε'
Ἀγάθωνος νῆσος	ξε' δ''	κγ' γο''

Tyndarii scopuli tres	55° 50'	31° 30'
Ænesippa insula	56° 30'	31° 40'
Phocussæ insulæ duæ	56° 50'	31° 30'
Pedonia insula	58° 30'	31° 30'
Didymæ insulæ duæ	60°	31° 30'
Pharus insula	60° 20'	31° 5'
35. in Arabio vero sinu insulæ hæ :		
Sapphirine insula	64° 50'	28°
Veneris insula	65° 15'	25°
Agathonis insula	65° 15'	23° 40'

146. 147. 169) Πλατέα νῆσος (Πλατεῖα et Πλαταιαί ap. Steph. Byz.), in qua Theræi per biennium degerunt indeque in Aziria, continentis locum ἀντίον τῆς νήσου positum, trajecerunt. Idem Πλατέα nomen sec. Stadiasmum erat continentis loco, quemadmodum hodie *Bomba* vocatur tum insula tum objectus ei 70 stadiorum intervallo occasum versus locus oræ maritimæ. Verba Stadiasmi 41 : ἀπὸ τοῦ Βατράχου εἰς Πλατεῖαν στάδιοι σν' (deb. ρν'). Πρὸς τῷ πελάγει κεῖται νῆσος καλουμένη Σιδωνία (ἔχει ὕφορμον θερινὸν φορτηγοῖς) ἀπὸ σταδίων λ' (leg. π'). Nihil erat cur verba corrupta esse conjicerem in not. ad Stad. p. 442. Verum in Scylace l. l., ubi hæc : ἐν δὲ τῷ μέσῳ Πέτραντος καὶ Χερσονήσου εἰσὶ Διδωνία καὶ Πλατειαί (an ἐστὶ Διδωνία ἢ καί?)· ὕφορμοι δὲ ὑπ' αὐταῖς εἰσί (ὕφορμος... αὐτῇ ἐστί?), aut auctoris errore aut librariorum culpa duo ejusdem insulæ nomina pro duabus insulis venduntur. Nam quod Barthius (*Wanderungen* p. 510) voluit, Aedonin Ptolemæi esse hod. *Seal* insulam humilem quæ ante Batrachum portum oræ proxima est, admitti nequit. ‖ — 1. Τυνδάριοι] Τυνδάρειοι S; νῆσοι ante v. τρεῖς add. WX ed. pr. ‖ — νε' ∠'' γ''] νε' ∠'' δ'' X ed. pr., νε' ε'' γ'' (sic) Φ, 42 1/2 1/3 ed. Vic. Cf. Scylax p. 82, Stadiasm. p. 436, Strabo 17, 1, 14 : Τυνδάρειοι σκόπελοι, νησίδια τέσσαρα ἔχοντα λιμένα. Hodie *Ishailah rochers*. ‖ — 2. Αἰνήσιππα] Αἰνησίππα FPVWΔΞΦΨ Arg., Αἰνισίππα SΩ, *Ænasipta* ed. Rom., *Enespita* ed. Ulm. Hodie *Matrou rochers*. Cf. not. ad p. 678, 4. ‖ — νς' ∠''] νη' ∠'' ΦΨ edd. Vic. Arg. ‖ — λα' γο''] λ' γ'' ed. pr.; λα' ∠'' ΦΨ edd. Vic. Arg. Ulm. ‖ — 3. Φωκοῦσσαι] sic X, Φώκουσαι Z, Φακοῦσαι S, Φωκοῦσαι cett. Insulæ in Stadiasmo 20, p. 435 Δελφῖνες vocantur. V. not. p. 678, 5. ‖ — 4. Πηδωνία] Πηδονία S, Τηδωνία X. Strabo 17, 1, 14 p. 679, 13 : Πηδωνία λιμένα ἔχουσα. In Stadiasmo 10, p. 432 insula quæ Pedoniæ continentis loco objacet, Μύρμηξ vocatur. V. not. p. 697, 8. — νη' γ''] sic ed. pr., νη' ∠'' cett., 59 1/2 ed. Ulm. ‖ — 5. Δίδυμαι] Sunt Chersoneso adjacentes insulæ duæ exiguæ. In Stad. § 2, p. 429 pro εἰς δυσμὰς legerim εἰς Διδύμας. Alias Διδύμας νήσους Stadiasmus habet § 12 p. 432. ‖ — 6. ξ' γ''] ξγ' ed. pr., ξ' δ'' D. ‖ — λα' ιβ''] sic X, λα' ∠'' LWΦΨ ed. pr., edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., λα' ς'' cett. ‖ — 7. Ἀραβίῳ] Ἀρραβίῳ LPRVWΦΨ, Ἀραβικῷ X, *Adriatico* Arg. ‖ — 8. Σαπφειρίνη] de conj.; Σαπφιρήνη X, Σαππετρίνη P ed. pr., Σαπειρίνη W, Σαππειρήνη DSZ, Σαππηρίνη A, Σαππηρήνη BE, Σαπείρη νῆσος L, Σασπειρήνη DMNOSΔΞΦΨ ed. Arg., *Saspirena* edd. Rom. Ulm., *Sasperena* ed. Vic. ‖ — ξδ' ∠'' γ''] ξδ' ∠'' δ'' ed. pr. Cf. Steph. Byz.: Σαπφειρίνη νῆσος ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ· ἐκ ταύτης ὁ σάπφειρος λίθος. In Plinio 6, 168 codices : *insulæ Sarapine*, *Scytala*. Est una ex insulis quæ Drepano promontorio austrum versus objectæ sunt. Fort. hod. *Jubal*. ‖ — 9. ξε' δ''] ξε' ADFLMNOSΔΩ2. *Insula Jambe* ap. Plin. 6, 168; hodie *I. Wady Jumaul* in Anglorum tabulis nauticis, *Wadig Algamal* (*Schœnheitsthal*) sec. Sprengel. *Geogr. d. alt. Arabien*, p. 16. Cf. supra not. p. 688. — 10. Ἀγάθωνος] Ἀγαθῶνος ΦΨ. ‖ — ξε' δ''] ξε' ADFLMNOSΔΩ2. ‖ — κγ' γο''] κγ' γ'' ed. pr., κδ' γο'' D. Hodie *Sebergel* vel *Zemergete*; Ὀφιώδης ap. Agatharchidem in G. M. 1, p. 170, 3 : ὃν (τὸν Ἀκάθαρτον κόλπον, qui est prope Berenicen) παραπλεύσαντι νῆσος ἔκκειται τῇ μὲν θέσει πελαγία, μῆκος δ' ἔχουσα σταδίων ὡς ὀγδοήκοντα, ἣν καλοῦσιν Ὀφιώδη, πρότερον μὲν γέμουσαν παντοίων ἑρπετῶν, ἐφ' ἡμῶν δὲ ἐλευθέραν τούτων. Ἐν δὲ ταύτῃ γίνεται τῇ νήσῳ καὶ τὸ καλούμενον τοπάζιον. Hinc *Topazon* insula vocatur a Iuba ap. Plin. 37, 108, ubi dici navigatione (c. 500 stadiis in Ptolemæi tabula) a continente abesse dicitur. Cf. Plinius 6, 169.

ΚΕΦ. ϛ'.

Λιβύης τῆς ἐντὸς θέσις

[Λιβύης πίναξ δ']

Ἡ ἐντὸς Λιβύη περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων ταῖς τε δυσὶ Μαυριτανίαις καὶ Ἀφρικῇ καὶ Κυρηναϊκῇ κατὰ τὰς ἐκτεθειμένας αὐτῶν μεσημβρινὰς γραμμάς·

ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν μέρει τῆς Μαρμαρικῆς κατὰ τὸν διὰ Δάρνεως πόλεως μεσημβρινὸν μέχρι τοῦ ἐκτεθειμένου τῆς Μαρμαρικῆς πέρατος καὶ ἔτι τῇ ὑπὸ τὴν Αἴγυπτον Αἰθιοπίᾳ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ μέχρι πέρατος, οὗ θέσις

να' δ'' νοτ. γ' ϛ''

ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῇ ἐντὸς Αἰθιοπίᾳ, ἐν ᾗ Ἀγίσυμβα χώρα, κατὰ γραμμὴν τὴν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου πέρατος ἕως τοῦ κατὰ τὸν Ἑσπέριον καὶ Μέγαν καλούμενον κόλπον τῆς ἐκτὸς θαλάσσης, οὗ θέσις ιδ' δ'

ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ Δυτικῷ Ὠκεανῷ ἀπὸ τοῦ εἰρημένου κόλπου μέχρι τοῦ τῆς Τιγγιτανῆς Μαυριτανίας πέρατος, οὗ ἡ παράλιος ἔχει οὕτως·

CAP. VI.

Libyæ Interioris situs.

[*Libyæ tabula quarta.*]

Libya Interior a septentrionali parte finitur utraque Mauritania et Africa atque Cyrenaica ad lineas eas, quas in meridianis harum finibus indicavimus;

ab ortu Marmaricæ parte ad meridianum per Darnin oppidum ductum usque ad expositum Marmaricæ terminum et deinceps Æthiopia infra Ægyptum sita ad eundem meridianum usque ad terminum, qui ponitur 51° 15' austr. 3° 10'

a meridie vero terminatur Æthiopia Interiore, in qua est Agisymba terra, ad lineam a termino quem modo diximus ductam ad alterum in externi maris sinu qui Hesperius et Magnus dicitur situm 14° 4°

ab occasu autem Oceano Occidentali ab eo quem diximus sinu usque ad Mauritaniæ Tingitanæ terminum, cuius maritima ora sic se habet :

Cap. VI. — 2. Λιβύης τῆς ἐντός] τῆς ἐντὸς Λιβύης AD. || — 3. ἐντὸς] om. ed. pr. || — 5. τε] om. ed. pr. Μαυρητανίας D. || — 8. μέρει] μέχρι X. || — 9. Δάρνεως] Δαρδάνου A, Δαρδάνεως DMOWXΔΞΦΨ Arg., *Dardanis* edd. Rom. Ulm. || — 12. μέχρι] om. L. || — 13. νότ. γ' ϛ''] ν. γ' ϛ'' XΦΨ, unde 53 1/6 in ed. Arg.; 23 1/6 edd. Vic. Rom. Ulm., haud expressa voce νότου. || — 14. Verba ἐν ᾗ Ἀγίσυμβα χώρα h. l. om. SΩ. De hac regione v. cap. 8, § 2 || — 17. καὶ om. PRVW. || — 18. θαλάσσης] μυχὸν add. DLMNOΔΞ℈[1], μυχοῦ F℈[2]. || — 18. οὗ θέσις] ἐπέχει μοίρας add. X. || — ιδ' δ'] ιδ' δ'' ed. pr., 14 1/4 edd. Arg. Lugd., 14 1/4 5 1/4 ed. Vic., 14 1/4 5 edd. Rom. Ulm. Post hæc in SΩ legitur : παρ' ἣν γραμμὴν ἔστι (ἔστη S) ἡ Ἀσίγυμβα χώρα. || — 20. μέχρι τοῦ] τοῦ om. ADLPRVWΞ℈, in N additum manu 2. || — 21. ἔχει] ἐπέχει X. || — In Libyæ ora occidentali, quæ inde ab Hannonis ætate cognita, nec ulterius austrum versus Ptolemæi tempore explorata erat, a Cote promontorio (*C. Spartel*, 35° 5' lat.) usque ad sinum Νότου κέρας ab Hannone appellatum et insulam Gorillarum seu potius Gorgadum [nam in Hannonis periplo pro ΓΟΡΙΛΛΑΣ scribendum esse ΓΟΡΓΑΔΑΣ probabiliter statuitur] sive ad hod. *golfe et île de Scherboro*, c. 7° 30' lat., secundum nostras tabulas sunt 28° 20' sive 17000 stadia, Ptolemæus vero a Cote pr. (35° 55') usque ad terminum australem (4° lat.) computat 31° 55', qui nobis sunt 26° 36' sive 15958 stadia. Differentia hæc in tanto tractu haud ita magna est, ac nullam fere habes si ipsius oræ longitudinem metiaris, quæ in Ptolemæi tabula sicut in nostris est c. 20000 stadiorum. Forma vero hujus oræ delineatur falsissime; nam quum reapse ora a *Cap Spartel* usque ad *Cap Vert* per duodecim fere longitudinis gradus occasum versus deflectat, in Ptolemæis tabula a meridiana linea ortum versus recedit. Præterea perverse Ptolemæus eam ita distribuit, ut borealis ejus pars ad Daradem usque fluvium pertinens justam longitudinem mirum quantum excedat, reliqua autem justo brevior sit. Mauretaniæ oræ longitudo quidem (c. 4800 stad. in Ptol.; c. 4200 stad. nobis) a vero haud ita multum abest, sed quoniam recta austrum versus excurrit, fit ut inter Cotis promontorii (35° 55') et Atlantis Majoris (26° 30') parallelos intercedant 9° 25' (= 7° 42' nobis), qui esse debebant 6° 12' (nobis 5° 10'). Deinceps Ptolemæus ingenti errore ab Atlante Majori (26° 30') ad Daradem fluvium (15°) gradus 11° 30' (= nobis 9° 35') computat, dum reapse a *Cap Ghir* (30° 40') ad *Drah* fluvium (28° 30') sunt veri gradus 2° 10'

= 2° 36′ Ptol.). Vivien de S.-Martin l. l. p. 405 ea quæ libr. 8, c. 17 de diebus maximis Autolalarum (23° 50′) et Iarzithæ (15° 30′) oppidorum traduntur, observationibus parum accuratis niti suspicatur, quibus fidens Ptolemæus oppidis illis et vicinæ regioni situm ineptum assignasset. At vix est dubium quin dies isti maximi, qui libro octavo recensentur, longe plurimi secundum latitudinis gradus in tabulis consignatos, haud vero hi secundum illos computati sint. Attendas potius in *Drah* fluvii parallelo sitas esse *Fuertaventuram* et *Teneriffam* (a quibus ceteræ insulæ Canariæ boream et austrum versus collocatæ sunt), similiter autem a Ptolemæo in Daradis fluvii latitudine (15°) poni Iunoniam insulam Fortunatam (15° 16′), dum reliquæ insulæ Fortunatæ (inter 20° 30′ et 27° 30′ lat. ab occasu ortum versus in nostris tabulis positæ) a Ptolemæo a borea austrum versus inter 16° et 10° ponuntur. Quomodo autem hæ insulæ e vera sua sede in meridiem deturbari potuerint, facile intelligitur ex distantiarum mensuris quas ex Statio Seboso prodit Plinius 6, 202 : *Sebosus*, inquit,... *Iunoniam* (hod. *Madeiram ; ad occasum versus* h. l. addere debebat) *abesse a Gadibus DCCL m. p.* (6000 stadia. E græco fonte Sebosus hauserit) *tradit ; ab ea tantundem ad occasum versus* (potius *meridiem versus*) *Pluvialiam Caprariamque:.. ab eis CCL m. p.* (2000 stad.) *Fortunatas contra lævam Mauritaniæ in octavam horam solis* (secundum tabulam qualem habes apud Geogr. Rav. p. 8. 162, qui in octavæ horæ segmine ponit Mauritaniam et *Egel* regionem circa hod. *Cap Agula*, Galinarium pr. Ptolemæi) *vocari Invallem a convexitate et Planasiam a specie.* Cum his conferendus est Ptolemæus, apud quem inter Gades (5° 10′. 36° 10′) et Iunoniam sive Ἥρας νῆσον τὴν κατ' Αὐτολάλας (8° 23° 50′) intercedunt 12° 20′, qui in eodem meridiano efficiunt 771 m. p. (6166 stad.), et paullo amplius si longitudinis differentiam computaveris. Hæc igitur sunt 750 m. p. seu 6000 stadia Sebosi. Distantia satis accurata a Gadibus versus occasum hibernum pertinet, adeo ut Iunonia sit in Soloentis pr. (*C. Cantin*) parallelo, qui in Ptolemæi tabula est 31° 15′. Ipse autem Ptolemæus, ut Libyæ oram in meridiem directam esse perperam statuit, sic etiam Iunoniam a Gadibus meridiem versus sub 23° 50′, in eodemque parallelo Autolalas, continentis oppidum, posuit. — Altera 750 m. p., quæ Sebosus ab Iunonia ad Pluvialiam et Caprariam (quas Fortunatis inss. Ptolemæus accenset) haud recte computat (nam revera nonnisi 300 m. p. sunt), in Ptolemæi tabula meridiem et occasum versus pertinent usque ad medias insulas Fortunatas. [Usque ad insulam maxime borealem (Inaccessam) sec. Ptolemæum sunt 5000 stadia, quot Iuba ap. Plin. 6, 203 computavit, at non itinere directo, sed ita ut a Purpurariis insulis (h. *Madeira* et *Porto Santo*) ex adverso Autololarum sitis (Plin. 6, 201) per 250 m. p. (2000 st.) *supra occasum navigetur, dein per 375 m. p.* (3000 stad.) *ortus petatur.*]. Igitur Ptolemæus distantiis, quales e Seboso traduntur, ita abusus est, ut Fortunatas insulas 5000 stadia ab Atlante Majori austrum versus removerit. Ac sic Daradis quoque fluvii ostium insulis illis objectum a boreali deserti initio ad meridionalem ejus regionem demigravit, ficticius vero tractus inter Mauritaniæ terminum et Daradem interjectus fluviis, oppidis, populis frequentatur, quorum plurimi aut ordine perverso ponuntur aut e Mauritania temere huc translati sunt. Recte quidem post Atlantem sequitur Subus fluvius, qui hodie est *W. Sous*, perperam vero hic fluvius confunditur cum Subure sive Sububo Mauritaniæ, quatenus qui sequuntur fluvii tres, Σάλαθος et Χούσαρις et Ὀφιώδης, mutatis paullulum nominibus, iidem sunt qui in Mauritania post Suburem sequuntur Σάλας et Κούσας et Φοῦθ. [Similes turbas in Scylacis periplo creavit Lixorum fluviorum confusio]. Ὀφιώδης nomen Græculus affinxerit fluvio regionis quam serpentibus infestam Mela 3, 100 dicit. Eum a Φοῦθ (hod. *Tensift*) non diversum esse ex eo quoque colligas quod Τάγανα urbs, in Ophiodis fl. parallelo inter mediterranea commemorata, aperte est hod. *Tugana* ad fontes *Tensift* fluvii, a *Marokko* urbe ortum versus. Porro Malachath et Byntha oppida qua a Sagapola monte ortum versus ponuntur, non diversa sunt a Malochath et Benta oppidis Mauretaniæ Tingitanæ (p. 590, 6 et 7). Deinceps Nuium et Massam fluvios (hod. *W. Massa* et *W. Noun*) ordine inverso ponendos fuisse patet. Eodem modo Γαλιναρία ἄκρα et Σολοεντία ἄκρα locum permutare debent. Soloentia igitur ab Ophiode fl. haud longe boream versus posita non differt a Soloente pr. quod a Phuth fluvio boream versus in Numidia est, Galinaria vero acra, inter Massam et Nuium fluvios collocata, est hod. *Cap Agula* ad oppidum cognomine (*Egelin* in Raven. p. 163, 18 in *Egel* regione). Autolalarum oppidum, utpote Iunoniæ insulæ (*Madeira*) objacens, circa Soloentem Mauritaniæ prom. ponendum erat. Itaque qui juxta Autolalas commemorantur Σιράγγαι seu Σηράγγαι sunt hodiernæ *Scheraghna* regionis inter *Tensift* et *Omerbia* fluvios. Mausoli, qui deinceps nominantur, quærendi sunt a Soloente austrum versus, ubi in Mauritania Ptolemæus novit Mysocaram portum, Hanno vero Καρικὸν τεῖχος. Proclivis igitur suspicio eundem Græculum qui Ὀφιώδους fluvii nomen finxit, ibi posuisse Μαυσώλους Κᾶρας (v. Steph. Byz. s. v. Μαύσωλοι). — Mandrus mons in quo Salathus, Chusaris, Ophiodes, Nuius, Massa fluvii oriuntur, est hod. *Idrar-nderen*, s. Adderim s. Dyris s. Atlas [Μάνδρον nomen fortasse ab eodem auctore profectum est cui Μαύσωλοι debentur; certe Μάνδρον et Μάνδρα nomen dei Carici esse nominaque ab

2. Μετὰ τὸ πρὸς τῇ Τιγγιτανῇ Μαυριτανίᾳ πέρας

Σούβου ποταμοῦ ἐκβολαί	θ'	κε'
Σαλάθου ποταμοῦ ἐκβολαί	θ' γο''	κβ'
Σάλαθος πόλις	θ' γο''	κβ'
Χουσάριος ποταμοῦ ἐκβολαί	ι'	κα' γο''
Γαλιναρία ἄκρα	θ' ∠''	κ' ∠''
Ὀφιώδους ποταμοῦ ἐκβολαί	ι'	κ'
Βάγαζα πόλις	ια'	ιθ'
Νουΐου ποταμοῦ ἐκβολαί	ι'	ιη' γ''
Σολοεντία ἄκρα	θ' ∠''	ιζ' ∠''
Μάσσα ποταμοῦ ἐκβολαί	ι' ∠''	ις' ∠''
Ἰάρζειθα πόλις	ι'	ιε' ∠''
Δάραδος ποταμοῦ ἐκβολαί	ι'	ιε'

2. Post terminum Mauritaniæ Tingitanæ

Subi fluvii ostia	9°	25°
Salathi fluvii ostia	9° 40'	22°
Salathus oppidum	9° 40'	22°
Chusaris fluvii ostia	10°	21° 40'
Galinaria promontorium	9° 30'	20° 30'
Ophiodis fluvii ostia	10°	20°
Bagaza oppidum	11°	19°
Nuii fluvii ostia	10°	18° 20'
Soloentium promontor.	9° 30'	17° 30'
Massæ fluvii ostia	10° 30'	16° 30'
Iarzitha oppidum	10°	15° 30'
Daradis fluvii ostia	10°	15°

eo derivata in locis quos Cares olim frequentaverant, obvia esse demonstrare studuit Letronnius in *Journ. des Sav.* 1846, p. 112 sqq., probantibus Moversio l. l. p. 551 et Knœtelio, *Der Niger der Alten*, *Glogau* 1866, p. 14]; Sagapola vero mons, e quo Subus defluit, est hod. *Dj. Gebelin*, in quo Subur Mauritaniæ fluvius maximus oritur. Ceterum confusio qua Libycæ oræ descriptio laborat, etiam longius serpsit. Nam qui a Darade austrum versus ponuntur Soloentii et Sophucæi et Anaticolæ absque dubio erant in Mauritania ad Soloentem pr. et in *Safi* regione et ad Anatin fluvium. ‖ — 1. πρὸς τῇ T. M.] πρὸς τὴν Τιγγιτανὴν Μαυριτανίαν X; μετὰ τῷ πρὸς τῇ T. M. πέρατι ΦΨ, μετὰ τὸ τῷ πρὸς τῇ T. M. πέρατι, οὗ θέσις Σούβου π. ἐκβολαί θ' κε' ed. pr. Olim fuisse μετὰ τὸ πρὸς τῇ T. M. παρακείμενον ὄρος τὸν Μείζονα Ἄτλαντα suspicatus est Grashofius. ‖ — 3. Σούβου] Σόβου ΦΨ Arg., *Sobi* ed. Ulm.; Σούσου BEZ, *Susi* ed. Vic., fort. rectius, siquidem hodie vocatur *W. Sous*. ‖ — ἐκβολή BEZ. De Subure Mauritaniæ v. p. 574. ‖ — 4. Σαλάθου] Cf. Mauritaniæ fluvius Σαλάτας, *Salat*, Σάλας, *Salensis fl.*, Σάληξ, Σάλγας p. 576, not. ‖ — θ' γο''] θ' γ'' MNOPSVΔΞ, θ' X. ‖ — 5. κβ'] 33 ed. Arg. ‖ — 6. Χουσάριος] Σουχάριος W, Χουσάϊος ΦΨ, Arg. Cf. Κούσας ποτ. p. 577, 2. ‖ — 7. Γαλιναρία] sic X, Γαναρία S, *Ganaria* edd. Rom. Ulm., Γαυναρία R, Γαυναρ.. ἄκρα PV (in V duæ literæ exesæ; in P spatium iis supplendis relictum), Χαυναρία ed. pr., Γανναρία cett. (Nomine tenus cf. hod. *Galinas* fluvius in *Sierra Leone*.) Hodie *Cap Agula*, ad quod oppidum est cognomine. ‖ — κ' ∠''] κζ' ∠'' ed. pr. ‖ — 8. Ὀφιώδους] Ἀφιώδους Φ, Ἀφιάδους Arg., *Aphiadis* ed. Ulm. ‖ — 9. Βάγαζα] sic BEZ, Βαγαζά ed. Arg., Βάγαζε ed. pr., Βαγαζί PRVWX, Βαγαζεί et Βαγαζεῖ cett. Bagaza oppidum fuerit ubi nunc est *Assa*, a quo ortum versus *Assaca* ad *Massa* s. *Messa* fluvium, qui est Μάσσας Ptolemæi, modo Massæ et Nuii nomina permutaveris. ‖ — 10. Νουΐου] *Nulii* ed. Ulm. Hodie *W. Noun*. ‖ — 11. Σολουεντία] Σαλουεντία ADFLMNOΔΞ. Ponenda erat ubi Γαλιναρία ponitur. ‖ — 12. Μάσσα] Cf. Agrippa ap. Plinium 5, 9 : *Masatos*, *flumen Masathat*, *flumen Darat*. ‖ — ις' ∠''] ις' ς'' D. ‖ — 13. Ἰάρζειθα] Ἰαρζείθα Ψ, Ἰαρζειθάπολις Φ, Ἰάρζιθα SX, Ἰάρζηθα ed. pr., *Jarzithi* ed. Vic., *Laizitha* ed. Rom. Urbs (10° long.) ab Alexandria (60° 30' long.) distat 50° 30' sive horas 3 1/3 1/30, γ' γ'' λ'', quorum loco lib. 8, c. 17 habes γ' γ'', neglecto λ''. Jarzitha 250 stadia a Darade fl. in ora mar. posita referri potest ad hod. *Zurata* prope ostium Nuii fluvii. Sec. Vivien de S.-Martin l. l. p. 372 : un lieu du nom *Terdjezit*, que nous trouvons marqué sur la carte de M. Renou, près de la rivière de Noun *dans l'intérieur* du pays, pourrait convenablement représenter *Jarzitha*. » Alia Ἰάρζιθα § 7 a Darade fl. austrum versus in mediterraneis (16° 20' 12° 15') notatur. Num revera ibi fuerit, quæritur. Certe qui in eadem regione populi commemorantur, aliunde huc transpositi sunt. ‖ — 14. Δάραδος] sic BEZX, *Daradis* edd. Vic. Rom., Γάραδος ΦΨ Arg., *Garadis* ed. Ulm, Δάρατος ed. pr., Δαράδου cett. Cf. § 3 et 4. *Darat* ap. Plin. 5, 9. Daras (hod. *Drah*) idem est qui Lixus Hannonis. Quam Daradi Ptolemæus positionem perversam assignat, eandem Lixo dedit Cornelius Nepos (V. not. p. 574). Miro errore fontes fluvii Ptolemæus § 3 in Capha monte, cujus medium sit 17° 50', collocat, ab ostio quinque gradibus austrum versus; nam bene constat Daradem ex Atlante defluere austrum versus et deinde in occasum se convertere. Quod in Ptolemæi tabula notatur Nigiris fluvii diverticulum ἐπὶ τὸν Δάραδα κατὰ δύο θέσεις 21° 17° et 21° 23° 30', pars ipsius Daradis

Μέγας Λιμήν	ι'	ιδ'	Magnus Portus	10°	14°
Βάβα πόλις	ι' L''	ιγ'	Baba oppidum	10° 30'	13°
Ἀρσινάριον ἄκρον	η'	ιβ'	Arsinarium prom.	8°	12°

esse debebat. Oppida prope hujus ἐκτροπῆς initium et finem posita (§ 9), Θίγγη 21° 17° 20' et Ἀνυγάθ 20° 30' 14° hodie sunt *Tisgi* (31° 20' lat.) et *T-ameghat* (31° 10') juxta Daradem superiorem. Opinionem de Darade in Capha monte oriundo explicaverim ex conflatis duobus placitis, quæ erant de monte ex quo hinc Nilus, illinc fluvius oceani Atlantici nascebantur. Alii enim, ut Vitruvius et Iuba, Nili initium quærebant in Atlante Mauritaniæ, ex quo Daras quoque oritur; alii, ut Aristoteles (Meteorol. 1, 13, 22), ex Argyro monte hinc Nilum, illinc Chremetem fluvium maximum (Stachirem Ptolemæi, hod. *Senegal*) descendere statuebant. Jam vero τὸ Ἀργυροῦν ὄρος Aristotelis haud dubie est ὁ Κάφας Ptolemæi, qui punice potius Κασάφ dicendus erat, a voce *Kasaph* (album, candidum esse), unde *Keseph* (argentum), sicut ἄργυρος ab ἀργός. Itaque auctor, quo Ptolemæus usus est, in Chremetis vicini locum Daradem substituit, qui et ipse, secundum alios, Nili fontibus in Atlante proximus erat, in Ptolemæi vero tabula ab Atlante Mauritaniæ longissime austrum versus in Stachiris viciniam detruditur. Stachir sane fluvius ap. Ptolemæum § 3 non ex Capha, sed ex Rysadio monte deducitur, at quoniam Stachiræ fluvii accolæ ad Capham usque pertinuisse dicuntur (§ 5), Caphas fuerit Rysadii montis proximi continuatio aut potius aliud nomen ejusdem montis, qui nunc vocatur *Dj. Abiad*, i. e. mons albus, quam significationem etiam Caphas (Casaph) nomini vindicavi. ‖ — 1. Μέγας λιμήν] Secundum distantiam a *Drah* fluvio indicatur hod. *porto Cansado* (28° 16' lat.), « une grande baie fermée que les anciens Espagnols nommèrent *Mar Pequeña*, Petite Mer. » Vivien p. 375. ‖ — 2. Βάβα] sic X, Βαβία S, Βαβίβα ΦΨΩ Arg., Βάβιβα cett.; ἢ Βάβιγα add. A; *Babila* ed Ulm., *Babyla* ed. Rom. Idem oræ mar. oppidum e Ptolemæo notare videtur Marcianus ap. Steph. Byz.; Βάβαι, πόλις Λιβύης. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Ὁ πολίτης Βαβαῖος. Variæ lectioni subesse videntur formæ Βάβαι et Βάββα. — Βάβιοι inter Mandri montis accolas nominantur § 6. Locus secundum positionem quærendus foret ad hod. *Ras Iubi* seu *Djebi*. Attamen in hac ora deserti olim oppidum stetisse vix credideris. Nisi egregie fallor, Βάβα 10° 30'. 13° et quæ § 7 ab ea ortum versus ponitur Οὔβριξ 14° 20', 13° 20' ex Mauritania hunc translatæ sunt, ubi (p. 589 sq.) Βάβα 8° 10'. 34° 20' urbs mediterranea, *Babba colonia* ap. Plin. 5, 5, et ab ea ortum versus Οὔόβριξ 9° 20'. 34° 15' (an h. *Urika* ab hod. *Marokko* austrum versus?). ‖ — 3. Ἀρσινάριον ἄκρον] *Arsenarium* ed. Ulm. Nomine tenus cf. Ἀρσεναρία κολωνία (*Arsinna* Mela 1, 31) p. 595, 2 in ora Mauritaniæ Cæsariensis. Idem est promontorium quod *Surrentium* vocatur ab Agrippa apud Plinium 5, 10, ubi postquam ex Polybio (*qui Scipione res in Africa gerente ab eo accepta classe scrutandi illius orbis causa circumvectus est*) oræ mar. mensuras quasdam ad Atlantem (*C. Noun*) usque pertinentes attulerat, pergit hunc in modum : *Agrippa Lixum a Gaditano freto CXII abesse* (sc. *prodidit*), *inde sinum qui vocetur Sagigi, oppidum in promunturio Mulelacha, flumina Sububum et Salat, portum Rutubis a Lixo CCXXIIII, inde promunturium Solis, portum Rhysaddir, Gætulos Autololes, flumen Quosenum, gentes Selatitos* (*Selithas* sec. Ravenn.) *et Masatos, flumen Masathat, flumen Darat, in quo crocodilos gigni. Dein* (a Darat fl.) *sinum DCXVI m. p. includi montis Bracæ* (*Barcæ* v. l. et ed. Sillig.) *promunturio excurrente in occasum, quod appellatur Surrentium. Postea flumen Salsum* (*Stachir* s. *Trachir* ap. Ptolem.), *ultra quod Æthiopas Perorsos, quorum a tergo Pharusios. His jungi in mediterraneis Gætulos Daras, at in ora Daratitas, flumen Bambotum* (*Bombothum* cod. Leid.) *crocodilis et hippopotamis refertum. Ab eo montes perpetuos usque ad eum quem Theon ochema dicemus. Inde ad promunturium Hesperium navigationem dierum ac noctium decem. In medio eo spatio Atlantem collocavit, a ceteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditum.* — In his quum verba *Agrippa Lixum*, quæ optimi codices præbent, in nonnullis codd. et in Harduini editione omissa sint, permulti totam hanc oræ descriptionem ex Polybio petitam esse crediderunt, quamquam vel *Solis promunturium* et *Salsum flumen* auctorem latinum produnt, atque ex antecedentibus patet Polybium quoque inter eos fuisse qui Atlantem in extremis Mauritaniæ ponerent. (Ceterum de ista Polybii navigatione recte censet Vivien de S.-Martin l. l. p. 339. « Cette expédition, ait, n'était pas un voyage de découvertes. Les Romains ne songeaient guère à de telles entreprises... Scipion n'avait eu d'autre objet que de vérifier ce qu'il pouvait y avoir de fondé dans ce que rapportait la rumeur publique des nombreux établissements puniques dont la côte Atlantique aurait été couverte, et de recevoir, s'il y avait lieu, la soumission de ces colonies. ») Jam quæ a Darat fluvio ad Bracæ vel Barcæ montis promontorium computantur 616 m. p., pertinent ab hod. *Drah* fluvio ad *Cap Barbas*. Montis ejus meminit etiam Geogr. Ravennas p. 8 (*montes qui appellantur Bracæ*) et p. 161 (*montes Praxe*). Sinus quidem a *Drah* fluvio

Ῥυσάδιον ἄκρον	η' ∠''	ια' ∠''		Rysadium promontorium	8° 30'	11° 30'
εἶτα ἐν τῷ Ἑσπερίῳ κόλπῳ				deinde in Hesperio sinu		
Στάχιρος ποταμοῦ ἐκβολαί	θ' ∠''	ια'		Stachiris fluvii ostia	9° 30'	11°
Περιφώσιος λιμήν	ια'	ι' ∠''		*Periosius* portus	11°	10° 30'
Καθαρὸν ἄκρον	ιβ' ∠''	θ' ∠''		Catharum promontorium	12° 30'	9° 30'
Νία ποταμοῦ ἐκβολαί	ιγ' ∠''	θ'		Niæ fluvii ostia	13° 30'	9°

hucusque pertinens nullus est, at *sinus* nomine veteres geographos subinde abuti sæpius monui. Ceterum sinus mentio fuerit etiam in fonte Ptolemæi, qui a suo Darade fluvio ad Arsinarium prom. sinum habet cujus circuitus est 250, ostium 215 m. p. Ac quoniam Agrippa post Salsum flumen Perorsos posuit, ubi Ptolemæus quoque eosdem perperam collocavit, nescio an de Duradis quoque positione Agrippa et Ptolemæus eadem tradiderint, adeo ut sinus ille non sit DCXVI, sed CCXVI m. p. || — 1. Ῥυσάδιον] sic ΦΨ Arg., *Rysadium* edd. Rom. Ulm., *Risadium* ed. Vic.; Ῥυσσάδιον cett. codd. Infra § 3 præter Ῥυσάδιον et Ῥυσσάδιον varia lectio Ῥυσάδειρον, quæ fortasse præferenda; certe idem nomen habes p. 583, 1, ubi in boreali Tingitanæ ora Ῥυσάδειρον vel Ῥουσάδειρον oppidum promontorio adsitum. Rys-adion hodie vocatur *Rasabiad*, i. e. *Cap Blanc*, montis *Djebel Abiad* dicti. || — η' ∠''] η' ed. pr. || — 2. Ἑσπ. κόλπῳ] ὁ Ἑσπέριος καὶ μέγας καλούμενος κόλπος (v. § 1, p. 729, 17.), qualem Ptolemæus exhibet, ficticius est. || — 3. Στάχιρος] sic BEXZΦΨ Arg., Στάχειρος codd. plurimi, Σταχείρου A (sicut § 3 Στάχιρος ποταμός BEZΦΨ Arg., Στάχειρος ποτ. X), Τράχιρος ed. pr., fortassis rectius, quamquam § 6 in ed. pr., ut in codicibus, accolæ fluvii vocantur Σταχεῖραι (Σταχῖροι X). Indicatur hod. *Senegal* fluvii ostium boreale, *Marigot des Maringouins* dictum, cui a borea adjacens regio *Trarza* vocatur. In χιρ s. χειρ syllaba fort. latet γερ s. γειρ, quod aquam s. fluvium significat. Idem est *Salsum* flumen Agrippæ. Aut nomen hoc inditum ab eo quod maris fluxus longissime (usque ad hod. *Podor*, 60 leugas a mari dissitum) in fluvium ascendit, aut Agrippa in auctore suo pro Στάχιρος vel Τράχιρος legit Τάριχος, i. e. *Salsum*. Hannoni et Aristoteli (Meteor. 1. 13, 12) vocatur Χρεμέτης, per quem fluvium Hanno in lacum venit, cujus Ptolemæus quoque meminit. [Qui in tabulis nostris olim in hoc tractu commemorabatur *Rio de S.-Jean*, revera nullus est. Hinc corrigenda quæ de Chremete dixi in not. ad Hannonem.] — Sec. Vivien de S.-Martin l. l. Stachir fl. foret hod. *Sekyet* [quem a meridie in *Drah* fl. exire putavit sec. tabulas antiquiores; at nunc constat fluvium illum in mare egredi ostiumque ejus a *Drah* fluvii ostio 1000 fere stadia abesse austrum versus], Salsum flumen quoddam inter *Drah* et *Mar Pequeña* alicubi quærendum, Perphosius portus quidam inter *Cap Bajador* et *C. Blanc*, Nias vero hod. *Senegal*. Quæ quomodo cum veterum testimoniis conciliari possint, haud perspicio. Quæ de his regionibus statuerit Berlioux (*La terre habitable vers l'équateur de Polybe*. Paris 1884), cujus rationes a nostris in rebus plurimis toto cœlo distant, apud ipsum legas. || — 4. Περιφώσιος] sic ed. pr., Περφώσιος codd. plurimi, Περφώσγος BEZ, *Perphosgus* ed. Vic., Περφάσιος ΦΨ Arg., *Perphasius* ed. Ulm. « An *Perfossus?* » Sylburg in marg. ed. 2 annotavit, monente Wilbergio. — Hanno (§ 9, p. 8) per Chremetem fluvium (h. *Marigot*) in lacum (hod. *lac Caior*, Καιονίαν Ptolemæi) venit, cujus ad intimum recessum diei erat navigatio. Imminebant ei montes alti (*Rysadir*, i. e. mons altus, ap. Ptol.). Hinc in alium venit fluvium crocodilis et hippopotamis refertum (*Bambotum* Agrippæ, meridionale *Senegal* fl. bracchium, cujus ostium a boreali c. 400 stadia distat). Inde ad Cernen insulam (*I. Herne* ad *Rio d'Ouro*) reversus est. Denuo hinc profectus die duodecimo venit ad montes silvosos (*Cap Vert*, c. 6000 stadia ab *Herne* distans). His circumnavigatis post bidui cursum erat ἐν θαλάσσης χάσματι ἀμετρήτῳ, juxta quod planities patebat. Indicatur vastum æstuarium *Gambiæ* fluvii, a *Cap Vert* c. 900 stadia distans. Idem in Ptolemæi codicibus vocatur Περφώσιος s. Περίφωσιος λιμήν, scribendum vero esse censeo Περιώσιος (Περώσιος Hesych.), i. e. *ingens*, cui in Hannonis periplo ἀμέτρητος vox correspondet. || — 5. Καθαρὸν ἄκρον] Hodie *Cap Roxo* (12° 20' lat.), promontorium in hoc tractu præ ceteris conspicuum. || — 6. Νία] Νίας BEXZΦΨ Arg., ἐκβολή BEZ. Post *C. Roxo* proxime sequitur *Rio Cacheo*. Νίας Ptolemæi fuerit Νύσις Aristotelis in Meteor., 1, 13, 22: περὶ τὴν Λιβύην οἱ μὲν ἐκ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν (ῥέουσι) ὅ τε Αἰγὼν καὶ ὁ Νύσις (ὅ τε Αἰγὼν καὶ ὁ Νύσης ex Aristotele Basilius hom. 3. Cf. Geogr. Rav. p. 118, ubi fluvii recensentur: *Agon, Nisis, Chremetes, Nuchul qui et Eger* (i. q. *Ger*) *appellatur: Nilum vocitant*. Hesychius: ποταμὸς Ἄγωνος παρὰ τὴν Αἰθιοπίαν). — Αἰγὼν fortasse est *Rio Geba* vel proximus fluvius in Hesperi cornu (h. *Rio Grande*). Hanno in hoc tractu ignes nocturnos vidit et tibiarum cymbalorumque strepitum audivit. Alii eadem narrantes ibi noverunt Atlantem montem et Ægipanum et Satyrorum campos. Fortassis igitur cum his Ægipanum campis Αἰγὼν fluvii nomen

Ἑσπέρου Κέρας ἄκρον	ιγ'	η'	Hesperi Cornu prom.	13°	8°	
Μασιθόλου ποταμοῦ ἐκβολαί	ιδ'	ς' γο''	Masitholi fluvii ostia	14°	6°	40'
Ὑπόδρομος Αἰθιοπίας	ιδ'	ε' δ''	Hypodromos Æthiopiæ	14°	5°	15'

componendum est. In eadem regione Nysam urbem in Tritonidis lacus insula celebrant fabulæ, quas Diodorus 3, 68 narrat e Dionysio mythologo, qui sua se hausisse dicit e pervetusto poemate Thymœtæ Trojani, Laomedontis nepote, qui istas Libyæ plagas peragrasse dicitur. Fidem his non denegandam esse sibi persuasit Berlioux l. l. ‖ — ιγ' ∟''] 15 1/2 ed. Arg. ‖ — 1. Ἑσπέρου] Ἑσπερίου ed. pr. ‖ — 1. Κέρας] Χάρας ΦΨ, *Charas* ed. Vic. Apud Hannonem Ἑσπέρου κέρας non est continentis, sed oceani cornu, sinus magnus (*Rio grande*) in quo insula erat, quæ ipsa in λιμνοθαλάσσῃ aliam insulam complectebatur (*île Harang*), a montibus silvosis (*C. Vert*) septem dierum cursu, a magno illo maris hiatu quinque dierum, a sequente deinceps Theôn ochemate (*Mont Sagres*) quattuor dierum navigatione distans. Denique tres dies computantur ab eo monte ad sinum Νότου κέρας dictum (*golfe de Sherboro*), in quo γοριλλῶν (γοργάδων?) insula. Apud seriores geographos, κέρας voce deceptos, e *sinu* Hesperi evasit *promontorium*, quod a plerisque credebatur angulus esse, quo occidentalis Libyæ ora in meridionalem transiret. Ptolemæus vero, qui aliam Libyæ figuram sibi efformavit, tum magnum quendam *sinum* Hesperium, qualis revera nullus ibi est, finxit, tum *promontorium* Hesperium in medio illo sinu collocatum. Plinius 6, 197 promontorium eodem in loco posuit, ubi Hanno sinum habet. *Sita est*, inquit, *Æthiopia ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. A media ejus parte imminens mari mons excelsus æternis ardet ignibus. Theon ochema dictus Græcis* (cf. ib. 2, 238), *a quo navigatione quatridui promontorium Hesperu ceras vocatum, confine Africæ juxta Æthiopas Hesperios. Quidam et in eodem tractu modicos colles amœna opacitate vestitos Ægipanum Satyrorumque produnt* (Cf. Hanno 14 p. 11). Similiter Mela 3, 94, ab ortu occasum versus procedens, primo loco commemorat litoris flexum et sinum in qua, teste Hannone, est insula feminarum hirsutarum (= Νότου κέρας et Gorillarum insula), dein Theon ochema, Panum Satyrorumque campi, Æthiopes Hesperii et contra eos insulæ Gorgades, domus aliquando Gorgonum (Has igitur a Gorillis Hannonis distinguit). « *Ipsæ terræ* (ibi) *promunturio cui Hesperi ceras nomen est finiuntur. Inde incipit frons illa quæ in occidentem vergens mari Atlantico adluitur.* » — Secundum Agrippam ap. Plinium l. l. a Theon ochemate (ortum vel austrum versus) ad promontorium Hesperium est navigatio dierum ac noctium X, et medio hoc spatio est Atlas mons. (Dicendum erat *dierum ac noctium II*, quum Hanno et Plinius 6, 197 eam distantiam recte prodant esse dierum quattuor. Præterea Hesperium prom. ponitur ubi Theon ochema ponendum erat et vice versa.) — His adde quæ Plinius prodit 6, 199, ubi de insulis sermo est : *Traditur et alia insula contra montem Atlantem et ipsa Atlantis appellata. Ab ea V* (debebat : II) *dierum præternavigatione solitudines ad Æthiopas Hesperios et promontorium quod vocavimus Hesperu ceras, inde primum circumagente se terrarum fronte in occasum ac mare Atlanticum. Contra hoc quoque promontorium Gorgades insulæ narrantur, Gorgonum quondam domus* (cf. Mela l. l.), *bidui navigatione a continente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetravit in eas Hanno* (Hannonis insula Gorillarum in Notu cornu erat). *Ultra has etiamnum II Hesperidum insulæ narrantur* (insula insulam includens in Hesperu cornu sec. Hannonem); *adeoque omnia circa hæc incerta sunt, ut Statius Sebosus a Gorgonum insulis* (in Notu cornu Hannonis positis), *præternavigatione Atlantis* (ejus sc. quem Agrippa inter Theon ochema et Hesperi cornu medium posuit) *dierum XL* (debebat : *VII*; tot certe sunt sec. Hannonem a Notu cornu ad insulas in Hesperu cornu) *ad Hesperidum insulas cursum prodiderit, ab his ad Hesperu ceras unius.* — Vides nihil his omnibus inesse quo probetur quod cum aliis multis ipse olim (in not. ad Hannon.) putabam, Hesperu ceras nomine veteres designasse hodierum *Cap Vert*, inde a quo revera ora Libyca ortum versus deflectit. Quæ Diodorus 3, 68, 2 de nomine Ἑσπέρου κέρας fabulatur, ad nos nihil pertinent. ‖ — 2. Μασιθόλου] *Massitholi* ed. Lugd., Μασοθίλου ΦΨ Arg., *Masotholi* ed. Vic. Cf. § 3. In Ω hic versus ad inferiorem paginæ marginem legitur; hinc in S in textum illatus est post vs. 3. ‖ — ιδ' ς' γο''] ιδ' ∟'' ς' γ'' ed. pr.; 14 1/6 2/3 (sic) Arg. Fluvius aliunde non notus, quem Ptolemæus ex Theon ochemate in mediterraneis collocato defluere dicit § 3, ad hod. *rio Sangarcah* referri potest. De nomine cf. Movers p. 534 not. ‖ — 3. Ὑπόδρομος] Ἱππόδρομος CPRVW, *Hippodromus* ed. Vic., *Hyprodomus* ed. Ulm. Cf. Anonym. geogr. in Geogr. min. 2, p. 498 : κατέχουσι πρὸς μὲν τῷ Αἰθιοπικῷ καλουμένῳ Ὑποδρόμῳ Ἱπποφάγοι (leg. Ἰχθυοφάγοι ex Ptol. c. 8, 12), ὧν μεσημβρινώτεροι οἱ κοινῶς καλούμενοι Ἑσπέριοι, τούτων δὲ ἀνατολικώτεροι Ἀθάκαι. ‖ — ε' δ''] ιε' δ'' X, ιε' ∟'' ed. pr. — Ὑπόδρομος, *recessus*, *locus stationi aptus*. Sæpius eo vocabulo utitur Philo, ut vol. 1, p. 517, 21 : ναυ-

3. Ὄρη δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ ταύτῃ κατωνόμασται τό τε Μάνδρον ὄρος, ἀφ' οὗ ῥέουσιν οἱ ἀπὸ Σαλάθου ποταμοῦ μέχρι Μάσσα ποταμοῦ ποταμοί, οὗ τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας

ιδ' ιθ'

καὶ τὸ καλούμενον Σαγάπολα ὄρος, ἀφ' οὗ ὁ Σοῦβος ποταμὸς ῥεῖ, οὗ τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας

κ' γ'' κβ'

καὶ τὸ Ῥυσάδιον ὄρος, ἀφ' οὗ ὅ τε Στάχιρ ποταμὸς ῥεῖ ποιῶν πρὸς αὐτῷ λίμνην Καιονίαν καὶ ὁ Νίας ποταμός, οὗ τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας

ιζ' ια'

καὶ τὸ καλούμενον Θεῶν Ὄχημα ὄρος, ἀφ' οὗ ὁ Μασίθολος ποταμὸς ῥεῖ, οὗ τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας

ιθ' ε'

καὶ ὁ Κάφας ὄρος, ἀφ' οὗ ὁ Δάρας ποταμὸς ῥεῖ, οὗ τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας

ιζ' ι'

3. Montes in hac Libya sunt insigniores Mandrus mons, ex quo defluunt Salathus fluvius et deinceps ceteri usque ad Massam fluvium; cujus montis medium situm est

14° 19°

et qui Sagapola mons appellatur, ex quo Subus fluvius profluit; eius montis medium situm est 20° 20' 22°

et Rysadius mons, ex quo oriuntur et Stachir fluvius paludem haud procul a monte efficiens Cæoniam et Nia fluvius; eiusque montis medium est 17° 11°

et Theon Ochema qui dicitur mons, ex quo Masitholus fluvius profluit, cujus montis medium est 19° 5°

et Caphas mons, ex quo oritur Daras fluvius; eiusque montis medium situm est

17° 10°

λογωτάτοις ὑποδρόμοις καὶ λιμέσιν ἐνορμίσασθαι ἐπειγόμενος. Idem de vit. Mosis lib. 3 : ὑπόδρομος εἰς καταφυγὴν οὐδείς. De const. princ.: ἐμπόρια καὶ λιμένας καὶ ὑφόρμους καὶ ὑποδρόμους. Citantur hæc in Steph. Thesaur. s. v. Hypodromus ille eum locum obtinet quem in Hannonis periplo sinus Νότου κέρας dictus. Apud Strabonem 16, 4, 14 Νότου κέρας vocatur τὸ τελευταῖον ἀκρωτήριον cognitæ oræ orientalis. Scilicet nomen huc ex Hannone translatum est ab iis qui Hannonem totam Libyæ oram meridionalem præternavigasse putabant (v. Geogr. min. 1, p. XXVIII). Ex antiquiore geographia hoc Libyæ promontorium præpostere servavit Ptolemæus 4, 7, 4. ‖ — 1. ἐν τῇ Λ. τ. κατων.] κατων. ἐν τῇ Λ. Λ. ‖ — 2. τε Μάνδρον] τε Μάνδρου FN, Τέμανδρος Arg. *Temandrus* edd. Vic. Rom. Ulm. Cf. not. p. 731. ‖ — 3. Μάσσα] Μάσα C, Μάδα PV. ‖ — ποταμοῦ ποταμοί] sic ed. pr.; ποταμοῦ om. BESZΩ; ποταμοί om. cett. ‖ — 4. μοίρας] om. Φ ed. pr. ‖ — 5. ιδ' ιθ'] κγ' κβ'' ΦΨ, 23. 22 ed. Arg.; 24 (omisso altero numero) ed. Vic. ‖ — 6. Σαγάπολα] Σαλάπολα ed. pr. Hod. *Dj. Gebelin*. ‖ — 7. Σοῦβος] *Sobos* ed. Rom.; μοίρας om. X. ‖ — 8. κ' γ''] sic (20 1/3) ed. Vic.; κγ' ΦΨX, ιγ' cett. quod ferri nequit; ιη' de conjectura scripsit Wilbergius. ‖ — 9. Ῥυσάδιον] Ῥυσσάδιον ABCDEZΞ, Ῥισάδειρον ΦΨ, Ῥισάδειρος Arg., *Risadius* ed. Ulm. Cf. p. 733, 1. ‖ — Στάχιρ] Σταχίρ h. l. codices plurimi (cf. p. 733, 3), Στάχιρος BEZΦΨ Arg., Στάχειρος X, *Stachirus* edd. Vic. Rom. Ulm., Στάχυς F; τε om. A. ‖ — 10. αὐτῷ] αὐτὸ Ξ, αὐτὸν Φ, τὴν πρὸς αὐτῷ PV, τὴν παρ' αὐτῷ W. ‖ — λίμνην Καιονίαν] sic X, λίμνην Κλονίαν cett. Malim Καιονίαν λίμνην. Hodie *lac Caior*. Deinde verba καὶ ὁ Νίας ποταμός Wilbergius inseruit, quoniam alterum fluvium h. l. commemoratum esse τε particula arguit. Verba hæc, quæ post v. Καιονίαν facile omitti poterant, ad marginem suppleta fuerint, unde in textum præter ordinem illata sunt post vocem Δάρας vs. 16 in SΩ, post vs. 3 p. 736 in ADLMOΞ. Credi possit lacus nomen non appositum fuisse atque Καιονίαν natum esse ex καὶ ὁ Νίας. Verum quemadmodum ceteris Libyæ Interioris lacubus suum cuique nomen inditum est, sic noster quoque nomine haud caruerit. Adde quod ad Καιονίαν accedit hodiernum nomen *Kaior*. ‖ — 13. Θεῶν ὄχημα] Mons in Ptolemæi tabula 5 gradibus ab ora mar. distans, secundum ceteros testes mari erat proximus. In ΦΨ Arg. legitur : Θ. Ὄχημα ὄρος ἀφ' οὗ ῥεῖ ὁ Βαγράδας ποταμός, omissis intermediis. In ed. Ulm. post verba *Cloniam paludem cujus medium* 17° 11° pergitur : *et mons qui vocatur Usargala, a quo excurrit Bagradas amnis, cujus medium* 31 1/2 20 1/2. *Hic per Africam delatus*. etc. Deinde vero post p. 737, 5 (Γαραμαντικὴ φάραγξ) inseruntur hæc : *Theon ochema h. e. Deorum currus* 19° 5° *et Dardarus mons* (sic) 18° 11°, et 21° 13 1/2°. *Ochafas mons* 17 1/2. ‖ — 14. Μασίθολος] Μασσίθολος FWΔΞ et secunda manu D, Μησσίθολος PV, *Massitolus* ed. Vic. Verba οὗ τὸ μέσον ἐπ. μοίρας addidi ex X. ‖ — 15. ε'] ιε' PW ed. pr. ‖ — 16. ὁ Κάφας] ὁ om. A, *Zaphas* ed. Vic. ‖ — Δάρας] sic scripsi, coll. p. 731, 4; Δάραδος codd., Δάρατος ed. pr.; ἀφ' οὗ Δάραδος καὶ ὁ Νίας,

καὶ τὸ καλούμενον Οὐσάργαλα ὄρος, ἀφ' οὗ ῥεῖ ὁ Βαγράδας ποταμός, οὗ τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας λγ' κ' ∠'' [οὗτος φερόμενος διὰ τῆς Ἀφρικῆς εἰσβάλλει εἰς τὴν θάλασσαν κατὰ θέσιν λδ' λβ'γο''] καὶ τὸ Γίργιρι ὄρος, ἀφ' οὗ ὁ Κίνυψ ποταμὸς ῥεῖ, ἔχων τὰς ἀρχὰς κατὰ δύο θέσεις μ' κα'

et qui dicitur Usargala mons, ex quo defluit Bagradas fluvius; eiusque mediæ partes sitæ sunt 33° 20° 30' [fluvius ille per Africam decurrens in mare exit 34° 32° 40'] et Girgiri mons, ex quo fluit Cinyps fluvius duobus fontibus ortus, qui siti sunt 40° 21°

ποταμὸς ῥέουσι ιζ' ε' SΩ. || — 17. ιζ' ε'] ιζ' ι' ∠'' X; Wilbergius ex Grashofii conjectura scripsit κζ' ι'. Scilicet § 4 Nigiris ἐκροπὴ Daradem versus fuisse dicitur sub 21° long. Itaque fontes Daradis et Caphas mons magis ortum versus ponendi esse videbantur. Ego nihil mutavi. Ex vulgata epocha Caphas mons Rysadio monti ex quo Stachir fl. oritur, proximus est, idemque ex eo colligitur quod § 6 Stachiræ usque ad Capham montem pertinuisse dicuntur. His adde quæ supra p. 732 de Capha m. annotavi. Daras igitur a fontibus non recto cursu sed per ambages mare petiisse statuendus est. || — 1. Οὐσάργαλα] Σουσάργαλα ed. pr., Ἀσάργαλα ΟΔ, Σάργαλον Ξ. || — 2. Βαγράδας] Γαβράδας FL. || — οὗ τὸ μ. ἐπ. μοίρας] om. SΩ, ἐπ. μοίρ. om. BLNOP RVZΞ. || — 3. λγ'] 30 1/2 ed. Arg., 31 1/3 edd. Rom. Ulm. || — κ' ∠''] κζ' FN. || — Vs. 4 et 5, quos uncis inclusi, om. X. || — οὗτος] οὗτος ὁ ποταμός A. || — εἰσβάλλει] ἐκβ. SW., εἰς τὴν θάλασσαν εἰσβάλλει N. De ostio Bagradæ v. p. 618, 5. Bagradas Africæ provinciæ e Mampsaro monte defluere dicitur p. 635, 8. Cum hoc fluvio Bagradam Libyæ Interioris ex mente auctoris, quem Ptolemæus sequitur, connexum aliquo modo (fortasse meatu subterraneo) cogitari eo indicari videtur, quod oppida in ejus regione sita περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ ποταμοῦ fuisse perhibentur. Ex ipsis vero his oppidis colligitur Bagradam Libyæ non diversum esse a Bagrada Africæ provinciæ. Nimirum in via a Carthagine in Bagradæ vallem. Itineraria et Tabula Peutingeriana (v. p. 648) ita habent:

Carthago	
Unuca s. Inuca	20 m.
Siciliba s. Sicilibba	13.
Thurris	5.
Sicca Veneria	
a Sicilibba	86.

Ex his Unuca est Ἀνουγὰθ Ptolemæi, Sicilibba vero Σίλικα (quam Ptolemæus p. 650, 4 etiam in Africa pr. in Bagradæ regione habet), Thurris (hod. *Henchir el Djemel* sec. Tissotum) eadem quæ Βουθουρίς (eadem fortasse Τόβρος in Africa pr. p. 650, 4), Sicca Veneria (h. *el Kef*, haud longe a *Wadi Melleg* qui in Bagradam influit) eadem est quæ Σικκαθόριον, i. e. *Sicca Athoris sive Veneris*. A Siccathorio 1° 30' austrum versus ponitur Capsa, quæ est Capsa (*Gafsa*) Africæ prov., a Sicca Veneria 1° 45' austrum versus dissita. Porro Thabudis a Capsa occasum versus collocata eadem est quæ Thabudis Africæ prov. p. 646, 3, Thabudei (hod. *Thuda*) Tabulæ Peuting. Populus ejus regionis in Africa p. 637 Nattabutes, in Libya Natembes appellatus, unus idemque fuerit. Denique Libyæ palus in Siccæ fere meridiano sub 17° lat. collocata eadem est quæ Libya palus in Africa prov. p. 636, 2. — Ceterum supra (p. 643, 1. 646, 5) vidimus Siccam Veneriam etiam *Cirtam novam* appellatam esse, hanc vero cum *Cirta Iulia* (h. *Constantine*) a Ptolemæo confundi, quippe qui Lares et Vagam oppida, quæ Cirtæ novæ vicina erant, haud longe a Cirta Iulia collocaverit. Similem autem confusionem etiam nostro loco deprehendimus. Nam qui a Siccathorio seu *Cirta nova* meridiem versus ponitur Usargala mons, situs potius erat a *Cirta Iulia* austrum versus, ubi nunc *Djebel Schettaba*, ad quem in alta planitie hodie est *Gulea* locus, olim vero *Arsalitanum castellum* et *Arsalitanam rempublicam* stetisse ex titulis ibi repertis (n. 6041. 6048) bene constat. Cum hoc *Arsacal* componendum esse *Usargala* seu *Asargala* montem præter nominum cognationem suadent *Suburbures* qui eo sub monte habitasse dicuntur. Eosdem enim in Africa provincia offendimus, ubi civitas populi secundum titulorum indicia erat circa hod. *Hammam Grus* ad *Wadi Rummel*, c. 10 m. p. ab Arsacal versus occasum hibernum. Vid. not. p. 640. Quemadmodum igitur in oræ maritimæ regionibus Mauritaniam prov., sic in mediterraneis Africam prov. ex parte denuo in Libya exhiberi videmus. Quodsi Ptolemæus ex Usargala Girem fluvium oriri aliumque fluvium in Nigirem delabi dicit, mons ille temere eo loco ponitur ubi in eodem meridiano Audus mons ponendus erat. || — 6. τὸ Γίργιρι] sic § 6 codices plurimi, hoc loco ὁ Γίργιρις ΦΨ, ἡ Γίργιρις X, ed. pr., Γίργυρις ADFLMNOΔΞΣ, Γύργυρις CPRSVWΩ, *Girgiris* ed. Rom., *Girgites* ed. Ulm., *Girgius* ed. Vic. In Plinio 5, 37 *Giri* vel *Gyri mons*. Hodie tractus montanus *Ghurian* regionis ab ora mar. non 11 gradibus, ut ap. Ptol., sed ne uno quidem gradu dissitus. || — 6. Κίνυψ] Κίνυφος F, Κίνιφος ed. pr., Κίνιτος X, *Cinyphus* ed. Rom., *Ci-*

καὶ	με′	κα′	atque	45°	21°
αἱ δὲ συναφαὶ τῶν δύο θέσεων	μβ′	κε′	confluunt duo illi rivi	42°	25°
καὶ τὸ καλούμενον Θάλα ὄρος, οὗ τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας	λη′	ι′	et qui dicitur Thala mons, cuius mediæ partes sitæ sunt	38°	10°
καὶ ἡ Γαραμαντικὴ Φάραγξ	ν′	ι′	et Garamanticæ Fauces	50°	10°
καὶ ὁ Ἀρουάλτης ὄρος	λγ′	γ′	et Arualtes mons	33°	3°
καὶ ὁ Ἀράγκας ὄρος	μζ′ L″	α′ L″	et Arancas mons	47° 30′	1° 30′

nips ed. Ulm. De Cinyphe oræ mar. fluviolo vidimus supra p. 629, 2. 636, 7. D De fieticio Cinyphe Libyæ Int. eadem valent quæ de Bagrada dixi. Samamycii et Macæ utriusque Cinyphis accolæ nominantur. || — 7. ῥεῖ ἔχων τὰς ἀρχάς] ἔχει τὰς ἀρχάς SXΩ, ῥέων ἔχει τ. ἀ. ΦΨ, ῥεῖ, ἔχει δὲ ⊐, ῥεῖ, ἔχει τε W, ῥεῖ, ἔχει LMPRVΞ. || — 2. Versum om. BEX6ΦΨ Arg., edd. Rom. Ulm. || — δὲ om. ⊐. || — 3. καὶ ὄρος τὸ καλούμενον Θάλα A; *Tala* edd. Vic. Rom. || — οὗ ... μοίρας] om. SΩ; μοίρας om. codd. plurimi. || — 5. φάραγξ] φάραξ Γ Arg. — Thala nomen occurrit in Africa provincia, ubi Thala oppidum (h. *Henchir Thala*) ad *Oued Serrat*, haud longe a Mutia distans. Alia Thala fuit a Capsa (*Gafsa*) ortum versus in loco *Bhairet Thala* dicto (V. C. Inscr. 3, p. 440 not.). Mons Thala, usque ad quem inde a Mandro monte Nigiris aquæ pertinere § 4 dicuntur, ubinam fuerit quæritur. Hodie *Wadi Gir*, inferiore cursu *Wadi Saura* dictus, ex Atlante meridiem versus in *Tuat* regionem descendit, indeque *Wadi Mosaud* nomine occasum versus in arenosa et inexplorata deserta deflectit in iisque evanescere videtur. In ipsa vero *Tuat* regione ab ortu complures fluvii in eum decurrunt ex *Muidir* planitie montana (26°-27′ lat.) et *Tidikelt* montibus (27°-28′ lat.). Ex conflatis his fluviis Nigirem Ptolemæi componendum esse censens Klœdenius Thalam montem in hod. *Tidikelt* agnoscere sibi videtur. Duveyriero Thala mons est hod. *Tahela Ohat* (c. 24° 40′ lat.) sive pars borealis et occidentalis magni tractus montani qui *Ahaggar* vocatur. Idque et ipse crediderim, quamvis, si novissimis tabulis fides est, fluvius aliquis hinc exiens cum *Wadi Gir* conjungi nequeat. Verum quemadmodum tum Nigiris pars orientalis in Libyam paludem (*Shott Melghir*) desinens, tum Giris pars occidentalis ad unum eundemque *Wadi Djedi*, quem in duos fluvios Ptolemæus male diremit, pertinent, sic etiam tum Nigir e Thala monte oriens tum Gir ex faucibus Garamanticis prorumpens ad unum eundemque *Wadi Igharghar*, fluvium longe maximum, ex medio *Ahaggar* boream versus defluentem et in *Shott Melghir* exeuntem, referendi sunt. Tractus fontibus fluvii proximus peculiari nomine vocatur *Atakuru Ahaggar*. Cum hoc nomine componendi fuerint Astacuri, qui sec. Ptol. prope fauces Garamanticas habitabant. In eadem regione (c. 23° lat. 25° 30′ long.) locus *el Garama* dictus Flattersi expeditione an. 1881 innotuit. — Knœtel et Vivien fauces Garamanticas magis ortum versus quæsiverunt in valle quæ est prope hod. *Ghat* et *Baraca* [cf. *Baracum* inter oppida a Cornelio Balbo capta ap. Plin. 5, 37], c. 25° lat. 28° long., unde fluvii exeunt in *Wadi Igharghar* c. 28° lat. incidentes. || — 6. Ἀρουάλτης] Ἀργάλτης BEZ, *Argaltes* ed. Vic., Ἀρουάλτις ed. pr. || — λγ′] λε′ ed. pr., 23° ed. Ulm. Situs incertus. *Asgar* regionis montem intelligendum esse Knœtelius censet parum probabiliter. Cum Arualte nomine componendi sunt Tarualtæ, quibus vicini sunt Orphes et Clematitæ. Quodsi recte conjeci hosce populos quærendos esse in regione ubi nunc sunt *Arua* et *Ofrun* et *Wadi Clema*, ibidem etiam Arualtes mons in radicibus Atlantis montis circa hod. *cap Noun* fuerit. || — 7. ὁ Ἀράγκας] sic ACD FLMNOPRSVΞΩ⊐, Ἀράγγας cett.; ὁ om. A; *Aragius* ed. Vic. Infra § 6 codices plurimi Ἀράγγας. Hodie, ut videtur, *Tassili-Ahaggar*, a quo boream versus *Atakoru-Ahaggar*, in quo fauces Garamanticæ, et *Tahela Ohat* s. Thala mons. Mons magis boream versus, faucibus Garamanticis et Giris fluvii fontibus vicinus ponendus erat. Colligitur hoc etiam e Plinio 5, 44, qui Nigirem (i. e. Girem Ptolemæi) inter Tarælios et Œcalicas oriri dicit. Nam *Œcalicæ* illi sunt Οὐχαλικκεῖς, quos Ptolemæus sub Aranca monte habitare dicit. Tarælii vero sunt Τραλλῆται, quos ipse quoque Ptolemæus c. 7 habet in ea fere regione ubi fauces Garamanticæ collocantur. Populus ab Aranca boream versus degens infra vocatur Ἀρόκκοι et Ἀρόγκοι. Dicendum fuisse putaveris Ἀράγκοι. Qui ab Aranca ortum versus ponuntur Ἀσαράκαι, pertinent ad hod. *Asgar plateau*. — § 4. Quæ de fluviis Libyæ mediterraneis hoc segmine traduntur, eadem qua cetera confusione laborant. Nominis sensu Nigir et Gir nihil differunt. « M. Duveyrier a très bien démontré que les mots *Gir*, *Ger*, *Nigr*, *Niger*, *Nigris* sont absolument identiques : ils représentent le radical libyen *Ghar*, *Gher*, *Ghir*, *Ghor*, prononcé aussi, suivant les dialectes, *Guir*, *Guer*, *Djir* et *Righ*, et désignant partout « une eau qui coule », sans distinction entre son cours superficiel ou souterrain, par conséquent « un bassin hydrographi-

que ». Dans le mot *Nigir*, les deux premières lettres représentent, l'une l'I préfixe souvent ajouté au radical, l'autre l'élément conjonctif N, qui relie un mot à un autre et peut rester attaché au second alors que le premier est sous-entendu. Le préfixe NI peut encore très bien être une altération du mot *In*, « l'endroit de », qui précède beaucoup de noms géographiques berbères, par exemple *In-ghar*, « l'endroit de l'eau. » CHARLES TISSOT, *Géographie de la province romaine d'Afrique, tome I*, p. 91. Itaque fit ut Nigir Ptolemæi sit *Gir* Plinii, et vice versa. Ceterum quum Nigir a Ptolemæo in eo ponatur parallelo in quo est borealis pars fluvii qui per cursus longitudinem variis nominibus appellatur (in superiore cursu a Mandingis *Djuliba* s. *Djoliba*, in medio a Fulbis *Mayo*, a *Tuareg* populo *Eghirrem*, a *Sourhay* populo *Issa* vel *Sai*, in inferiore *Kouara* s. *Quorra*), hunc esse Nigirem Ptolemæi olim credebatur, indeque etiamnum *Niger* nomen in eum transferri solet. Tanto certius hoc esse videbatur, quum ex lib. 8 c. 4 colligerent situm Tamondocanæ, oppidi Nigiri fluvio appositi, observatione astronomica esse computatum. Opinioni isti a viris doctis tantum non omnibus merito nunc derelictæ innitens novam tabulæ Ptolemaicæ interpretationem proposuit Albrecht Roscher in libro qui inscribitur *Ptolemæus und die Handelsstrassen in Centralafrica. Ein Beitrag zur Erklærung der ælteslen uns erhaltenen Weltkarte. Gotha.* 1857. Ex hujus igitur sententia Ptolemæus ad describendam Libyam Interiorem complures tabulas particulares adhibuit, in quibus mercatores a Meroe per mediam Libyam ad auriferas regiones Senegali inferiori propinquas proficiscentes itinerum rationes accuratissime consignaverant. Modulis vero tabulæ illæ magnopere inter se differebant. Quod non animadvertens Ptolemæus, sed ejusdem omnes moduli esse opinatus, de distantiis locorum perversa sæpe tradidit. Præterea lineis viarum, quæ passim quidem fluvium aliquem attingebant, majore autem ex parte a fluviis longe aberant, fluvium continuum designari putavit, quem ipse deinde in complures fluvios diremit (p. 65 : « Ptolemæus zerlegte die Handelsstrasse, welche sich für ihn als ein continuirlicher Strom darstellte, in mehere Stücke, die er als getrennte Stræme betrachtete. »). Atque his somniis indulgens Roscherus vetera locorum nomina disposuit. Chelonitides paludes agnoscit in hodierno lacu *Bouschachem* (40° long. 17° lat.), Thuspe et Artagira sunt hod. *Maito* et *Melmo* a *Tsad* lacu ortum versus, Ischerei prope hod. *Masenga* ad *Schary* fl. in *Tsad* lacum exeuntem, Geva hod. *Duguma* ad *Ieu* fl., qui ab occasu in *Tsad* lacum influit, Thycimath hod. *Kabschary* ad *Ieu* fl., Gira hod. *Schera* in via a *Ieu* fluvio meridiem versus ad inferiorem *Kuwara* fl. ducente. Et hæc quidem Ptolemæus ex una eademque tabula sumpsisse statuitur. Ex alia, quæ viam a boreali *Kuwara* fluvii parte ad *Senegal* fluvii regionem auriferam (*Bambuk*) exhibebat, Ptolemæus mutuatus est Vellegiam, hod. *Tumbuktu*, et Nigritin paludem, quæ est hod. *Debo* lacus *Kuwara* fluvii. Ulterius hæc prosequi longum est et inutile. Ipsum Rocherum sententiam mutaturum fuisse, nisi fato præmaturo vir egregius studiis ereptus esset, censeo cum Peschelio in *Geschichte der Geogr.* p. 26. — Similem in modum rem egit Berlioux in libro qui inscribitur : *Doctrina Ptolemæi ab injuria recentiorum vindicata. Paris.* 1874, quo auctor demonstrasse sibi visus est viatores ab Ægypto longe in Africam intimam progressos accurata itinerum documenta reliquisse iisque usum Ptolemæum summa cum scientia et religione terras illas descripsisse. Cf. ejusdem auctoris libros : *La terre habitable vers l'équateur*, περὶ τῆς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκήσεως, *par Polybe, et sur les itinéraires des anciens dans l'Afrique occidentale, avec deux cartes. Paris* 1884. [Polybium opus egregium de *æquatorialibus* terris, ab ipso exploratis, scripsisse censet, quod Gaditani, coemptis omnibus ejus libri exemplaribus, suppressissent, ne secreta mercaturæ divulgarentur. Mihi apud Suidam verbis περὶ... οἰκήσεως non peculiare opus, sed, ut persæpe fit, caput majoris operis indicari videtur. Quæstionem illam a multis agitatam Polybius tractaverit Historiarum libro 34, qui erat geographicus. Plurima eorum quæ ex Plinio Berlioux Polybio vindicat, Agrippæ esse nunc constat.] — *La première école de géographie astronomique et la prochaine découverte du pays des Garamantes. Paris* 1878. — *Les Atlantes, histoire de l'Atlantis et de l'Atlas primitif. Paris*, 1883. — Cf. etiam Leake in *Journal of the royal soc. vol.* 2, p. 1-28, quem sequitur Édouard Boucher James in. G. Smithii *Dictionary of greek and rom. geogr.* vol. 2. p. 428 sq. Mitto alios eidem doctrinæ male addictos. Nam nemo ullus qui majorem cum Ptolemæi opere familiaritatem contraxit, dubitare potest, quin Gir et Nigir fluvii ad *Sudan* regiones nihil pertineant, sed in meridionales plagas eodem errore transpositi sint, quo alia plurima quæ in Mauritania et Africa provinciis erant, aliis ex fontibus denuo in Libya interiore commemorantur, uti præter alios viderunt Walckenær, *Recherches géographiques sur l'intérieur de l'Afrique septentrionale*, William Cooley, *Claudius Ptolemy and the Nile*, A. Knœtel, *Der Niger der Alten* etc., Duveyrier, *Exploration du Sahara*, Vivien de S.-Martin l. l., Ragot, *le Sahara de la province de Constantine*, O. Peschel, *Geschichte der Geographie*, Charles Tissot l. l., R. Hartmann, *Die Nigritier* vol. 1, p. 72. Berlin 1876. Quodsi singula a Ptolemæo tradita ad hodiernum rerum statum certo judicio revocari nequeunt, reputanda sane sunt quæ profert Tissot l. l. p. 98 : « Mais ce système,

4. Ποταμοὶ δὲ ἐν τῇ μεσογείῳ ῥέουσι μέγιστοι, ὅ τε Γεὶρ ἐπιζευγνύων τό τε Οὐσάργαλα ὄρος καὶ τὴν Φάραγγα τὴν Γαραμαντικὴν, ἀφ' οὗ ὁ ἐκτραπεὶς ποταμὸς ἐπέχει κατὰ θέσιν μβ' ιϛ'
ὅστις ποιεῖ τὰς Χελωνίτιδας λίμνας, ὧν τὸ μέσον μθ' κ'

4. Fluvii vero in mediterraneis duo sunt maximi; alter eorum est Gir, Usargala montem cum Faucibus Garamanticis conjungens, a quo deflectens fluvius situs est 42° 16°
atque Chelonitides paludes efficit, quarum medium est 49° 20°

---

vir doctus ait, fondé sur des indications où le faux se mêlait certainement au vrai, représentait-il bien l'état de choses d'alors? Et cet état de choses était-il identique à celui que les explorations modernes ont constaté? Il est permis d'en douter. Ptolémée n'accorde lui-même qu'une confiance relative à tel renseignement, qu'il a cependant consigné dans la description de la Libye intérieure; il a soin d'ajouter ὥς φασι ... Il est certain, d'autre part, que l'hydrographie du Sahara a subi de notables changements depuis les deux premiers siècles de notre ère. La masse énorme d'alluvions charriées par ces crues effrayantes de l'Igharghar qui remplissent, en un instant, un lit de plusieurs kilomètres de largeur, font disparaître des lignes de dunes et entraînent jusqu'à des portions de montagnes; la production et la circulation incessantes des sables, sous la double action des influences atmosphériques et des eaux, ont eu pour résultat de combler de vastes dépressions et de modifier dans ses détails, si non dans ses traits généraux, le grand bassin hydrographique qui commence à l'Ahaggar et finit au golfe de Kabès. Un témoignage historique qui remonte au onzième siècle de notre ère prouve combien ces modifications ont été profondes dans l'Oued Souf: El-Bekri affirme que tout le pays situé au sud du Djerid tunisien consistait en sable et en bourbiers, et que cette région marécageuse s'étendait jusqu'à Ghadames. Rien de pareil n'existe aujourd'hui: les bas-fonds dont parle le géographe arabe ont été complètement comblés. Nous croyons donc qu'il est inutile d'essayer de retrouver dans les détails de la topographie actuelle tous les accidents de la topographie antique. » Verum etiamsi aquarum cursus Ptolemæi tempore passim diversus fuerit ab eo qui nunc est, nemo tamen inde colliget Libyæ Interioris hydrographiam talem quondam fuisse qualem Ptolemæi tabula exhibet. Nigir quidam fluvius a Nigritide palude ad Libycam paludem per 20 longitudinis gradus ab occasu ortum versus pertinens nullus unquam esse potuit. Haud cadit hæc cursus directio nisi in hod. *Wadi Djedi*, qui per quatuor solummodo gradus ortum versus fluens in hod. *Melghir* paludem exit. Hanc vero patet esse Libyam paludem Ptolemæi, haud diversam illam a Libya palude Africæ provinciæ (p. 636). Ut in Africa pr. Libya palus (38° 30' long.) uno longitudinis gradu a Capsa urbe (37° 30 p. 658) differt, sic in Libya Interiore inter eandem Libyam paludem (35° long.) eandemque Capsam urbem (34° long.) unus item gradus intercedit. Igitur Nigir Ptolemæi ex parte saltem est hod. *Wadi Djedi*. Eundem vero *Wadi Djedi* esse etiam occidentalem partem Gir fluvii, qui sec. Ptol. in eo fere meridiano oritur, sub quo Nigir fl. in paludem evanescit, ex oppidis Giri appositis intelligitur. Porro Giris ἐκτροπὴ boream ortumque versus directa et in Chelonitides paludes desinens non diversa esse videtur ab ea quæ in positione minus perversa notatur tanquam Nigiris ἐκτροπὴ versus Usargala montem. Denique supra jam monui Nigirem ex Thala monte boream et occasum versus delineatum eundem esse cum Gire (*Wadi Igharghar*) qui ex faucibus Garamanticis eadem cursus directione defluit. Unde proclivis conjectura est Durdum (Durcum?) oppidum Nigiri appositum haud differre a Turcumuda (hod. *Tuggurt*) oppido quod in correspondente positione juxta Girem fluvium exhibetur. || — 2. Γείρ] Γείρας ΦΨ Arg.; ποταμὸς add. A; *Geras* ed. Vic.; *Geines* ed. Ulm. || — ἐπιζ.] ὁ ἐπιζ. ed. pr. || — *Usargalam* ed. Ulm. || — 3. τὴν φαρ. τὴν Γαρ.] τὴν Γαρ. φαρ. A; φάλαγγα B. m. 2. *Gir* (h. *Wadi Igharghar*) est Nigir de quo Plinius 5, 44: *Nigri fluvio eadem natura quæ Nilo... Oritur inter Tarælios et Œchalicas*, qui populi ap. Ptolemæum sunt Τραλλῆται et Οὐχαλιχκεῖς, ut supra jam monui. || — 5. θέσιν] μοίρας X, κατὰ θέσιν μοίρας ed. pr. — Ea fluvii pars, cui infra § 13 apponuntur Θουχιμάθ, Γήουα, Βαδιάθ, Ἰσχερεί, est hod. *Wadi Djedi*, prope quem *Tegement*, *Egouath*, *Bades* et *Biskra*. Positionibus horum oppidorum (38°-41° 30') revera in ora maritima correspondet tractus qui est inter Tipasam et Chobam, inter 17° 30' et 22° 30' long. sec. Ptolemæum. Igitur mirum quantum hic *Djedi* fl. de vero suo situ remotus est. || — 6. ὅστις] ὃς ed. pr. || — Χελωνίτιδας] ex conj. Grashofi; Χελωνίδας codd. || — 7. μέσον] ἐπέχει add. ℶ, ἐπέχει μοίρας add. ed. pr. — Giris ἐκτροπὴ, qualem Ptolemæus ab Ischeri oppidi regione versus boream ortumque ad Chelonitides paludes pertinuisse statuit, exstitisse nequit. Itaque Knœtelius paludes illas quærit in hod. lacu *Melghir*, qui est ab hod. *Biskra* meridiem versus, quemque

ὃς καὶ διαλιπὼν καὶ, ὥς φασιν, ὑπὸ γῆν ἐνεχθεὶς ἀναδίδωσιν ἕτερον ποταμὸν οὗ τὸ μὲν δυσμικὸν πέρας ἐπέχει μοίρας μϛ´ ιϛ´
τὸ δὲ ἀνατολικὸν τοῦ ποταμοῦ ποιεῖ τὴν Νοῦβαν λίμνην, ἧς θέσις ν´ ιε´.

idem Gir intermittens atque, ut aiunt, sub terram delatus alterum prodit fluvium, cujus occidentalis terminus est 46° 16°
orientalis autem terminus facit Nubam lacum, cuius situs 50° 15°

---

esse Libycum lacum Ptolemæi vidimus. Similiter Vivien de S.-Martin p. 443 indicari suspicatur « une des sibkhas dont la large chaine forme le prolongement du Djedi dans la direction du golfe de Kabès. Duveyrierus « les bas-fonds de l'Oued Righ ; » Rabotus « la série des bas-fonds qui reçoivent l'Oued Kesrau, l'Oued Mita, l'Oued Djerch, et se relient par le Chott el Garsa aux autres sibkhas du Djerid », citante Tissoto p. 97. Ego de his aliter sentio. Ni egregie fallor, ἐκτροπὴ illa a *Wadi Djedi* non versus boream ortumque, sed boream et occasum versus dirigenda erat, adeo ut Chelonitides paludes sint magnæ paludes Tubonenses Tubunæ oppido propinquæ. In maximam earum a meridie influit *Wadi el Malah*, cujus fontibus vicini sunt fontes fluvioli meridiem versus influentis in *Wadi Djedi*. Facile igitur fieri potuit ut hi fluvii in ἐκτροπὴν Giris fluvii conflarentur. Ex urbibus vero ei appositis Ῥουβούνη eadem est quæ in Mauritania Cæsariensi p. 611, 6 rectius vocatur Θουβούνα (Βουβούνα v. l.), 23° 50′ 28° 30′, hod. *Tobna*, quæ a paludibus non occasum versus, ut in Ptol. tabula, sed ortum versus sita est. Similiter quæ in Mauritania p. 611, 7 juxta Thubunam commemoratur Θαμαρίθα (23° 10′ 27° 15′), in Libya nostra Interiore § 12 minus recte vocatur Θουμελίθα (41° 19°) in parallelo Rubunæ (46° 19), sed longe ab ea occasum versus collocata, quum ab ea meridiem et occasum versus ponenda fuisset. Nam stetisse oppidum mihi videtur ubi nunc ad *Malah* fluvium est *Ain-es-Sultan*, cujus vetus nomen in titulo nunc truncato n. 8781 indicatur literis *Col. Tha.....* A *Tobna* c. 45 m. p. distat atque p. 611 non 23° 10′ 27° 15′; sed 23° 10′ 28° 15′ poni debebat, haud ita longe a Gara monte, qui in Africa pr. collocatur 23° 18°. In hujus montis vicinia erat Ἀρταγάρα, quæ in Ptolemæi tabula (44° 18°) a Rubuna ortum et meridiem versus sequitur. Nunc ibi ad eundem *Malah* fluvium est *el Gara* locus, in quo reperti sunt tituli n. 8782-8792, ab *Ain-es-Sultan* c. 25 m. p. versus occasum hibernum. Quæ deinde ad ἐκτροπὴν nostram ap. Ptol. ponitur Θοῦσπα (43° 17° 40′), fuerit hod. *Dusen*, quod veteris castelli romani locum obtinere constat (V. Corp. Inscr. n. 8779). Situm est c. 50 m. p. ab *el Gara* versus meridiem ortumque ad fluvium qui in *Wadi Djedi* exit. Ceterum in hoc tractu a *Tubna* ad *Agouat* et *Wadi Djedi* pertinente per limitem provinciæ Romanæ alia complura fuisse præsidia quorum nomina ignoramus, ex titulis ibi repertis colligitur (V. tabula Corp. Inscript.). || — 1. καὶ ὥς φασι] ὥς φασι καὶ ed. pr. || — 2. δυσμικὸν] δυτικόν X. || — 3. πέρας ἐπέχει μοίρας] ἐπέχει πέρας, omisso μοίρας, DLMOΔΞΣ. Verba ἐπ. μοίρ. om. SΩ. || — 4. Νούβαν] ex conj. Grashofii, Νοῦβαν BESZΩ, Νοῦβα ADFLMNOPVWXΔΞΣ, Νούβα C. Νούθα ed. pr., Νοῦσαν ΦΨ Arg., *Nusam* ed. Ulm. || — ἧς θέσις] ἧς τὸ μέσον SΩ. || — Fuere qui Nubam lacum in hod. *Tsad* aut alio ejus regionis lacu quærerent. Knœtelio Nubas non diversus est a Tritonide lacu in Africa provincia Syrti minori vicino. Duveyrierus eum agnoscit in hod. *Sekkha Amagdor* (25° 45′ lat., 24° long.) inter *Ahaggar* et *Tassili* montes. Vivien de S.-Martin, Ragot, Tissot, alii in medio rem relinquunt. Mihi (v. supra p. 626, sicuti Kieperto in Atlantis antiqui tabula, Nubas lacus, c. 10 gradus a Meroe insula occasum versus positus, hodiernus est *Nou* lacus, in quem cum *Bahr Abiad* (qui in hoc tractu etiam *Gir* s. *Kir* vocatur), ab occasu *Bahr el Gasal*, ab occasu æstivo ex *Darfur* regione *Dar Nuba* s. *Kailak* confluunt, a Meroe urbe circa decem gradus Ptolemaicos austrum versus. Nubæ, hujus lacus accolæ, sunt hodierni Nubæ in australi *Kordofan* regione, haud diversi a Nubis quos Ptolemæus cap. 7 denuo commemoral in Æthiopia infra Ægyptum. Videlicet Ptolemæus, quamquam de Nili fontibus cursuque superiore certiora jam novit, nonnulla tamen in Libyæ tabula reliquit quæ ex tralaticia doctrina de Nilo in Libya occidua oriundo et Nubam lacum transeunte repetenda esse videntur. Ad hanc enim retulerim fluvium tantum non continuum quem Ptolemæus a Nigritide lacu ad Nubam lacum per 35 longitudinis gradus ab occasu ortum versus tendentem exhibet. Nubas in tabula Peutingeriana corrupte *Nusap* vocatur. Legitur ibi : *Fl. Girin* (sic), cum lemmate : *hunc fluvium quidam Grin vocant, alii Nilum appellant : dicitur enim sub terra Ethiopum in Nylum exire lacum.* Terram fluvius subit ad montes quibus subscriptum legitur *Memnocones* (Memnones ap. Ptol.) *Ethiopes.* Ab iis ortum versus magnus lacus pingitur, cui inscriptum : *Lacus Nusap. Lacus Niludicus.* Boream versus pinguntur *Montes Cyrenei*, cum lemmate : *Ibi montes subjacent paludi simili Meotidi per quem* (sic) *Nilus transit.* Ex hac palude exit *fl. Nilus qui dividit Asiam et Libyam.* Ibidem ultima Ægypti urbs *Hierasicamina* notatur. Apud Melam 3, 94 in verbis *nunc ab*, quæ optimus codex Vaticanus præbet, latere

καὶ ὁ Νίγειρ ποταμὸς ἐπιζευγνύων καὶ αὐτὸς τό τε Μάνδρον ὄρος καὶ τὸ Θάλα ὄρος· ποιεῖ δὲ καὶ οὗτος τήν τε Νιγρῖτιν λίμνην, ἧς θέσις

ιε′ ιη′

καὶ πρὸς μὲν ἄρκτους ἐκτροπὰς δύο ἐπί τε τὸ Σαγάπολα ὄρος καὶ ἐπὶ τὸ Οὐσάργαλα ὄρος· πρὸς ἀνατολὰς δὲ ἐκτροπὴν μίαν, ἐφ' ἧς [ποιεῖ] λίμνην Λιβύην, ἧς θέσις λε′ ις′ L″

πρὸς μεσημβρίαν δὲ ἐκτροπὴν μίαν ἐπὶ τὸν Δάραδα ποταμὸν κατὰ δύο θέσεις

κα′ ιζ′

καὶ κα′ ιγ′L″

alter fluvius maximus Nigir est, Mandrum montem et Thala montem coniungens, qui et ipse paludem facit Nigritin, cuius positio 15° 18°

atque a septentrionibus quidem in eum influunt duo fluvii ex Sagapola et Usargala montibus orti; orientem autem versus una deflexione Libyam paludem efficit, quæ sita est 35° 16° 30′

versus meridiem vero unam item deflexionem Daradem versus fluvium habet duabus positionibus 21° 17°

atque 21° 13° 30′

Nusab (pro *Nubas*) supra p. 626 conjeci. Istud *Nusap* tabulæ Peutingerianæ fortasse jam legebatur in tabula quam descripsit Vitruvius 8, 2, 6, ubi de Nili origine prodit hæc : *In Maurusia, quam nostri Mauritaniam appellant, ex monte Atlante* (*oritur*) *Dyris, qui ortus ex septentrionali regione progreditur per occidentem ad lacum Heptagonum* (*Heptabolum?*) *et mutato nomine dicitur Agger* (i. e. *Ger* aut fort. *Ager*, uti v. c. dicitur *Gadir* et *Agadir*), *deinde ex lacu Heptabolo sub montes desertos subterfluens per meridiana loca manat et influit in paludem quæ* [*Nusap?*] *appellatur; circumcingit Meroen quod est Æthiopum meridianorum regnum* etc. In his pro *Dyris* legendum esse conjeceris *Daras*, collato Orosio 1, 1 : *quem* (*Nilum*) *prope fontem barbari Dara nominant, ceteri vero accolæ Nuhul vocant.* Verum quum, Strabone 17, 3, 2 teste, Atlas a barbaris Δύρις appellaretur. [Quod nomen etiam 1, 2, 26 reponendum puto, ubi pro δύσεως legas Δύρεως], nescio an Vitruvius nomen quod in tabula ad montem referendum erat, ad fluvium in eo orientem falso retulerit. Similiter de *Heptabolo lacu* statuendum foret, si *Heptabolus* est *Sagapola montis* Ptolemæi. — His adde quæ ex Iuba refert Plinius 5, 51 : *Originem* (*Nilus*), *ut Juba rex potuit exquirere, in monte Inferioris Mauritaniæ non procul Oceano habet, lacum protinus stagnantem, quem vocant Nilidem... Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per arenosa et squalentia, conditque se aliquot dierum itinere, mox alio lacu majore in Cæsariensis Mauritaniæ gente Masæsylum erumpit et hominum cœtus veluti circumspicit, iisdem animalium argumentis. Iterum harenis receptus conditur rursus XX dierum desertis ad proximos Æthiopas, atque ubi iterum sensit hominem, prosilit fonte, ut verisimile est, illo quem Nigrum vocavere. Inde Africam ab Æthiopia dispescens... medios Æthiopas secat cognominatus Astapus, quod illarum gentium lingua significat aquam ex tenebris profluentem.* etc. Cf. Mela 3, 96. Iulius Honorius Cosm. p. 53 ed. Riese : *Fluvius Nilotis nascitur in Atlantico campo; qui currens lacum efficit qui Nilotis appellatur sine aliquo exitu.* Dio Cassius 75, 13, sec. quem Nilus oritur ἐν τῇ Μακεννίτιδι παρ' αὐτῷ τῷ ὠκεανῷ πρὸς ἑσπέραν (v. not. p. 586). || — 1. Νίγειρ] Νείγειρ ΦΨ, *Neigir* ed. Ulm. || — 2. Μάνδρον ὄρος] ὄρος om. ed. pr. || — Θάλα] *Tala* ed. Vic. || — 3. Νιγρῖτιν] Νιγρίτην DLMNOPXΔΞΣ. || — 5. μὲν] om. N. || — ἐκτροπὰς] ποιεῖ ἐκτρ. A. || — 6. Σαγάπολα] Σαγάπιλα ΦΨ, *Satapola* ed. Vic. Cf. *Heptabolus lacus* ap. Vitruv. l. l. || — Οὐσάργαλα] Οὐσαργάλα X, *Ursagula* ed. Ulm. || — 7. ποιεῖ] inserui. || — 8. Λιβύην] Λιβύαν καλουμένην A; *ad meridiem scissionem unam* [*supra paludem Libyæ, cujus gradus* 34. 36 1/2; *ad meridiem scissionem unam*] *supra Daradum juxta duos situs*, ed. Vic. Quæ inclusi ex antecedentibus repetita sunt. || — 9. Δάραδα] sic ed. pr., Δάραδαν BEXZ, Δάραδον cett. || — 10. ποταμὸν om. ΦΨ. || — 11. κα′] κς′ ed. pr. || — 12. καὶ] om. FSΩ. || — κα′ ιγ′ L″] κδ′ ιγ′ L″ X, κδ′ ιζ′ ed. pr. || — Nigir Ptolemæi ap. Vitruvium l. l. corrupte *Agger*; *Eger* ap. Geogr. Rav. p. 118 (*Nuchul qui et Eger vocatur; Nilum vocitant*); *Ger* apud Plinium 5, 13 : *Suetonius Paulinus, quem consulem vidimus* (an. 66 p. C.), *primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot millium spatio, prodidit de excelsitate quidem ejus quæ ceteri... Decumis se eo pervenisse castris et ultra ad fluvium qui Ger* (*Niger* unus codex ap. Sillig.) *vocetur, per solitudines nigri pulveris.* Cf. Claudianus de pr. cons. Stilichonis 5, 252 : *Gir notissimus amnis Æthiopum, simili mentitus gurgite Nilum.* Nunc ex Atlante meridiem versus duo descendunt fluvii; alter eorum *Wadi Gers* in *Tafilet* oasin defertur et deinde in lacum exit qui *Daya el Daura* vocatur et a Ptolemæo Nigritis palus dici videri potest; alter fluvius, a *Wadi Gers* ortum versus occurrens, *Wadi Ger* et inferiore cursu *Wadi*

5. Ὑπόκειται δὲ ταῖς μὲν Μαυριτανίαις ἡ Γαιτουλία, τῇ δὲ Ἀφρικῇ καὶ τῇ Κυρηναϊκῇ ἡ ἔρημος Λιβύη· καὶ μέγιστα μὲν ἔθνη κατανέμεται τὴν Λιβύην τό τε τῶν Γαραμάντων διῆκον ἀπὸ τῶν τοῦ Βαγράδα ποταμοῦ πηγῶν μέχρι τῆς Νούβα λίμνης, καὶ τὸ τῶν

5. Sita est infra Mauritanias *Gætulia*, infra Africam et Cyrenaicam Deserta Libya. Atque maximæ quæ Libyam incolunt gentes sunt et *Garamantum* gens, quæ a Bagradæ fluvii fontibus extenditur usque ad Nubam lacum, et *Melanogætulorum*, qui

---

Saura nuncupatur. In *Tuat* regionem delabitur. Ad hunc retulerim fluvium qui e Sagapola monte in Nigirem exire dicitur. Quæ deinde commemoratur Nigiris ἐκτροπὴ in meridiem et Daradem versus directa, non potest admitti, nisi Daradis cursum talem finxeris qualem Ptolemæi tabula exhibet. Diverticulum hoc revocandum esse ad ipsum Daradem superiorem ex appositis ei oppidis Thige (hod. *Thisgi*) et Anygath (hod. *T-amegut*, aliis *Tamegrut*) colligitur, ut jam monui ad p. 731, 14. Quoniam *Drah* et *Gers* in eadem regione oriuntur, ex hac fluviorum vicinia explicandum esse videtur quod Orosius l. l. Nilum prope fontes a barbaris Daram vocari prodit. Porro Daradæ commemorari poterant in regione fluvii quem *Ger* Plinius vocat. Facile hinc intelligitur qui fiat ut Ptolemæus c. 7 Daradas ponat etiam in Æthiopia infra Ægyptum ad fontes fluvii ejus quem ipse Girem dicit. — Ex eorum sententia qui Nili initium *non procul oceano* esse statuerunt (Plin. 5, 51), Abulfeda (citante Gosselino in *Recherches sur la géogr. systématique*, vol. 1, p. 91) *lacum Nigrorum* ponit in ultima Mauritania inter *Sla* et *Kasr Abdel Karimi*. Indicantur igitur paludes quæ sunt prope hod. *Sla* oppidum. Ejus in parallelo quum sit *Makinez* opp., conferendus est Dio Cassius 75, 13 (v. not. p. 586 a), qui Nilum oriri dicit ἐν τῇ Μακεννίτιδι παρ' αὐτῷ τῷ ὠκεανῷ. ‖ — 2. Γαιτουλία] Γαιτουλεία DMOΔΞ. De Gætulorum *natione frequenti et multiplici* (Mela 1, 23) v. Sallust. Iug. 18. 19 80. 88. 97. 103; Cæsar B. Afr. 13. 25. 32. 35. 51. 56. 64; Strabo 2, 5, 33. 17, 3, 2. 9, 19, 23; Mela 1, 23. 3, 104; Plinius 5, 9. 12. 17. 30. 43; 6, 201; 8, 30. 48. 54; 9, 127; 10, 201; 21, 77; 25, 79; 35. 43; Tacitus An. 4, 42. 46; 6, 30; Dio Cass. 55, 28: Florus 4, 2, 40; Juvenal. 8, 26; Varro R. R. 2, 11, 11; Athenæus 2, p. 62, D; Steph. Byz. v. Γαιτοῦλοι, Eustathius ad Dion. 215. « L'emplacement des Gétules au sud de la Mauritanie, dans la partie méridionale du Maroc, est bien indiqué par les anciens. C'est là leur siége primitif et leur demeure propre, bien qu'un peu plus tard, par une application probablement abusive dans sa trop grande généralité, on trouve leur nom étendu à toute la région intérieure qui borde l'Atlas au sud, depuis les plaines qu'arrose le *Ger* jusqu'aux approches des Syrtes et aux confins de la Phazanie. Dans les parties du Maroc qui répondent à la Gétulie, l'ancien ethnique s'est d'ailleurs maintenu jusque dans les temps modernes. Ibn Said au milieu du treizieme siecle, Ibn Khaldoun à la fin du quatorzième, Léon l'Africain au commencement du seizieme, Marmol, soixante ans apres Léon, mentionnent le pays montagneux de Gozoule, Goutzoula ou Guézula (selon les diverses transcriptions du mot), au sud de la province du Maroc. » VIVIEN DE S.-MARTIN l. l. p. 128. ‖ — 3. μέγιστα] sic ed. pr., τὰ μέγιστα codd. ‖ — 4-6. Γαραμάντων... πηγῶν] om. O. ‖ — Βαγράδα] Βαγράδου ed. pr. ‖ — 6. Νούβα] Νούβας S. Garamantum regionem in Ptolemæi tabula usque ad fauces Garamanticas (10° lat.) extendendam in eaque Phazaniam comprehendendam fuisse dixeris. Quamquam Plinius quoque a Garamantica Phazaniam distinguit. Caput gentis Garama (43° 21° 30' sec. Ptol. § 12) hodie *Djerma* (30° 35', 26° 25') a Lepti via directa c. 3700 stadia, sec. Ptolemæum 5000 stadia distat. Sec. Herodotum 4, 174 Garamantes a Nasamonibus austrum versus degunt, et occidentem versus Macis contermini sunt. Idem 4, 183 ab Augilis ad salis tumulum, quem Garamantes, ἔθνος μέγα ἰσχυρῶς, tenent, 10 dierum (12 dier. sec. Plin.) iter, inde ad Atarantum tumulum item 10 dierum iter, hinc totidem ad tumulum, cui Atlas proximus est, computat, ad Lotophagos vero a Garamantibus viam brevissimam 30 dierum esse tradit. Strabo 17, 8, 19 ab Æthiopibus Oceani accolis novem vel decem dierum, ab Ammonio quindecim dierum iter ad Garamantes supra Gætulos habitantes esse tradit. Idem 17, 3, 23: πρῶτοι μὲν οἱ Νασαμῶνες, ἔπειτα Ψύλλοι καί τινες Γαιτοῦλοι, ἔπειτα Γαράμαντες. Idem 2, 5, 33: τοὺς μὲν μεσημβρινωτάτους Αἰθίοπας προσαγορεύουσι, τοὺς δ' ὑπὸ τούτους τοὺς πλείστους Γαράμαντας καὶ Φαρουσίους καὶ Νιγρίτας, τοὺς δ' ἔτι ὑπὸ τούτους Γαιτούλους. Plinius 5, 26: *Garamantes ab Augilis dierum XII itinere distantes; supra illos gens Psylli.* Idem 5, 36: *Intervenit ad solitudines Africæ supra minorem Syrtim dictas versa Phazania, ubi gentem Phazaniorum urbisque Alelen et Cillibam subegimus; item Cydamum e regione Sabratæ. Ab his mons longo spatio in occasum ab ortu tendit, Ater mons dictus a natura adusto similis aut solis repercussu accenso. Ultra cum deserta, mox Talgæ* (*Moxthelgæ, Mathelgæ* v. l. Cf. p. 659, 16 not.), *itemque Dedris* (*Deeris, Debris* v. l.; Βέδειρον Ptol. § 12, hod. *Bedere?*), *adfuso*

Μελανογαιτούλων, οἵτινες κατέχουσι τὰ μεταξὺ τοῦ Σαγάπολα ὄρους καὶ τοῦ Οὐσάργαλα, καὶ τὸ τῶν Γειρέων Αἰθιόπων γένος, οἵ εἰσι μεσημβρινώτεροι τοῦ Γειρὸς ποταμοῦ, καὶ τὸ τῶν Νιγριτῶν Αἰθιόπων, οἵ εἰσιν ἀρκτικώτεροι τοῦ Νίγειρος ποταμοῦ, καὶ τὸ τῶν

inhabitant terram eam, quæ inter Sagapola montem et Usargala sita est, et *Gireorum Æthiopum* gens, qui meridiem versus habitant a Gire fluvio, et *Nigritarum Æthiopum,* qui septentriones versus sunt a Nigire flumine, et *Daradarum,* qui habitant circa

---

fonte a medio die ad mediam noctem aquis ferventibus totidemque horis ad medium diem rigentibus, clarissimumque Garama caput Garamantum, omnia armis romanis superata et a Cornelio Balbo triumphata... Et hoc mirum, supra dicta oppida ab eo capta auctores nostros prodidisse ipsum in triumpho præter Cydamum et Garamam omnium aliarum gentium urbiumque nomina ac simulacra duxisse, quæ iere hoc ordine : Tabudium oppidum etc... *Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit latronibus gentis ejus puteos.. harenis operientibus. Proximo bello, quod cum Œensibus gessere initiis Vespasiani imperatoris, compendium vix quatridui deprehensum est. Hoc iter vocatur Præter caput saxi.* [Via brevissima in Phazaniam et ad Garamam urbem ab Oea (h. *Tripoli*) austrum versus erat. Hanc Barthius (*Reisen* 1, p. 139) *præter caput saxi* dictam esse censet, « weil sie den Gebirgsabfall des Ghurian an der steilsten Stelle passirte.]. Præter hos cf. Mela 1, 23. 45, Livius 29, 33, Tacitus An. 3, 74. 4, 26, Hist. 4, 50, Dionys. Per. 217, Ptolemæus 1, 8 p. 22. Garamantes sunt hod. *Teda*, qui olim obtinebant *Fezzan* regionem, indeque, ut ex Ptolemæo 1, 8 colligitur, regnum austrum versus in *Sudan* usque regionem extendisse videntur. V. Barth. l. l.; Robertus Hartmann (*Die Nigritier vol.* 1, p. 74. *Berlin* 1874) de his ita habet ; « Die mit dem Sammelnamen der Garamanten belegten Vœlker gehœren theils reinen Berbern, theils den gemischten oben als Melanogætuler bezeichneten *Sahara*-Berbern, theils den Fezzanern, theils den *reinen* Teda an. Der Hauptkern der alten garamantischen Stæmme fand sich jedenfalls in Phazania mit der Hauptstadt Garama (*Germah*); er bestand wohl aus sesshaften Teda. Reste einer Tedabevœlkerung finden sich in der heutigen Bevœlkerung von Fezzan, ferner in jener von Duveyrier *race subéthiopienne ou garamantique* genannten Bevœlkerung des Wadi-Righ u. s. w. Es sind die angesessenen Garamanten hœchst wahrscheinlich jene selben Leute gewesen, denen Duveyrier eine über die ganze Sahara verbreitet gewesene Civilisation zuschreibt. Neben diesen civilisirten Garamanten existirten nach Herodots Zeugniss noch troglodytische Æthiopen, die sehr schnellfüssig waren [V. not. § 6 ad v. Ἀλιταμβοί] und von jenen gejagt wurden. Diese wohl den Felsbewohnern Tibestis angehœrenden Troglodyten (Cf. E. Behm, *Das Land u. Volk der Teba*, p. 43) würden wahrscheinlich wildere, verkommene Teda-Beduinen bedeuten sollen. » ||— 1. Μελανογαιτούλων] Μελανογεατούλων BE, Μελανογετούλων Z m. pr. Ex Ptolemæo sua habet Anonymus in G. min. 2, p. 497 § 16, a quo Libyæ populi recensentur : Δαράδαι, Πέρορσοι (Πέροργοι codd.), Ὀδραγγίδαι, Μίμακες (Νίμακες codd.), Νοῦβαι (Νοῦμαι codd.), Γαράμαντες, Δερβίκαι, Μελανογαίτουλοι, Γίρροι (Γίγγοι codd.), Νιγρῖται, Ἀφρικέρωνες, Λευκαιθίοπες. Alibi Melanogætuli non commemorantur. || — 3. Γειρέων] aut Γειραίων, de conj.; Γιρρέων X, Πυρρέων BEZ, Πυραίων L, Πυρέων ΦΨ Arg., Πυρραίων cett.; Anonymus l. l. Γίρρων legisse videtur; *Pyreorum* ed Vic.; *Phirrheorum* ed. Rom., *Tyreorum* ed. Ulm.; Πυρρῶν, *ruforum*, conj. Grashofius. Ut a Nigire fl. Nigritæ, sic a Gire fl. Gires vocantur. Ceterum hanc populorum distinctionem fictam et Ptolemaicæ tabulæ adornationi accommodatam esse censeo. ||—γένος] om. X. ||— 4. οἵ εἰσι] καὶ εἰσὶ Γ. || — 4. τοῦ Γειρός] τοῦ Γείρ LMNORSVWXΔΦΨΩΞ, τούτου Γείρ P. ||— 5. οἵ εἰσιν] om. BDELMNOPRSVWXZΔΩ, οἵ εἰσι καὶ αὐτοί A; ἀρκτικωτέρω SΩΞ. || — 6. Νίγειρος] Νιγείρου A, Νίγριτος BEXZΦΨ, *Nigrite amne* ed. Rom. De populo cf. Strabo 2, 5, 33 : Φαρουσίους καὶ Νιγρίτας. Id. 17, 3, 3 : Ophelas aliique nonnulli Tyriorum in Libyæ ora occidua colonias eversas esse narrarunt a Pharusiis et Nigritis; διέχειν δὲ τούτους τῆς Λυγγός φασι ἡμερῶν τριάκοντα ὁδόν. Idem 17, 3, 7 : Φαρούσιοι δὲ καὶ Νίγρητες (h. l. codd.) οἱ ὑπὲρ τούτων (τῶν Μαυρουσίων) οἰκοῦντες πρὸς τοῖς Ἑσπερίοις Αἰθίοψι. Mela 1, 22 : *Ultra (Mauros) Nigritæ sunt et Pharusii usque ad Æthiopes.* Idem 3, 104 : *Nigritarum Gætulorumque passim vagantium ne litora quidem infecunda sunt.* Plinius 5, 43 : *Interiori autem ambitu Africæ ad meridiem versus superque Gætulos, intervenientibus desertis, primi omnium Libyes Ægyptii, dein Leucæthiopes habitant* [Confusa hæc ad verum revocanda sunt e Mela 1, 23, ubi ; *Supra ea quæ Libyco mari adluuntur, Libyes Ægyptii sunt et Leucæthiopes et natio frequens multiplexque Gætuli.*] *Super eos Nigritæ a quo dictum est flumine, Gymnetes Pharusii et jam oceanum attingentes quos in Mauritaniæ fine diximus Perorsi.* Dionysius Per. 215 : Γαίτου-

Δαραδῶν, οἳ κατέχουσι τὰ ἐπὶ θαλάσσῃ τοῦ ὁμωνύμου ποταμοῦ, καὶ τὸ τῶν Περόρσων, οἵ εἰσιν ἀνατολικώτεροι καὶ ἀπὸ θαλάσσης ἕως τοῦ ὄρους, ὃ καλεῖται Θεῶν Ὄχημα, καὶ τὸ τῶν Ὀδραγγιδῶν Αἰθιόπων τὸ μεταξὺ κατεχόντων τοῦ τε Κάφα ὄρους καὶ τοῦ Θάλα, καὶ τὸ τῶν Μιμάκων, οἵ εἰσιν ὑπ' αὐτὸ τὸ Θάλα ὄρος, καὶ τὸ τῶν Νουβῶν τὰ δυσμικὰ τῆς Φάραγγος τοῦ ὄρους κατεχόντων, καὶ τὸ τῶν Δερβικκῶν, οἵ εἰσι δυσμικώτεροι τοῦ Ἀράγκα ὄρους.

6. Ἐλάσσονα δέ εἰσιν ἔθνη καὶ κατέχουσι τὰ μὲν ἐπὶ θαλάσσῃ μετὰ τὴν Γαιτουλίαν Αὐτολάλαι καὶ Σιράγγαι καὶ Μαύσω-

fluvium eiusdem nominis, ubi in mare exit, et *Perorsorum*, qui sunt magis orientales et a mari remotiores usque ad montem qui vocatur Theon Ochema, et *Odrangidarum Æthiopum* terram inter Capham atque Thala montes sitam inhabitantium, et *Mimacum*, qui sunt infra ipsum Thala montem, et *Nubarum* occidentales Faucium montis partes incolentium, et *Derbiccarum*, qui sunt occasum versus ab Aranca monte.

6. Minores vero hæ sunt gentes : regionem quæ est ad mare infra Gæluliam incolentes *Autolalæ*, *Sirangæ*, *Mausoli* usque ad

λοι τ' ἐφύπερθε καὶ ἀγχίγυοι (ἀγχίμαχοι St. Byz. v. Νίγρητες) Νίγρητες, ἑξείης δ' ἐπὶ τοῖσι Φαρούσιοι, ὧν ὑπὲρ αἶαν ναίουσιν Γαράμαντες ἀπείριτοι. || — 1. Δαραδῶν] Δαράδων DLPRSVXΔΞΩΣ ed. pr.; γένος add. A. Denuò Daradæ commemorantur c. 7 in Æthiopia infra Ægyptum. Quomodo huc transponi potuerint, dixi in not. ad p. 742. Agrippa ap. Plinium 5, 10 : *Flumen Salsum, ultra quod Æthiopes Perorsos, quorum a tergo Pharusios ; iis jungi mediterraneos Gætulos Daras et in ora Æthiopes Daratitas ; flumen Bambotum* etc. Populi isti quum inter Salsum et Bambotum fluvios collocentur, ab Agrippa (sicut a Ptolemæo) e veris sedibus (quas Gætulorum mentio prodit) in australes plagas transferuntur. || — 2. Περόρσων] Περορσῶν BEZΦΨ Arg.; γένος add. A ; || —3. ἕως] inserui ; ἀπὸ θαλάσσης καὶ ὄρους τοῦ καλουμένου A. Corruptum populi nomen in auctore suo reperit Stephanus Byz.: Πέτορσοι, Λιβύης ἔθνος μέγα καὶ πολυάνθρωπον. Perorsos Plinius *in Mauritaniæ fine* (5, 43), *in Mauritaniæ confinio* (6, 195) degere dicit. Idem 5, 15 prodit sec. Suetonium Paulinum a Ger fluvio austrum versus esse Canarios (« la tribu de Kamourieh dans la région littorale du grand désert » Vivien de S.-M. p. 109, laudato Edrisio 1, p. 106), *iisque junctam Æthiopum gentem quos Perorsos vocant.* || — 5. Ὀδραγγιδῶν] Δραγγιδῶν BEZ, *Drangidorum* ed. Vic., Ὀδραγγίδων X, Ὀδραγίδων F, Ὀδραγγινῶν A, Ὀδραγγιγῶν ΦΨ Arg., *Odragigorum* ed. Ulm.; γένος post Αἰθ. addit A. || — τὸ μετ.] τὰ μ. de conj. Wilberg. || — 6. τοῦ τε Κάφα] τοῦ παράφα Ψ, *supra Ocapham* ed. Ulm. Odrangidas, aliunde non notos, inter *Drah* fl. et *Fouat* oasin probabiliter quærit Vivien p. 153 : « Il n'est guere douteux qu'il ne faille y reconnaître les *Outriga*, tribu du désert, à laquelle Ibn Khaldoun (hist. des Berb. t. 2. p. 64. 104) attribue à peu près le même emplacement. » Regio quæ a *Touat* oasi occasum versus longe patet arenarum collibus obsita, nunc vocatur *Gidi* sive *Igidi*, cum quo nomine Odrangidas componit Knœtel l. l. In eodem fere tractu collocandi sunt Atarantes, quos Herodotus 4, 184 medios esse dicit inter Garamantes et Atlantes. || — 7. Μιμάκων] Μιτάκων P; γένος add. A ; *Nimacum* ed. Rom.; Νίμακες codd. Anonymi, quem p. 641, 3 citavi. Mimaces et qui inter minores populos in eadem regione ponuntur Achæmæ et Dolopes perperam huc transferri nec diversos esse censeo ab iis qui rectius in Africa provincia p. 641 nominantur Μίμακες, Ἀχαιμενεῖς et Δόλοπες. Cf. Steph. Byz.; Μίμακες (Μίμαλκες codd.), ἔθνος Λιβυκόν. Φίλιστος Σικελικῶν ὀγδόῳ, in quo libro de Dionysio contra Carthaginienses expeditionem parante sermo erat. Ne credam Ptolemæum ita interpretandum esse, ut reapse eorundem populorum sedes diversas fuisse putemus, reliqua Ptolemaicæ tabulæ ratio vetat. — || ὑπ' αὐτὸ] ἐπ' αὐτό ed. pr. || — 8. τὸ Θάλα] τὸ ταθάλα L. || — ὄρος] ὄρορος N. || — Νουβῶν] Νούβων LNP RSVΩ, Νούββων X ; γένος add. A. || — 9. τοῦ ὄρους] τοῦ Κάφα ὄρους X ; *occidentalia vallis ipsius montis* edd. Rom. Ulm., *occidentalia vallis ipsius* ed. Vic. De Nubis quid sentiam ; dixi ad p. 740, 4. || — 10. Δερβικκῶν] Δερβίκκων BZ, Δερβικῶν L E ed. pr., *Derbicorum* ed. Rom., Δερβιτικῶν ΦΨ Arg., Δερβιχκῶν DΞ. *Derbincorum* ed. Lugd., *Derdiccorum* ed. Ulm., *Deiborum* ed Vic.; γένος add. A. Derbiccæ ignoti ; Knœtelio p. 43 sunt hod. *Tademakka Tuareg* c. 21° lat. ab *Ahaggar* monte austrum versus. Cf. *Debris* vel *Dolris* Garamantum oppidum ap. Plinium 5, 35. — 10. δυσμικώτεροι] εἰς δυσμάς A. || — 11. Ἀράγκα] sic ACDMNOPRSWΔΞΩ, Ἄραγκα F, Ἀράγγα BEXZΦΨ Arg., Ἀράγγου ed. pr. || — 12. καὶ] ἃ ed. pr.; ἐλάσσονα δὲ ἔθνη κατέχουσι A. || — 13. θαλάσσῃ] θαλάσσης ed. pr. || — 14. Αὐτολάλαι] Αὐτολάται

λοι μέχρι τοῦ Μάνδρου ὄρους· εἶτα πρὸς αὐτὸ καὶ Βάβιοι καὶ Μαλκόαι καὶ Μάνδοροι μέχρι τῶν Δαραδῶν, μεθ' οὓς Σοφουκαῖοι, καὶ ὑπὸ τὸ Ῥυσάδιον ὄρος Λευκαιθίοπες· ὧν μεταξὺ καὶ τῶν Περόρσων διήκει τὸ Πυῤῥὸν Πεδίον· εἶτα τοῦ μὲν Σαγάπολα ὄρους ἀρκτικώτεροι Φαρούσιοι, τοῦ δὲ Οὐσάργαλα ὄρους ἀρκτικώτεροι Νατεμβεῖς, τοῦ δὲ Γίργιρι ὄρους Λυγξαμάται καὶ Σαμαμύκιοι· καὶ μεταξὺ μὲν τοῦ Μάνδρου ὄρους καὶ τοῦ Σαγάπολα ὄρους Σάλαθοι καὶ Δαφνῖται καὶ Ζαμάζιοι καὶ Ἀρόκκαι καὶ Κετιανοὶ μέχρι τῶν Νιγριτῶν Αἰθιόπων· ὑπὸ δὲ τὸ

Mandrum montem; deinde ad montem ipsum *Babii* et *Malcoæ* et *Mandori* usque ad Daradas, post quos *Sophucæi*, atque infra Rysadium montem *Leucæthiopes*, inter quos et Perorsos patescit Rufus Campus; deinde a Sagapola monte septentriones versus *Pharusii*, ab Usargala monte ad septentriones *Natembes*, a Girgiri autem monte *Lynxamatæ* et *Samamycii*, atque inter Mandrum montem et Sagapola montem *Salathi* et *Daphnitæ* atque *Zamazii* et *Aroccæ* et *Cetiani* usque ad Nigritas Æthiopes; infra

κεῖται, τὰ Ῥάπτα λεγόμενα. ... Ὁ γὰρ μετὰ τούτους τοὺς τόπους ὠκεανὸς ἀνερεύνητος ὢν εἰς τὴν δύσιν ἀνακάμπτει etc. — Quum in antecedentibus singuli oræ tractus suo quique nomine designati sint, is quoque qui post Septem Azaniæ cursus sequitur, nomine non caruerit. Itaque Αὐσινείτην ἠιόνα scripsi, ne longius a traditis literis recederem (Cf. not. in G. min. 2, p. 506). Hodie in hoc litore e regione *Pembæ* insulæ nominantur *Ouassina* et montes et vicus et insula. Deinde vero in eodem tractu fuisse *Essinau* s. *Essina* emporium colligitur ex Anonymi Geographia in G. min. 2, p. 505, ubi hæc : Τὸ ἀπὸ Ἐσιναῦ ἐμπορίου τῆς Βαρβαρίας ἢ τῶν Ῥάπτων τῆς μητροπόλεως ἐπὶ Κοττίαριν ποταμὸν τῶν Σινῶν σταδίων μυριάδες ε´ καὶ ͵βφ´, μίλια δὲ ͵ζ [52500 stadia = 105 gradus : in Ptolemæi tabulis habes 104° 50´ a Rhapti fluvii ostio (72° 30´ 7°), a quo haud longe aberat Rhapta urbs mediterranea, usque ad Cottiarin fl. (177° 20´ 7°)]. Verba hæc ita intelligenda esse videntur ut Esinau Raptorum urbis mediterraneæ portus fuerit, qui et ipse ab aliis Rhapta vocabatur. Quæ a Pyralais insulis ad Menuthiadem computatur bidui et binoctii navigatio pertinet usque ad hod. *Pemba* insulam, 300 stadia a continente distantem ; hinc bidui navigatione ducimur ad *Bagamoio* oppidum ostio fluvii appositum in maris recessu, quem ab ortu claudunt *Cap Monaiocolon* et *Cap Pouna*. Ceterum Peripli auctor *Pemba* insulam, quæ sane latere nautas non potuit, confundere videtur cum proxima insula majore quæ nunc *Ungudja* s. *Zanzibar* appellatur ; nam hæc et humilis est et fluviolos portumque commodum habet, dum *Pemba* est aditu difficilis scopulisque undique obsita. — Ex Periplo igitur ab Opone ad Rhapta colliguntur navigationis dies 25. Oræ hujus longitudo quum sit c. 13000 stadiorum, in unius diei cursum computanda forent 524 stadia, quot fere etiam Guillain l. l. p. 95 computat, qui postquam de ventorum in his plagis ratione et de vi fluctus marini dixit, addit hæc : « Nous compterons donc dans le premier cas (sc. inter *Ras Hafoun* et *Ras Asouad*) 96 milles (960 stad.) pour une course nychthémère, et 48 milles pour une course de jour ; dans le second cas (inter *Ras Asouad* et *Cap Delgado*), 120 milles et 60. — Jam quod *Marinum* attinet, is quoque, Theophilum quendam secutus (v. p. 23, 20), in νυχθήμερον πλοῦν 1000 stadia computavit, perperam vero oram maritimam ab Aromatis ad Rhapta recta versus meridiem tendere statuit (ut ex p. 46, 9 colligitur), propterea, puto, quod Diogenes quidam (p. 22, 18) narraverat se *aquilone* abreptum 25 diebus ab Aromatis παραγενέσθαι εἰς τὰς λίμνας ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ (apertum hoc mendacium est), Theophilus autem (p. 22, 25) se *austro* vento a Rhaptis profectum die vicesimo ad Aromata venisse prodiderat. Quodsi Marinus ex Theophilo etiam viginti dierum sive 10000 stadiorum, quot fere Ptolemæus quoque habet, navigationem assumsit atque Aromatum promontorium cum Ptolemæo sub 6° lat. collocavit, Rhapta ponenda erant 14° lat. austr., Prasum vero pr., quod secundum Dioscorum quendam (p. 37, 3. 23, 1) a Rhaptis 5000 stadia (consentiente Ptolemæo) sive 10° (item meridiem versus, ut puto) statuit, ponendum erat 24° lat. aust., ibique revera a Marino collocatum esse Ptolemæus (p. 20, 18) testatur. Præterea Ptolemæus p. 46, 15 contra Marinum monet : Καὶ τὴν τάξιν τὴν τῶν ἐπὶ τὸ Ῥάπτον ἀκρωτήριον ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρωμάτων Αἰγιαλῶν καὶ Ἀποκόπων ἑτέραν εἶναι τῆς κατὰ τὸν Μαρῖνον, καὶ μὴ πολλῶν συνάγεσθαι σταδίων τὸν ἐξ ἡμέρας καὶ νυκτὸς πλοῦν διὰ τὸ ταχυμετάβολον τῶν ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν πνευμάτων, ἀλλ᾽ ὡς ἐπίπαν τετρακοσίων ἢ πεντακοσίων σταδίων. Quid de Ægialis Marinus statuerit, nescimus. Apocopa vero magna et parva distinxisse videtur, quoniam Ptolemæus *unum* tantum eorum sinum esse asseverat. Quæ de cursu νυχθημέρῳ 400 vel 500 stadiorum Ptolemæus dicit, falsa sunt neque ipse Ptolemæus talem computum sequitur, siquidem ab Aromatis ad Rhaptum 25 dierum navigationem, oræ vero longitudinem c. 10800 stadiorum exhibet, adeo ut diei cursus sit stadiorum 432, cursus νυχθήμερος stad. 864. — Superest ut apponam Arabum mercatorum relationes, quibus fisus Ptolemæus suam hujus tractus tabulam concinnavit. De his igitur ita habet p. 46, 22 : εἶναι δὲ συνεχῆ μὲν τοῖς Ἀρώμασι πρῶτον κόλπον, ἐν ᾧ μετὰ μιᾶς ἡμέρας ὁδὸν (c. 660 stadia in tabula) ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων Πανὸν κώμην, καὶ Ὀπώνην (ἐμπόριον) ἀπέχουσαν τῆς κώμης ὁδὸν ἡμέρας (c. 580 stad. in tab.). Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἐμπόριον συνάπτειν ἄλλον κόλπον, ἀρχὴν τῆς Ἀζανίας, οὗ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐκκεῖσθαι Ζίγγιν ἄκραν καὶ Φαλαγγίδα ὄρος τριῶν κεφαλῶν· καλεῖσθαι δὲ τοῦτον μόνον τὸν κόλπον Ἀπόκοπα, καὶ διάπλουν ἔχειν δύο νυχθημέρων (Sinus hic in tabula a Zingi prom. ad Νότου κέρας pertinens oram habet 2000 = 4 × 500 stadiorum). Παρήκειν δ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸν Μικρὸν Αἰγιαλὸν ἐν διάπλῳ τριῶν διαστημάτων, εἶτα τὸν Μέγαν Αἰγιαλὸν ἐν διάπλῳ πέντε διαστημάτων, ἀμφοτέρους δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τεσσάρων ἔχειν διάπλουν νυχθημέρων, συνῆφθαι δὲ τούτοις ἄλλον κόλπον, ἐν ᾧ ἐμπόριον τὸ καλούμενον Ἐσσινὰ μετὰ δύο νυχθημέρων πλοῦν, εἶτα Σαραπίωνος ὅρμον μετὰ μιᾶς ἡμέρας πλοῦν· ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐπὶ τὰ Ῥάπτα κόλπον τριῶν νυχθημέρων ἔχοντα διάπλουν· οὗ κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἐμπόριον εἶναι τὸ καλούμενον Τονίκι, παρὰ δὲ τὸ Ῥάπτον ἄκρον ποταμὸν τὸν καλούμενον Ῥάπτον καὶ μητρόπολιν ὁμώνυμον αὐτῷ, μικρὸν ἀπέχουσαν τῆς θαλάσσης. Τὸν δὲ ἀπὸ τῶν Ῥάπτων μέχρι τοῦ Πράσου ἀκρωτηρίου κόλπον μέγιστον ὄντα καὶ μὴ βαθὺν παροικεῖν βαρβάρους ἀνθρωποφάγους. — In

4. Ἐν δὲ τῷ Βαρβαρικῷ κόλπῳ

Πανὼ κώμη.	πβ′		ε′
Ὀπώνη ἐμπόριον	πα′		δ′ δ″
Ζιγγὶς ἄκρα	πα′		γ′ ∠″
Φαλαγγὶς ὄρος	π′		γ′ ∠″
Ἀπόκοπα	οθ′		γ′
Νότου Κέρας, ἄκρον	οθ′	βορ.	α′
Μικρὸς Αἰγιαλὸς	οη′	νοτ′.	α′
Μέγας Αἰγιαλὸς	ος′	νοτ′.	β′
Ἐσσινὰ ἐμπόριον	ογ′∠″	νοτ′.	γ′ ∠″
Σαραπίωνος ὅρμος καὶ ἄκρον	οδ′	νοτ.	γ′

4. In Barbarico deinde sinu

Pano vicus	82°		5°
Opone emporium	81°		4° 15′
Zingis promontorium	81°		3° 30′
Phalangis mons	80°		3° 30′
Apocopa	79°		3°
Austri Cornu, promont.	79°	sept.	1°
Parvum Littus	78°	aust.	1°
Magnum Littus	76°	aust.	2°
Essina	73° 30′	aust.	3° 30′
Sarapionis statio et promontorium	74°	aust.	3°

Tabula positio Parvo litori assignata a Notu cornu 1080 stadia distat indeque alia 1080 stadia sunt usque ad positionem quæ Magno litori adscribitur. In hoc vero 2160 stadiorum spatium minime cadunt navigationis dies octo, qui ex vulgari computo sunt 4000 stadiorum et in Ptolemæi tabula pertinerent usque ad Sarapionis portum et promontorium, quousque Αἰγιαλοὶ pertinent in Periplo, qui et ipse, sicut Ptolemæus, in τῶν Ἀποκόπων et τῶν Αἰγιαλῶν præternavigationem dies duodecim (6+6 = 4+8 ap. Ptol.) computat. Ptolemæus igitur tractum quattuor dierum qui a Magno litore ad Sarapionis promontorium pertinet, Ægialis adjungere debebat. Deinde vero post Tonici stationem omisit quinque dierum litus quod erat usque ad ultimum τῶν ἑπτὰ τῆς Ἀζανίας δρόμων. Post hoc denique ponendus sinus erat in quo est Essina emporium; qui sinus non in Σαραπίωνος sed in Ῥάπτων ἀκρωτήριον exit. Ut nunc Ptolemæi tabula habet, a Serapione ad Rhaptum fluvium nonnisi 2000 stadiorum et paullo amplius sive quattuor dierum cursum habes, cujus loco ex Periplo colligitur cursus dierum tredecim (7+4+2).

P. 766, 1. ἐν δὲ τῷ Βαρβαρικῷ κόλπῳ] δὲ om. ADMOPRSΘΔΞΦΨϽ. Cf. cap. 7 § 1 Βαρβαρικὸν πέλαγος. P. 46, 3 : παρὰ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀραβίας τῆς Εὐδαίμονος διαπεραιουμένων ἐμπόρων ἐπὶ τὰ Ἀρώματα καὶ τὴν Ἀζανίαν καὶ τὰ Ῥάπτα, ταῦτα δὲ πάντα Βαρβαρίαν ἰδίως καλούντων. Haud recte Ptolemæus § 10 : ἡ παράλιος πᾶσα Βαρβαρία, Ἀζανία δὲ ἡ ἐνδοτέρω. Ipse p. 46 Azaniam in ora maritima commemorat. Cf. *Azanius oceanus* ap. Plin. 6, 108, *Azanium mare, quod aliqui Hippalum scripsere* ibid. 6, 173; *in Azanio mari Dioscoridu insula*, ib. 6, 153. ‖ — 2. Πανὼ κώμη] sic BEZXΦΨ, Arg., *Pano* edd. Vic., Rom. Ulm., Πάνωπρος κώμη ed. pr., Πανοκώμη cett. Cf. p. 46, 24 not. ‖ — ε′] 4 1/2 ed. Rom. ‖ — 3. Ὀπώνη] Ὀπάνη ΦΨ Arg. Ulm., Ὀπὼν P, Ὀπῶν RVWϽ. — δ′ δ″] 4 ed. Rom. ‖ — 4. Ζιγγίς] Ζήγγισα ed. pr., Ζίγγις codd. p. 46, 28, *Singis* ed. Ulm. ‖ — γ′ ∠″] 2 1/2 ed. Rom. ‖ — 5. Φαλαγγίς] Cf. p. 46, 28 : Φαλαγγίδα ὄρος τριῶν κεφαλῶν. ‖ — π′] 82 ed. Vic. ‖ — γ′ ∠″] 1 1/2 ed. Rom., 2 1/2 ed. Ulm., 3 1/3 ed. Lugd. Proximum promontorium est hod. *Ras-el-Khyle*, usque ad quod pertinet *Hazaine* sive ora prærupta. Ficticius sinus est quem Ptolemæus a Zingi ad Notu ceras delineavit, cujusque medium Ἀποκόπων positione indicatur. Haud reputavit auctor κόλπος vocem a nautis etiam de recto oræ tractu usurpari. Ora hujus sinus in Ptol. tabula est stadiorum 2000, διάπλους vero qui lib. 1 duorum νυχθημέρων esse dicitur, stadiorum 1500. Ceterum *Ras el Khyle* a Zingi pr. (*Ras Maber*) abest 1200 stadia et paullo amplius, quorum loco Ptolemæi tabula nonnisi 500 stad. habet. Similiter sequentis oræ tractus justo breviores sunt. Peripli auctor in Apocopôn præternavigationem inde ab Opone sex navigationis dies computat. ‖ — 6. Ἀπόκοπα] Ἀκοκόπα ΧΦΨ Arg., Ἀπόκοπον ACDFMNOPRSVWΔΞΩϽ. Cf. Steph. Byz.: Ἀπόκοπα, οὐδετέρως, κόλπος ἐν τῷ Βαρβαρικῷ μυχῷ. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ. ‖ — 7. Νότου κέρας] Νοτούκερως Arg. ‖ — οθ′] ογ′ ed. pr. ‖ — βορ. α′] β′ ιβ″ ed. pr., νότου α′ AD. In Hannonis Periplo Νότου κέρας *sinus* est et oræ exploratæ terminus ultimus. *Sinus* deinceps evasit *promontorium*. Hannonis vero narratio ad Græcorum de Libyæ figura opinionem ita accommodata est, ut omnem Libyæ oram meridionalem Hanno præternavigasse censeretur. Itaque Νότου κέρας nomen apud Strabonem ad Aromatum promontorium refertur, deinde quum paullo ulterius ora Plinii ætate innotuisset, in eam regionem translatum fuerit ubi a Ptolemæo commemoratur. Hodie *Ras Awath*, ut videtur. ‖ — 8. νότ. α′] νοτ. vs. 6. 7. 8 in plurimis codd. omissum; *austr.* 2 ed. Ulm. ‖ — 9. νοτ. β′] β′ ∠″, misso νοτ., ed. pr.; βορ. ∠″ X, 1 ed. Ulm. ‖ — 10. Ἐσσινά] Ἐσσινᾶ MOPRVDΞΔΩϽ, Ἐσσινάου BEZ.

Τονίκι ἐμπόριον ογ' νοτ. δ' δ''
Ῥάπτου ποταμοῦ ἐκβολαί οβ'∠'' νοτ. ζ'
Ῥάπτα μητρόπολις τῆς Βαρβαρίας μικρὸν ἀπὸ θαλάσσης οα' νοτ'. ζ'
Ῥάπτον ἄκρον ογ'∠''γ'' νοτ. η' γ''ιβ''

5. Τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ Νείλου τὸ μετὰ τὸν μείζονα Καταῤῥάκτην γραφήσεται διὰ τῶν προσεχῶν αὐτῷ κωμῶν, ὧν αἱ θέσεις ἔχουσιν οὕτως·

Μετὰ τὸν Ψέλκιν καὶ τὸν Μέγαν Καταῤῥάκτην, οὗ ἡ θέσις ἐπέχει μοίρας
ξ' ∠'' κβ'' ∠''

Tonici emporium 73° aust. 4° 15'
Rhapti fluvii ostia 72° 30' aust. 7°
Rhapta metropolis Barbariæ paulo a mari remota 71° aust. 7°
Rhaptum promontorium 73° 50' aust. 8° 25'

5. Reliqua pars Nili quæ est post maiorem Cataractam describetur per vicos ei adiacentes, qui sic siti sunt :

Post Pselcin atque maiorem Cataractam, cujus positio est graduum
60° 30' 22° 30'

Essinacu ed. Vic., Ἐσσινὰ εὐεμπόριον ΦΨ, *Essina bonum emporium* Arg., Ἐσσιναδου ἰσημεριν X, cujus ad marginem manu secunda γ' ∠''. Cf. var. lect. p. 47, 9. ‖ — ογ' ∠''] ογ' ϛ'' ADMOWΔ. ‖ — γ' ∠''] γ' F, 3 ed. Ulm., 4 1/2 ed. Rom. ‖ — 11. δρμος] ὄρος BEZ; καὶ om. X; ἄκρα ed. pr. ‖ — 12. οδ'] sic X ed. pr., ed. Ulm. 72 1/2 ed. Rom., ογ' cett. ‖ — νοτ. γ''] νγ' X, 3 1/2 ed. Ulm., 4 1/2 ed. Rom. ‖ — 1. Τονίκι] Τωνίκι LΞ, Τώνικι SΩ, Τονικια X, *Nici* cod. Basil., τὸ νίκη N, Τονίκη aut Τωνίκη cett. Cf. var. lect. p. 47, 14. Νίκωνος statio vocatur in Periplo p. 269, ubi monui nomina hæc emporiorum ex nominibus arabicis ad aliorum similitudinem a Græcis Ægypti ficta videri, sicuti Dioscoridis et Zenobii insularum Arabicarum nomina minime deducenda sunt a Dioscoride quodam et Zenobio. Μενουθιὰς quoque insula (hod. *Ungudja*) ab Ægyptiis id nominis nacta fuerit; certe Μένουθις et Μενούθι Ægypti vicus Canobo propinquus et Μενουθιὰς Canopi uxor et Isidis cognomen commemorantur. De situ Tonici emporii vide supra. Berlioux (*Doctr. Ptolem.* p. 14) nomen loci agnoscit in hod. *Ndisi*, qui locus sit pone *Manda* et *Patta* insulas. De his sicuti de ceteris, quibus Ptolemaicam hujus oræ descriptionem vir doctus tueri studet, videant alii. ‖ — 3. οβ' ∠''] 72 ed. Ulm. ‖ — 4. ἀπὸ] ἄποθεν COPRΞ, *parum a mari absens* ed. Vic. ‖ — οα'] an οβ'? ut a mari minus longe distet. Ceterum cf. Steph. Byz.: Ῥάπτα (Ῥάπτρα cod. Rhedig., Ῥάπται codd. Aldin. et Voss.) ἡ μητρόπολις τῶν ἐντὸς Αἰθιόπων. Οἱ οἰκήτορες Ῥάψιοι· καὶ Ῥάπτα (Ῥάπτρα edd. ante Holsten.) ὅρμος καὶ Ῥάπτος (Ῥάπτρος v. l.) ποταμός. Ἔστι δὲ καὶ μητρόπολις τῆς Βαρβαρίας Ῥάπτα (Ῥάπτρα et Ῥόπτρα codd.), quæ ab priore non est diversa.

§ 5. De ratione qua in sqq. Nili cursus ad Meroen usque describitur, nonnulla præmonenda sunt. Meroes ruinas late sparsas esse 16° 55'-58' lat. recentiorum exploratorum testimoniis satis jam constat. Secundum gnomonicas veterum observationes parum accuratas situs urbis assignatur 16° 51' lat. ab Eratosthene, 16° 27' a Ptolemæo in Synt. math., 16° 25' in Geographia. Cursus vero Nili a Meroe ad Syenen secundum Eratosthenem et Ptolemæum et nostras tabulas ita habet :

	Erat.	Ptol.	Nos.
1. A Meroe boream versus	2700,	2500.	1900 st.
2. Inde austrum et occasum versus	3700,	2600.	1500
3. Inde boream versus usque ad cataracten magnum	5300,	5000.	2800
4. Inde ad cataracten parvum prope Syenen	1200,	1000.	1800
	12900,	11100.	8000 st.
	= 1612 1/2 m.	1375 m.	1000 m.

Ptolemæus igitur ad Eratosthenicas mensuras prope accedit præter quod in secundo tractu pro 3700 stadiis nonnisi 2600 exhibet. Is vero dissensus ex errore profectus est. Scilicet ad primi tractus terminum borealem Ptolemæus collocat Napata urbem, quæ reapse ab illo termino ultra 1000 stadia meridiem et occasum versus distat, adeo ut ab ea ad finem tractus secundi Eratostheni quoque 2600 stadia computanda essent. Jam vero patet mensuras istas vel sic justo longe majores in tabulam, cujus singuli gradus non 700, sed 500 stadiorum sunt, non potuisse inferri, nisi Nili cursus longitudo fictis ambagibus magnopere augeretur. Ego a Syene Meroen juxta fluvium melior circa 1000 m. p. (1020 collegit Vivien de S.-M. l. l.). Eandem fere summam sec. Neronis exploratores refert Plinius 12, 19 : *Æthiopiæ forma, ut diximus (6, 183) nuper allata Neroni principi raram arborem Meroen usque a Syene imperii fine per DCCCCXCI I*

ἀπὸ μὲν δυσμῶν τοῦ ποταμοῦ κεῖνται κῶμαι αἵδε·

Τασίτια	ξ' L''	κβ'

in occidentali fluminis ripa hi sunt vici :

Tasitia	60° 30'	22°

---

m. p. (sic optimi codd., 896 m. celeri), *nullamque nisi palmarum generis esse docuit.* Pro 996 m. p. habes 976 (975. 974. 973 var. lect.) apud eundem Plinium 6, 183, ubi diversa miscens auctor hæc prodit : *Timosthenes ... sine mensura dierum LX a Syene Meroen iter prodidit* [60×215=12900 stadia Eratosthenis]. *Eratosthenes DCXXV* [=5000 stadia secundum distantiam parallelorum]. *Artemidorus DC* [4800 st.], *Sebosus ab Ægypti extremis* (i. e. a Syene) *XVI. LXXII* [sic codex Paris. sæc. X, vulgo inepte : LXVI. LXXV. Cum hisce 1672 vel 1675 m. comparanda sunt millia 1612 1/2, quæ juxta fluvium Eratosthenes computavit]. *Unde* (immo : *ab Alexandria*) *proxime dicti* (sc. Eratosthenes aliique) *XII. L.* (i. e. 10000 stadia, quæ secundum illos intercedunt inter parallelos Alexandriæ et Meroen. Cf. 2, 245 : *Inde, a Meroe sc., Alexandriam XII. L.*] *Verum omnis hæc finita nuper disputatio est, quoniam a Syene DCCCCLXXVI m.* (975, 974, 973 var. lect. ed. Silligii, qui de conj. inepte scripsit 871, quot e singulis numeris colliguntur) *Neronis exploratores renuntiavere his modis :*

		lege :
1. *A. Syene Hieran Sycaminon* (i. e. Dodecaschœnus regio 90 m. p.)	LIIII.	LXXXX
2. *Inde Tama*	LXXII	
3. *Regionem Euonymiton Æthiopum primam* [post quam ἡ μέση Αἰθιοπία ap. Ptol.]. . . .	CXX	CIC
4. *Acinam* (hod. *Akeh*, 19° 40' lat.)	LIIII	
5. *Pi-taram* (h. *Tura* in *Argo* insula 19° 20', prope *Sanarat*)	XXV	
6. *Tergedum* (h. *Tangesi* 18° 9')	CVI	
7. *Napata* (ruinæ ad *Dj. Barkal*)	LXXX	
8. *Ad insulam Meroen*	CCCLX	CCCLX (8–9)
9. *Oppidum Meroen ab insulæ introitu*	LXX	
(Debebat : *Ad oppidum Meroen, ab insulæ introitu LXXm. distans*, CCCLX)		
	871	977

In his primus numerus quomodo corrigendus sit, patet. Minus liquet de sequentibus duobus, quoniam ubinam fuerit Tama, non constat. Manu leni numerum CXX in CXC mutandum esse conjicio, adeo ut ab Hiera Sycamino ad Euonymitas sint 262 m. p., quot distantiarum ratio flagitat. Ab Hiera Sycamino ad Magnum cataracten (ad *W. Halfa*) sunt c. 1200 stadia, inde autem usque ad Euonymitas, secundum Ptolemæum, est Τριακοντάσχοινος regio stadiorum 900. His summa conflatur stadiorum 2100 sive 262 1/2 m. p. — Locorum nomina usque ad Meroen Plinius (6, 178-184) secundum Bionem et Jubam et Petronii expeditionem et Neronis exploratores supra centum recenset ; Ptolemæus vero nonnisi 25 vicorum nomina apponit, quorum plurima in Plinianis laterculis non occurrunt, nonnulla autem cum nominibus nomorum qui in vett. monumentis enumerantur, componenda esse videntur, ut probabiliter censet Brugschius in *Geogr. Æg.* p. 167. Etenim magnus *Kens*, i. e. Nubiæ, nomus minores nomos continebat, qui hoc ordine ap. Brugsch. l. l. exhibentur :

A. 1. Senem. Σήνης in inscr.
2. Buhen. Βόων 62°. 21° 40 Ptol.
3. Towaz. Τασίτια 60° 30'. 22°
4. Pnebs. Πνόυψ 62°. 22°
5. Ptenmut. Πτεμυθίς 61. 20° 15'
6. Nap. Νάπατα 63. 20° 15
7. Sechawal (?). Σαχόλη 63. 19° 30'
8. . . . . .

B. 1. Hachem (Acina Plinii ?)
2 a. Pe-mer. Μόρου 61° 30'. 18° 40'
2 b Beki. (*Bocchis* Plinii ?)
3. Ta-ma (*Tama* Plinii ?)
4. Medj
5. . . . . .
6. . . . . .
7. Nabech (?) Νάχις 62, 19° 30.
8. . . . .

Ne Pliniana nomina *Acina* et *Bocchis* et *Tama* cum Brugschio referam ad nomos *B* 1. 2. 3, ordine nomorum prohibeor. *Tama* nomus secundum seriem nomorum fortasse fuit ubi nunc est *Tama* insula a Napatis boream versus sita. || — P. 767, 8. Καταρράκτην] Καταράκτην h. l. et in seqq. MNOSVΔΣ; τὸν καταρ. τὸν μείζονα L. Verba γραφήσεται ... τὸν μέγαν κατρ. om. ΦΨ edd. Vic. Arg. Ulm. || — 9. κωμῶν] Oppida Plinii ætate tantum non omnia deleta erant. Plinius 6, 181 : *Hæc sunt prodita usque Meroen, ex quibus hoc tempore nullum prope utroque (Nili) latere exstat ; certe solitudines nuper renuntiavere principi Neroni missi ab eo prætoriani.* Idem 6, 185, de Napatis : *Oppidum id parvum inter prædicta solum.* || — αἱ θεσ. ἔχουσιν] ἡ θέσις ἔχει ed. pr. || — 11. Ψέλχιν] Ψέλχην CFP. Cf.

Βόων	ξβ′	κα′ γο″	Boon	62°	21° 40′
Αὐτόβα	ξα′ ∟′	κα′ ∟′	Autoba	61° 30′	21° 30′
Φθοῦρι	ξα′ δ″	κα′ γ″	Phthuri	61° 15′	21° 20′

p. 727, 6. ‖ — P. 767, 12. μοίρας] om. ΦΨ. ‖ — 13. ξ′∟′ κβ′ ∟′] Intervallum inter Magnum et Parvum cataracten (60° 50′ 23° 45′ p. 727, 1) justo minus est. ‖ — P 768, 3. Τασίτια] Τασιτία PSVWΔΦΨΩΞ, Τασιτίς X, *Tasitica* ed. Vic. ‖ — ξ′ ∟′] sic BEZXΦΨ edd. Vic. Rom. Ulm. Arg., ξ′ ed. pr., ξα′ ∟′ cett. Tasitia, 250 stadia a cataracte Magno posita, erat ubi nunc *Semneh* ruinæ et alius cataractes. Vivien de S.-Martin Tasitiam esse voluit hod. *Teit*, qui locus est haud longe a cataracte Magno, « à deux lieues au-dessus de Ouadi Halfa », neque diversam esse censet *Stadisim* cataractæ propinquam, cujus Plinius meminit 6, 181 : *Is* (Petronius) *oppida eorum expugnavit quæ sola invenimus quo dicemus ordine* : *Pselcin*, *Primin* (h. Ibrim 22° 40°), *Bocchin*, *Forum Cambusis* [*Phthurin*, *Cambusin* perperam vett. editores, collato Ptolemæo], *Athenam* (*Attenam*, *Atheniam*, *Atteniam*, *Adtenam*, var. lect.; *Attevam*, quæ sit Αὐτόβα Ptolemæi, male scripserunt Harduinus et Silligius), *Stadissim* (*Stadisim*, *Stadasim*. v. l.), *ubi Nilus præcipitans se fragore auditum adcolis aufert. Diripuit et Nepata.* Etenim ordinem locorum vir doctissimus a Plinio turbatum esse putabat, seductus priscis Plinii editionibus, in quibus verba auctoris ex Ptolemæo non emendata sed depravata sunt. Stadissis quærenda est a Napatis boream versus ad quartas cataractas circa hod. *Ischischi* insulam (18° 55′ lat.). Athena erat a Napatis austrum versus sec. Iubam ap. Plinium 6, 179, ubi : *Cadeum* (h. *Abdum?* 18°), *Athena* (ad h. *Tani*, 18° 2′), *Batta* (leg.: *Nabatta*, i. q. *Napata*). Denique *Forum Cambysis* ap. Ptol. Ταμιεῖα Καμβύσου. — In Tasitiæ parallelo ad dextram Nili ripam, sed a Tasitia 1 1/2 gradibus ortum versus Pnups vicus collocatur. At flexus Nili a Tasitia ad Pnupem pertinens merum est figmentum. Igitur Pnups vicus e regione Tasitiæ situs fuerit. ‖ — 1. Βόων] Βοόν A, Βοών Φ, Βοῶν FLNPRSVXΔΞΨΩ, *Borum* ed. Vic., *Boorum* ed. Ulm. ‖ — ξβ′] ξγ′ BEZ, 60 edd. Rom. Ulm. ‖ — κα′ γο″] κα′ γ″ ed. pr., 20 1/2 ed. Rom., 22 2/3 ed. Lugd. A *Semneh* ruinis 20′ austrum versus occurrit *Okmeh* locus thermis sulphureis notus. Ibi igitur Boon steterit. Inde juxta fluvium 250 stadia sunt usque ad *Atab*, quæ est Autoba Ptolemæi. Nescio an Boon sit *Buma* in Bionis descriptione lateris Libyci, ex qua Plinius hanc nominum seriem affert :

Tacompsos altera
Moggore (*Morgos* ins.).
Sæa (*Hasaya* 22° 46′ lat.)
Ædos (Edos var. lect.)
Plenariæ (Planariæ, Aplenariæ v. l. — An *Ædes penariæ*, i. e. Ταμιεῖα? Cf. Ταμιεῖα Καμβύσου).
Pinnis (leg. *Primis*, in *W. Ibrim*).
Magassa (h. *Wadi el Mahass*, 22° 40′.)
Buma (h. *Okmeh* s. *Ogmeh*, 21° 10′. Nomine tenus cf. *Dj. Buma*, 20° 28′, in Arabico latere)
Lintuma (h. *Sedeinga* ruin., 20° 30′?)
Spintum (*Teti es Selimna*, 20° 23′?)
Sydop (An Συλοπ? h. *Soleb* 20° 25′.)
Gensoe (*Censoe* var. lect.; h. *Sese* 20° 5′, castelli ruinæ et in propinquo templi ruinæ *Sesebi* vocatæ et oppidi rudera)
Pindicitor (*Fakir el Benti* 19° 57′?)
Acug (Agugo var. l.; h. *Akeh*, 19° 40′; *Acina* sec. exploratores Neronis.
Orsum (h. *Ordeh* 19° 10′? Hoc si recte conjicitur Orsum *post* Suaram ponendum fuisset)
Suara (h. *Saurat*, 19° 20′)
Maumarum
Urbin (h. *Urub* 18° 45′? aut insula *Orbab* 18° 13′?)
Mulon (*Molum* v. l.), *quod oppidum Græci Hypaton vocant* (ad hod. insulam *Dulum* 18°, in Nili angulo, inde a quo boream versus adverso fluvio navigatur)
Pagoargas (Pagoartas, Pagoarca v. l.; fort. hod. *Wadi Argu* (18° 55′), per quod ab insula *Ischischi* (*Stadisi* ap. Plin.), devitatis fluvii ambagibus, per mediterranea iter est et ad Nilum denuo acceditur prope *Akabah Zumaneh*.)
Zamnes (Zmanes v. l.; ad hod. *Akabah Zumaneh* 18° 40′)
Mambli
Beressa (h. *Derekkeh*, 18° 20′?)
Celum (Cœlum, Celuma, Aceluma v. l.)
Meroe.

2. Αὐτόβα] Αὐτοβα SΩ, *Atoba* edd. Vic. Rom. ‖ — ξα′ ∟′] 71 1/2 ed. Vic. ‖ — κα′ ∟′] κα′ ∟′ ιβ″ DLM NOPRSWΔΞΩΞ, κα′ γ″ X, 20 1/2 ed. Rom. Nunc ibi *Atab* ins. (20′ 50′). In eodem parallelo ad dextram Nili ripam Ptolemæus collocat Βέρεθιν, quæ hodie est *Fergeh* (20° 53′). ‖ — 3. Φθοῦρι] Φθουρίς X, Φθούρ ACLSWΦΨΩΞ Arg., Φθοῦρ DFNOPRΔΞ, *Phtur phurim* ed. Vic., *Pthiur* ed. Ulm. ‖ — κα′ γ″] 22 1/3 ed. Lugd., 19 2/3 ed. Rom. Phthuri si recte ab Autoba 10′ versus austrum ponitur, quærenda foret in *Sai* insula (20° 40′). Probabilius vero est vicum fuisse ubi nunc est *Gurien Taua* templi ruinis conspicua (20° 22′). Hinc versus ortum hibernum in

Πίστρη	ξα'	κ' γο''	Pistre	61°	20° 40'
Πτεμιθίς	ξα'	κ' δ''	Ptemithis	61°	20° 15'
Ἀβοῦνκις	νθ' ∠''	κ'	Abuncis	59° 30'	20°
Καμβύσου Ταμιεῖα	νθ'	ιη'	Cambysis Penaria	59°	18°
Ἐρχόας	νθ' ∠''	ιη'	Erchoas	59° 30'	18°

dextra Nili ripa ad cubitum fluvii nunc est *Gimba* (20° 20'), sicut apud Ptolemæum a Phthuri versus ortum hibernum in cubitu Nili Gerbo (21°) ponitur. || — 1. Πίστρη] Πιστρή LPRSVWΦΨΩΞ, Πιστρῆ ADMNO. || — ξα'] 62 ed. Ulm. || — κ' γο''] κα' γο'' PRW, κ' γ'' ed. pr. Pistre, 50' ab Autòba (*Atab*, 20° 48') collocata, fuisse debet c. 19° 58', ubi ad flexum fluvii hodie *Fakir el Benti* seu *el Bint* (*Pindicitor* Bionis) prope *Fariat* s. *Taad* insulam. Flexus Nili qui sunt 20° 20' et 19° 58'. Ptolemæi tabula habet 21° et 20° 30'. Ad borealem cubitum positum Γερβὼ hod. est *Gimbo*; ad australem cubitum posita Πάταιτα (i. e. *P-Ataita*) hodie *Utaiah*. Noli credere Pistram Ptolemæi esse Pitaram exploratorum Neronis. Hæc enim, ut supra vidimus, ex distantiarum ratione fuit ubi nunc est *Tura* prope *Semneh* ruinas in *Argo* insula, cui in læva ripa objacet *Saurat* (*Saura* Bionis). Argo insula cui a meridie adjacet *Agadeh* locus, haud dubie est *Gagaudes* insula, quam in hoc tractu esse Plinius 6, 184 dicit. || — 2. Πτεμιθίς] Πτεμεθίς P; Πτεμυθίς DLMNORSVWΔΞΞ ed. pr., *Ptemitis* ed. Rom. P-temithis fuerit ad hod. *Semiti* insulam (19° 45') a *Fakir el Benti* c. 150 stadia distans. Proxime sequuntur *Hannik* et *Akeh* (19°40') sive *Acina* exploratorum Neronis prope magnum cataracten tertium in confiniis regionum *Dar Mahass* et *Dar Dongola*. In dextro fluvii latere objacet *Djebel Arambo* s. *Rambia*. Ad hunc montem fuerit *Orambis juxta bituminis fontem*, quam in Arabico latere post Mamudam (ad hod. *Dj. Meme* 20° 58? aut hod. *Abuda*. 20 35') Iuba ap. Plinium 6, 179 nominat. Idem oppidum in Bionis laterculo (6, 178), ubi: *Arabeta et Boggia*, *Leupitorga*, *Tantarene* (Πουτυρις Ptolemæi? hod. oppidi ruinæ ad *Djebel Kerma* sitæ, 19° 35?). In his Boggia Arabetæ juncta est Βῶγχις, πόλις Αἰθιοπίας πρὸς τῷ τρίτῳ καταράκτῃ apud Steph. Byz., atque *Bocchis*, quam inter Primin et Forum Cambysis ex Petronii expeditione Plinius 6, 178 noverat. Sita fuerit eo fere loco ubi nunc notatur *Kobodi* (19° 42'), e regione *Hannek* oppidi, quod esse videtur Ἀβοῦνκις Ptolemæi, adeo ut coguomina oppida in utraque fluvii ripa, ut passim, sibi objacerent. Abuncis a Ptemithi non nisi 15' meridiem versus ponitur. Qui inter utrumque locum exhibetur Nili cursus ficticius est. || — 3. Ἀβοῦνκις] sic Z, Ἀβυνκίς FS, Ἀβουνκιθίς ΦΨ edd. Arg. Ulm., Ἀβουνκίς cett., *Aburitis* ed. Vic. || — νθ' ∠'' κ'] 59. 17 2/3 ed. Rom. || — 4. Καμβύσου] Καβύσου L, *Cambysi ærarium* ed. Rom., *Cambisa æraria* ed. Vic. || — νθ'] νη' P. || — ιη'] ιη' ∠'' X ed. pr. Forum Cambusis inter oppida a Petronio capta ap. Plin. 6, 181. Ab Abunci 1000 stadiis austrum versus collocata, in ea regione erat ubi nunc *Dongola Adjusa* (i. e. vetus Dongola) et *Abu Gus* c. 18° 10', unde juxta fluvium iter ortum versus erat. In eo fluvii angulo oppidum etiam in Ptolemæi tabula ponitur. Ejusdem regionis, secundum Neronis exploratores, erat Tergedum, ad hod. *Tangesi* ins., ut videtur, 18° 9'. — De Cambysis expeditione v. Herodot. 3, 25, Diodor. 1, 33, Strabo 17, 1, 5, Ampelius lib. mem. 13, 2, Joseph. Ant. Jud. 2, 10, 2. || — 5. νθ' ∠''] νθ' X ed. pr. || — ιη'] 17 2/3 ed. Rom. Erchoas a præcedente loco c. 250 stadia distans quærendus est ad Nili angulum maxime meridionalem, unde boream versus in fluvio iter deflectit. Nunc ibi *Dolum I.* (*Molum* s. Ὕπατον ap. Plinium), *Nardi* et *Abdum*. Nescio an hic locus Ἔρκις dictus sit in titulo barbaro, qui cruri colossi inscriptus legitur in ruinarum loco qui vocatur *Abu Simbel*, 22° 30', c. 300 stadiis a Magno cataracte boream versus. Exararunt titulum mercenarii cum Psammeticho rege persecuti Ægyptios milites defectores, qui ab Elephantina, ubi stationem habuerant, in Æthiopiam profecti sunt (v. Herodot. 2, 30). Verba tituli: βασιλέως ἐλθόντος ἐς Ἐλεφαντίναν Ψαματίχο ταῦτα ἔγραψαν τοὶ σὺν Ψαματίχοι τοῖ Θεοκλ[έος] ἔπλεον. Ἦλθον ΔΕΚΕΡΚΙΟΣ κατύπερθεν ῗς ὁ ποταμὸς ἀνιη. Ἀλογλοσος (i. e. ἀλλόγλωσσος) Δηχεποτασιμπτο, Αἰγύπτιος δὲ Ἄμασις. Ἔγραφε Δαμέαρχος Ἀμοιβίχο καὶ Πέλεκος Οὐδάμο. Varias de his virorum dd. conjecturas v. ap. Rawlinson ad vers. Herodoti vol. 2 p. 45, Lepsium, *Briefe aus Ægypten* p. 261, Rossium in *Jahns Jahrbüchern* tom. 69 p. 528, Franzium in Corp. Inscr. gr. vol. 3, n. 5126, p. 507. Ego barbara hæc hunc in modum interpretanda esse suspicor: « Psammeticho rege a desertorum persecutione Elephantinam redeunte (ἐλθόντος pro ἀνελθόντος), hæc scripserunt qui cum Psammeticho Theoclis filio navigarunt. » Ἦλθον δ' ἐκ (pro ἐξ) Ἔρκιος, κατύπερθεν ἧς ὁ ποταμὸς ἀνήει, « venerunt autem ab Erci, ultra quam Nilus fluvius adscendebat, i. e. boream versus deflectebat. » Ercis igitur in meridionali angulo sita locus ultimus fuerit, ad quem per-

Σατάχθα	ξ' L''	ιη'
Μόρου	ξα' L''	ιη' γο''
Νακίς	ξβ'	ιθ' L''
Ταθίς	ξα'	ιζ'

6. Ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τοῦ ποταμοῦ κῶμαι αἵδε·

Πνοὺψ	ξβ'	κβ'
Βερηθίς	ξβ'	κα' L''
Γερβώ	ξβ'	κα'
Πάταιτα	ξα' γο''	κ' L''
Ποντυρίς	ξα'	κ'
Πρῖμις Μικρά	ξ'	ιθ' L''

Satachtha	60° 30'	18°
Moru	61° 30'	18° 40'
Nacis	62°	19° 30'
Tathis	61°	17°

6. In orientali autem fluminis ripa hi vici :

Pnups	62°	22°
Berethis	62°	21° 30'
Gerbo	62°	21°
Patæta	61° 40'	20° 30'
Pontyris	61°	20°
Primis Minor	60°	19° 30'

sequentes pervenerint. ‖ — 1. Σατάχθα] Σατάχθαι ACDFLMNOPRSVWΔΞΩ, Σαταχθαί ⊐, *Sathachtha* ed. Vic., *Satachra* ed. Ulm. ‖ — ιη'] 17 1/2 ed. Rom. Situs loci propter perversam fluvii delineationem certius definiri nequit. Fortasse huc pertinet ruinæ quæ exstant ad hod. *Schatrab* insulam (18° 10') a *Korti* boream versus. ‖ — 2. Μόρου] *Morum* edd. Vic. Ulm., *Mori* ed. Rom. ‖ — ξα' L''] ξα' F, 61 ed. Rom. ‖ — ιη' γο''] ιη' γ'' ed. pr., 18 ed. Rom. Nunc *Meraui* (18° 30'). Ab Erchoæ meridiano vix dimidio gradu, haud vero, ut in Ptol. tabula, duobus gradibus integris abesse potuit. Juxta hunc locum sub *Dj. Barkal* supersunt ruinæ Napatorum, quam urbem Ptolemæus ad borealem Nili cubitum 63° 20° 15' ponit, a Moru c. 1000 stadia dissitum. Causa erroris fortasse in eo quærenda est quod plurimi Meroen petentes in Nilo nonnisi ad Napata usque adscendebant indeque ambages fluvii vitantes terrestri itinere austrum ortumque versus proficiscebantur. ‖ — 3. Νακίς] sic BEZ ed. pr., edd. Vic. Rom. Ulm., Νάκι cett. ‖ — ιθ' L''] ιη' L'' ed. pr., 19 ed. Rom. Vicus si recte a Napatis austrum versus collocatur, ad hod. *Hannek* (18° 21') referendus fuerit. ‖ — 4. Ταθίς] Τάθις DPRVWΔΞ⊐, *Thatis* edd. Rom. ‖ — ιζ'] 16 1/2 ed. Rom. Secundum Neronis exploratores Plinius 6, 185 prodit « *ipsum oppidum Meroen ab introitu insulæ abesse LXX m. pr., juxtaque aliam insulam Tadu (Tatu v. l.) dextro subeuntibus alveo, quæ portum faceret.* » Cum hac Tadu componenda est Tathis Ptolemæi, a Primi Magna, ad quam Meroes insulæ introitus est, 62 m. p. dissita. Distantia hæc a Nili et Astaboræ confluentibus pertinet usque ad hod. *Korgos* insulam (16° 30'), a qua boream versus ruinæ Meroes exstant. Haud recte Ptolemæus Meroen a Tathi c. 375 stadiis austrum versus collocat, et ad Tathin Nili angulum ponit, qui ibi nullus est. — Ceterum cf. etiam Plinius 6, 180 : *Fuit quondam et Epis oppidum contra Meroen, antequam Bion scriberet deletum.* ‖ — 5. τοῦ] om. ed. pr. ‖ — 7. κβ'] κβ' ς'' ADFLMNOPRVWΞ. De situ v. not. p. 769. Idem nomen absque *P* articulo *Nups*, quod in Bionis et Iubæ laterculis post Primim Parvam sequitur. ‖ — 8. Βερηθίς] Βεριθίς ACDFLMNOPRSVWΩ. ‖ — ξβ'] ξβ' δ'' ADFLMNOPSVWΔΞΩ⊐. ‖ — κα' L''] κδ' ed. pr. ‖ — 9. Γερβώ] Γερβῶ DMNOSΔΞΩ, Τερβω X. ‖ — ξβ'] ξη' BEZ. ‖ — κα'] 20 ed. Rom. ‖ — 10. Παταίτα] Πατέτα ACDFLMNOPRSVWΔΞΩ⊐, *Pateta* edd. Rom. Ulm., *Patheta* ed. Vic. ‖ — ξε' γο'' κ' L''] ξα' γ'' κ' ed. pr. Berethis hod. *Fergeh*, Gerbo hod. *Gimbo*, P-atæta hod. *Utaiah*. Vid. not p. 769. ‖ — 11. Ποντυρίς] Ποντηρίς FNSΩ, Ποντερίς LMOPRVWΔ⊐ ed. pr., Ποντουρίς X, *Pontiris* ed. Vic. Fortasse legendum est Τοντυρίς, nam idem oppidum esse videtur *Tantarene* Iubæ ap. Plinium 6, 179. V. not. p. 769. ‖ — ξα'] ξα' ς'' ADFLMNOPRSVWΔΞΩ⊐. ‖ — 12. Πρῖμις] de conj., Πρίμης PV, Πρῆμις ADFLMNOΔΞ⊐, Πριμίς Arg., Πρίμις cett. ‖ — ιθ' L''] ιθ' ed. pr. Aliam Primim (hod. *Ibrim*, 22° 40') inter oppida a Petronio deleta commemorant Plinius 6, 181 et Strabo 17, 2, 54, ubi codices : ἐκ δὲ Ψέλχιος ἧκεν εἰς Πρῆμνιν. Nostri oppidi meminit Juba ap. Plinium 6, 179, ubi in codicum scripturis *Paroa Prumnu* (sic e cod. Paris. 6795 sec. X ed. Detlefs.), *Proaprimii*, *Proaprimi* latet *Parva Primis*. In Bionis laterculo (Plin. 6, 178), misso *P* articulo, scribitur *Remni*, i. q. Π-ρῆμνις. Haud recte Ptolemæus Primim ab Abuncis et Pontyris parallelo nonnisi gradu dimidio abesse statuit. Ad verum propius distantia accedit, si eam metiaris juxta Nili cursum ficticium, qui a Pontyri ad Primim in Ptol. tabula est c. 1000 stadiorum. Etenim Primin fuisse ubi nunc est *Rumi* insula (18° 20') ex locorum serie colligo, quam in Arabico latere e Bione affert Plinius 6, 178 : *Tantarene* (Ποντυρίς Ptol.?). *Mex* (*Emeum* Iuba). *Chindita*. *Noa* (hod. *Naueh* ins. 18° 28'). *Gistale* (*Cystæpe* Juba). *Megadalea*

Ἀρβίς	ξ' L''	ιη' L''	Arbis	° 30′	18° 30′
Νάπατα	ξγ'	κ' δ''	Napata	63°	20° 15′
Σακόλη	ξγ'	ιθ' L''	Sacole	63°	19° 30′
Σανδάκη	ξγ'	ιη' L''	Sandace	63°	18° 30′
Ὀρβαδάρου	ξβ' γο''	ιη'	Orbadaru	62° 40′	18°
Πρῖμις Μεγάλη	ξβ'	ιζ'	Primis Maior	62°	17°

7. Ἐντεῦθεν δὲ νησοποιεῖται ἡ Μερόη χώρα ὑπό τε τοῦ Νείλου ποταμοῦ ἀπὸ δυσμῶν

7. Hinc Meroen regionem insulam efficiunt Nilus fluvius ab occidente et Astabo-

(*Magadale* Iuba). *Remni* (h. *Rumi* ins. 18° 20′ *Parva Primis* Iubæ). *Nups* (sic etiam Iuba). *Direa* (*Dercelis* s. *Dicelis* Iuba). *Paagga* (*Patigga* v. l.; *Patinga* Iuba; hod. *Bangan-arti*, 18° 8′). *Bagada* (*Bacata* v. l.; *Batta* Iuba, i. e. Napata). In Bionis itinerario a Paagga Napata peti videtur via directa. Iuba vero, qui septem locorum nomina intermedia habet, juxta fluvium procedere videtur. Locorum seriem ex eo Plinius 6, 179 hanc apponit : *Orambin*, *Amodata*, *Prosda*, *Parenta* (h. *Kerundi?* 19° 28′), *Mania* (*Maniad*, *Mama* v. l.), *Tessatta* (*Tessata*, *Tesalta* v. l.), *Galles* (*Gallas* v. l., hod. *Gelat* ins. 19° 10′?), *Zoton* (an *Sori* ins. 18° 40′?), *Craucomen* (h. *Kurukol?* 18° 32′), *Emeum*, *Pidibotas*, *Aendonda* (*Endonda* v. l.) *cometas*, *nomades in tabernaculis viventes* (*Hebdomecontacometas* Gelenius et post eum alii scripserunt; haud recte, opinor. Indicantur hod. *Hadendoa* nomades inter 17° et 16° lat.). *Cystæpen*. *Magadalen* (*Macadagalen*; *Magada*. *Galen*. v. l.). *Parva Primis*. *Nups*. *Dicelin*. *Patingam*. *Breves*. *Magasneos* (μέγας νεώς?). *Egasmala* (*Segasmala* v. l.). *Cranula* (*Cranda*. *Crandala* v. l.). *Dennu*. *Cadeum* (*Cadeuma* v. l.). *Athena* (e regione hod. *Tani*, 18° 2′?) *Batta* (leg. Nabatta, i. e. Napata). ‖ — 1. Ἀρβίς] Ἀρβῆς FNR, Ἀρβούς PVƧ, Ἀρβοῦς ACDLMOSWΞΩ, Ἀραβίς X ed. pr. ‖ — ξ' L'' ιη' L''] ξα' ιη' ed. pr. Situs loci incertus. ‖ — 2. Νάπατα] Ναβάτα X, Νάγγατα BEZ, Ναγγᾶτα ΦΨ, *Nangata* ep. Ulm., *Nangatha* ed. Vic. Cf. lib. 8, c. 16. — ξγ'] ξ' γ'' ed. pr. Τὰ Νάπατα post Meroen urbs celeberrima, cujus ruinas prope *Djebel Barkal* exstare constat. Nomen ejus hieroglyphice *Nepat* scribi traditur. Eadem forma *Nepata* (*Neata*, *Nacatta* v. l.) apud Plinium 6, 181. Ibidem 6, 184 *Nabata* (*Nataba* v. l.). Ib. 6, 179 pro *Athena Batta* reponendum *Athena Nabatta*. Ib. 6, 178 codices : *Bacata* et *Bagada*. Dio Cassius 54, 5, de Petronio : πόλεις ἄλλας καὶ τὴν Ταπάνην (sic) τὸ βασίλειον ἀπέλαβε· καὶ ἐκείνη μὲν κατεσκάφη, ἐν ἑτέρῳ δέ τινι χωρίῳ φρουρὰ κατελείφθη etc. Strabo 17, 1, 54 : Μετὰ ταῦτα ὥρμησεν (Petronius) ἐπὶ Ναπάτων· τοῦτο δ' ἦν τὸ βασίλειον τῆς Κανδάκης, καὶ ἦν ἐνταῦθα υἱὸς αὐτῆς, καὶ αὐτὴ ἐν τινι πλησίον ἵδρυτο χωρίῳ. Stephan. Byz. : Ναβάται, πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ, ὡς Ἀλέξανδρος α' Αἰγυπτιακῶν. Inepte urbs ponitur in boreali Nili cubitu, ut supra jam monui. — 3. Σακόλη] Σακώλη CPRVW. ‖ — ξγ'] 62 ed. Vic. ‖ — 4. Σανδάκη] *Sandacha* ed. Vic. ‖ — ξγ' ιη' L''] 63 1/2 17 1/2 ed. Rom. ‖ — 5. ξβ' γο''] ξβ' γ' ed. pr. Situs horum locorum incertus. Vivien de S.-Martin Sacolen referendum esse conjecit ad hod. *Daschkeleh*, a Napatorum ruinis 500 stadia distans in *occidentali* fluvii ripa. Fortasse Sacole erat ad hod. *Auli* insulam (18° 43), 200 stadiis a Napatis, Sandace (an Κανδάκη?) vero ad hod. *Kandi* insulam (18° 50′), Orbadaru autem ubi nunc *Kirbekan* (18° 55′), ad initium τοῦ *Wadi Argu* per quod et *Djora* locum fontibus irriguum via compendiaria est, quæ denuo Nilum attingit ad *Akabah Zumaneh*. A *Berber* oppidi parallelo *Kirbekan* c. 600 stadia distat quot fere in Ptolemæi tabula sunt ab Orbadaru ad Primim Magnam. Eadem via indicari videtur locis ex Bione traditis apud Plinium 6, 178, ubi in Arabico latere post Napata nominantur : *Dumana* (ad ins. *Tana*, 18° 45′?). *Rhadata* (locus regionis *Dar Robotat*). *Boron in mediterraneo* (*Djora* locus fontibus insignis). *Mallo proximum Meroe*. In Libyco autem latere : *Zmanes* (ad *Akabah Zumaneh*). *Mambli*. *Beressa* (ad *Derekkeh* ins.). *Acetuma* (*el Edekeh*). *Meroe*. Fluvii cursum sequi videtur Iuba, ex quo post Napata Plinius recenset : *Alanam* (ad *Auli* ins. 18° 44′?). *Mascoa* (*Maca* v. l.; hod. *Mües* 19° 24′?) *Scamnos* (ad *Gimmeh* ins. 19° 23′?). *Gora* (*Hora* v. l.) *in insula* (hod. ruinæ in *Tograt* insula magna ad borealem Nili cubitum, 19° 26′). *Ab iis* (quibus verbis subindicari videtur hinc viam deflectere austrum versus) *Abale* (*el Abedeh*), *Androgalim* (ad *Galo* ins. in *Dar Gal*), *Serem* (*Seserem* v. l.), *Mallos* (ad *Melayeh* ins.?), *Agolem* (*Agocem* v. l.), *Meroen*. ‖ — 6. Πρῖμις] Πριμίς Arg., Πρῆμις ADFLMNOΔΞƧ. ‖ — ιζ'] ιη' FN. Hodie esse videtur aut *El Mecherif* sive *Berber* (17° 59′), a Nili et Atbaræ confluentibus (17° 40′) c. 190 stadia distans, aut *El Damer* inter ipsos confluentes in Meroe insula positum. ‖ — 7. Ante hunc versum in edd. Arg.,

ὄντος αὐτῆς καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀσταβόρα ποταμοῦ ἀπ' ἀνατολῶν ὄντος, ἐν ᾗ εἰσι πόλεις

Μερόη	ξα' ∠''	ιϛ' γ''ιβ''

ras ab oriente ; in qua insula hæc sunt oppida

Meroe	61° 30′	16° 25′

Ulm. Lugd. titulus inseritur : *Meroes insulæ situs. Cap. VIII.* ‖ — 7. δὲ om. ed. pr. ‖ — 1. ἀπὸ δ' ἀνατολῶν ὑπὸ τοῦ Ἀσταβόρα, ἐν ᾗ etc. A. — Ἀσταβόρου ed. pr., *Ascobora* ed. Vic. ‖ — 2. ἐν ᾗ] ἐν οἷς CDLMNOPRSVΔΞΩ. ‖ — 2. εἰσὶ] om. ACDMOVΔ. ‖ — 3. ιϛ' γ'' ιβ''] ιϛ' γ'' ια'' (sic) ed. pr., 16 1/2 1/3 edd. Vic. Ulm., ιϛ' ∠'' γ'' manu sec. adscriptum in Φ ; 16 ed. Rom.; 16° 27′ Ptolemæus in Synt. math. Vid. supra not. p. 59. Idem lib. 8, c. 16 : Λαμβάνει δὲ (ἡ Μερόη) δὶς τοῦ ἔτους τὸν ἥλιον κατὰ κορυφὴν, ὅταν ἀπέχῃ τῆς θερινῆς τροπῆς ἐφ' ἑκάτερα μοίρας με' γο'' (με' γ'' et με' var. lect.). Hinc latitudo efficitur 16° 24′ 8″, uti docuit Wilbergius p. 26. Eadem latitudo assignatur Ptolemaidi Venationum p. 756, 8. Dies maximus sec. Ptolemæum et Strabonem 2, 5, 36 est horarum tredecim. Hinc efficitur latitudinis gradus 16° 26′ 41″ (16° 27′ in Synt. math.), si eclipticæs obliquitas cum Ptolemæo sumatur 23° 51′ 20″. Ex accuratione computo, quo Ptolemæi ætate eclipticæs obliquitas ponitur 23° 41′ 10″, Meroe ponenda foret 16° 34′ 12″. Parum hæc accurata sunt. Nam satis jam constat ruinas urbis late sparsas esse sub 16° 55′-58′, prope vicos *Asur* et *Dankaleh* et *Marugo*, qui *Begerauie* nomine comprehendi solent. V. Lepsius *Briefe aus Ægypten* p. 145. 221. Primus situm urbis observationibus gnomonicis definire studuisse videtur Philo, aut coævus Eratosthenis aut eo antiquior. Strabo 2, 1, 20 : τὸ μὲν οὖν κατὰ Μερόην κλίμα Φίλωνά τε, τὸν συγγράψαντα τὸν εἰς Αἰθιοπίαν πλοῦν ἱστορεῖν, ὅτι πρὸ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερῶν τῆς θερινῆς τροπῆς κατὰ κορυφὴν γίνεται ὁ ἥλιος, λέγειν δὲ καὶ τοὺς λόγους τοῦ γνώμονος πρός τε τὰς τροπικὰς σκιὰς καὶ τὰς ἰσημερινὰς, αὐτόν τε τὸν Ἐρατοσθένη συμφωνεῖν ἔγγιστα τῷ Φίλωνι. Quodsi die quadragesimo quinto ante solstitium æstivum sol supra verticem erat, computo ad Eratosthenis tempora accommodato efficitur latitudinem Meroes fuisse 17° 10′-9′ (uti docuit Forsterus astronomus apud Müllenhoff in *Deutsche Alterthümer* 1, p. 277), adeo ut illo die nonnisi meridionalis solis margo supra verticem Meroæ esse potuerit. Eratosthenes ab æquatore ad Meroen 11800 stadia (= 16° 51′ 3/7′), inde ad Syenen 5000 stadia (= 7° 8′ 4/7′) computavit. Syene igitur et circulus tropicus ex vulgari computo ponuntur sub 24°. Fortasse Eratosthenicam computationem in Ptolemæo sciolus adnotare voluit, qui in codice Φ supra epocham 16° 25′ adscripsit 16° 50′, quod deinde receperunt edd. Vic. et Ulm. Ceterum isti 5000 et 11800 stadiorum numeri haud dubie non ita ponuntur ut sint ad amussim, neque accuratiorem Meroes epocham suppeditare videntur. Artemidorus inter Syenen et Meroen nonnisi 4800 stadia intercedere statuit (Plin. 6, 183), sicut Eratosthenes inter Berenicen et Ptolemaidem 4820 stadia (Plin. 2, 183) aut 602 m. p. (= 4816 st.; Plin. 6, 672) computasse traditur. Alia quæ huc pertinent, vid. ap. Plinium 2, 186 : *In Meroe longissimus dies horas æquinoctiales et octo partes unius horæ colligit.* Id. 2, 174 : *In Meroe solstitio vespere paulisper apparet (Canobus) paucisque ante exortum arcturi diebus pariter cum die cernitur.* Id. 2, 184 : *Constat... in Meroe (insula hæc caputque gentis Æthiopum quinque millibus stadium a Syene in amne Nilo habitatur) bis anno absumi umbras, sole duodecimam Tauri partem et quartamdecimam Leonis tum obtinente.* (Ex his vero duæ efficerentur latitudines, 17° 29′ et 16° 55′, docente Forstero ap. Müllenhoff, l. l. 1, p. 279 not.). — Meroe urbs sec. Eratosthenem ap. Strabon. 17, 1, 20 a Nili et Astraboræ confluentibus 700 stadia distat, Ptolemæus secundum fluvium habet c. 800 stadia, via directa c. 375. Accuratiora retulerunt Neronis exploratores ap. Plinium 6, 185. Vid. not. ad p. 771, 4. — *Meroe regio*, inter Nilum et Astaboram (h. *Atbara*) et Astapum (h. *Bahr Azrek*) sita, peninsula est, siquidem Astaboras et Astapus et in hunc ab ortu incidentes fluvii in eodem tractu nascuntur. In ejusmodi vero regiones sæpius ap. vett. insularum nomen transfertur, atque etiamnum in Nubia terras inter confluentes fluvios positas *insulas* vocari monet Schweinfurt, *Im Herzen Africas* vol. 2, p. 174. Ptolemæus vero aliique ficto Astapodis et Astaboræ confluxu veram insulam sibi crearunt. De forma insulæ Diodorus 1, 33, 2 : Ταύτην δὲ τῷ μὲν σχήματί φασιν ὑπάρχειν θυρεῷ παραπλησίαν, τῷ δὲ μεγέθει πολὺ προέχειν τῶν ἄλλων νήσων τῶν ἐν τούτοις τοῖς τόποις· τὸ μὲν γὰρ μῆκος εἶναι λέγουσι σταδίων τρισχιλίων, τὸ δὲ πλάτος χιλίων. Eadem ex Artemidoro refert Strabo 17, 2, 2. In Ptolemæi tabula longitudo insulæ (17°-11 1/2°) est stadiorum 2700. Anonymus in Hudsoni Geogr. min. vol. 4, p. 38 insulam dicit ἴσην σχεδὸν τῇ Πελοποννήσῳ (cujus ambitus sec. Agathemerum stadiorum 5627.) Occi-

Σακόλχη	ξα' γο''	ιε' δ'
Ἐσήρ	ξα' γο''	ιγ' ∟''
Δαρὼν κώμη	ξβ'	ιβ' ∟''

εἶτα ἡ συναφὴ τοῦ Νείλου ποταμοῦ καὶ τοῦ

Sacolche	61° 40'	15° 15'
Eser	61° 40'	13° 30'
Daron vicus	62°	12° 30

deinde Nili fluvii et Astapodis fluvii conjun-

dentale insulæ latus ap. Ptol. est Nili pars inter influentes Astapum et Astaboram media. Astapodis vero et Nili confluentes, quum ab Astaboræ ostio nonnisi 1200 stadia absint, in Ptolemæi tabula non 12° sed 14° 45' collocandi erant, adeo ut occidentale latus ex majori parte Astapus præfluat. Nonnulli vero Astapodis nomen transtulerunt etiam ad Nili partem quæ hinc usque ad influentem Astaboram pertinet, adeo ut Nilus a Meroe demum insula boream versus nomen suum resumeret. Sic Strabo 17, 1, 2 : ὁ μὲν Ἀσταβόρας καλεῖται κατὰ τὸ πρὸς ἕω πλευρὸν ῥέων, ἅτερος δ' Ἀστάπους. Alii denique Nili partem quæ ab influente Astasoba (hod. *Sobat*) usque ad borealem Meroes insulæ terminum pertinet, Astasobæ nomine designarunt. Hinc Plinius 5, 53 : *circa clarissimam earum Meroen Astobores lævo dictus, hoc est ramus aquæ venientis e tenebris, dextra vero Astosapes* (i. q. Ἀστοσόβας), *quod lateris significationem adicit, nec antea Nilus quam se totum aquis rursus concordibus junxit.* Idem indicat Strabo 17, 1, 2, qui post verba modo allata pergit : οἱ δὲ Ἀστασόβαν καλοῦσι, τὸν δὲ Ἀστάπουν ἄλλον εἶναι, ῥέοντα ἔκ τινων λιμνῶν ἀπὸ μεσημβρίας καὶ σχεδὸν τὸ κατ' εὐθεῖαν σῶμα τοῦ Νείλου τοῦτον ποιεῖν. Idem 17, 2, 2 (ex Artemidoro) de Meroe insula : Περιέχεται... ἄνωθεν ἐκ νότου ταῖς συμβολαῖς τῶν ποταμῶν τοῦ Ἀσταβόρα καὶ τοῦ Ἀστάποδος καὶ τοῦ Ἀστασόβα· πρὸς δ' ἄρκτον δ' ἡ ἐφεξῆς ῥύσις τοῦ Νείλου καὶ μέχρι Αἰγύπτου. Hæc quæ parum perspicue dicta esse Letronnius et Groskurdius queruntur, ita interpretanda sunt, ut Meroe insula ab austro boream versus concursu Astasobæ et Astapodis et Astaboræ includi dicatus, Astasobas vero sit fluvius occidentale insulæ latus præfluens, qui deinceps Nili nomen resumat. Eodem sensu intelligenda sunt quæ 16, 4, 8 leguntur : περὶ δὲ τὴν Μερόην (νῆσον) καὶ ἡ συμβολὴ τοῦ δὲ Ἀσταβόρου καὶ τοῦ Ἀστάπου καὶ ἔτι τοῦ Ἀστασόβου πρὸς τὸν Νεῖλον. Secundum Anonymum in Hudsoni Geogr. min. 4, p. 38 insula efficitur Nilo sive τῷ Μεγάλῳ ποταμῷ et influente in eum duobus locis fluvio qui ex mixtis Astaboræ et Astapodis aquis constat. Cf. etiam Josephus Ant. Jud. 2, 10, 2. || — 1. Σακόλχη] Nomine tenus cf. Σακόλη p. 772, 3. || — ξα' γο''] ξα' γ'' ed. pr. || — ιε' δ''] 14 2/3 ed. Rom. || — 2. Ἐσήρ] Ἐσηρ DFLPSΞ, *Esser* ed. pr. || — ξα' γο''] ξα' γ'' ed. pr. || — ιγ' ∟''] ις' ∟'' ed. pr., 13 ed. Rom. || — 3. Δαρών] sic BFZ, Δαρῶν ΦΨ Arg., *Darorum villa* edd. Vic. Rom. Ulm., Δώρων ed. pr., Δαρόν cett. || — ιβ' ∟''] 11 2/3 ed. Rom. — Plinius 6, 191 : *Aristocreon Libyæ latere a Meroe oppidum Tollen* (*Tolen* v. l.) *dierum V itinere tradit; inde dierum XVI* (lege *VII*) *Æsar* (*Cesar, Desar* v. l.) *oppidum Ægyptiorum qui Psammetichum fugerint; in eo, prodente se, CCC habitasse, contra in Arabico latere Diaron oppidum esse eorum. Bion autem Sapen vocat quod illi Æsar, et ipso nomine advenas ait significari.* Ex his Ἔσαρ sive *Æsar* est hod. *Esuar* (13° 48') ad dextram ripam Astapodis; a Meroe (16° 55') juxta fluvium eousque sunt c. 2400 stadia; directa distantia foret 3° 7' = 1870 stadia, quorum loco Ptolemæus præbet 2° 55' sive 1458 stadia. *Sape* Bionis (Cf. Σαπαῖοι ap. Ptol. § 10) non eadem fuerit quæ Æsar Aristocreontis, sed oppidum vicinum, hod. *Saba-Delebb*, ab *Esaar* c. 170 stadia boream versus dissitum. Ni fallor, Æsàr Aristocreontis etiam a Bione commemoratur *Asara* nomine ap. Plin. 6. 193 : *Bion et alia oppida in insulis tradit Meroen versus dierum toto itinere XX. Proximæ insulæ oppidum Semberritarum sub regina, et aliud Asara, alterius oppidum Darden* (Δαρών Ptol.?), *tertium Medoen vocant, in qua oppidum Asel* (*Asal* insula Nili fl. notatur 14° 10'), *quartam eodem quo oppidum nomine Garoden* (*Garroen* v. l.; hod. *Gerada* opp. ad Astapum, 14° 47'). Sacolche, sec. Ptol. tabulam ab Esar 1° 45' (875 st.), a Meroe 1° 10' (583 st.) distans est hod. *Kolkul* (15° 32') ab *Esaar* c. 1050 stadia dissitum, haud longe a *Khartum* atque Nili et Astapodis confluentibus. Ejusdem regionis fuerit *Tolle* s. *Tole* (an *Tote?*), quod quinque dierum itinere a Meroe abesse dicit. Nunc *Khartum* urbi in ipsis Nili et Astapodis confluentibus objacet *Tuti* insula. — Vix 50 stadia ab hod. *Kolkul* ad dextram Astapodis ripam exstant ruinæ *Soba* oppidi, quod sæculo decimo caput regni Aloæ (hod. *Dar Sennaar*). Idem nescio an fuerit Aloa oppidum quod quinto vel sexto sæculo Axumitarum rex cepisse proditur, adeo ut plenum oppidi nomen sit *Saba-Aloa*, sicut aliud, cujus modo meminimus, *Saba-Delebb* vocatur. — Δάρων s. *Diaron*, si recte ponitur uno gradu ab Esar meridiem versus, stetit ubi nunc est *Darameleh* (12° 45') ad lævam ripam Astapodis. Aliud *Daro* oppidum hod. occurrit in regione *Adiaro* (14° 30' lat. 38° 12' long. Greenw.). Tertium *Daro* ad *Mareb* fl. (14° 57' lat., 37° 40' long. Gr.). Daronem Ptolemæi intelligendum esse in titulo quem Tazena, Axumitarum rex, lingua

Ἀστάποδος ποταμοῦ ξα' ιβ'
εἶτα ἡ συναφὴ τοῦ Ἀσταβόρα ποταμοῦ καὶ τοῦ Ἀστάποδος ξβ' L'' ια' L''
εἶτα καθ' ὃ ἑνοῦται ὁ Νεῖλος ποταμὸς ἀπὸ τῶν ῥεόντων ποταμῶν ἐκ τῶν ὑπερκειμένων δύο λιμνῶν ξ' βορ. β'
τῶν λιμνῶν ἡ δυσμικωτέρα νζ' νοτ. ς'
ἡ ἀνατολικωτέρα τῶν λιμνῶν ξε' νοτ. ζ'
ἡ Κολόη λίμνη, ἐξ ἧς ὁ Ἀστάπους ποταμὸς ῥεῖ ξθ' ἰσημερινόν

ctio 61° 12'
deinde conjunctio Astaboræ fluvii et Astapodis 62° 30' 11° 30'
deinde ubi unus fit Nilus fluvius coeuntibus fluminibus, quæ ex lacubus duobus superius positis profluunt, 60° sept. 2°
Lacus occidentalis 57° aust. 6°
Lacus orientalis 65° aust. 7°
Coloe palus, ex qua Astapùs fluvius profluit, 69° æquin. circ.

---

vernacula scripsit, probabiliter statuit Dillmann (*Ueber die Anfænge der Axumitanischen Reiches* in *Abh. d. Berlin. Akad. d. W.* 1878, p. 223.). In eo titulo rex dicit hostem prælio victum esse ad *Takaze* fluvium ultra *Kam..la*. Tum se venisse narrat ad *Kasu* populum, quo devicto castra se posuisse ad confluentes fluviorum *Sêdâ* et *Takaze*, indeque adverso flumine profectum cepisse oppida, quorum nomina *Aloa* et *Daro*. In his *Takaze* fluvius est qui superiore cursu etiam nunc *Takaze*, deinde *Settil*, tum *Atbara* (Ἀσταβόρας) vocatur. Quæ ad inferiorem ejus cursum (c. 17° 10'-30') nunc degit *Kamelah* tribus, eam literis *Kam..la* indicari suspicor. *Sêdâ* nomen Dillmannus ad Nilum refert, cui varia in hoc tractu nomina indita esse vidimus. ‖ — Quæ sequuntur, in SΩ7 ita habent :

ἡ συναφὴ τοῦ Νείλου ποταμοῦ καὶ τοῦ Ἀσταβόρα ποταμοῦ ὑπὲρ τὴν νῆσον ξα' L'' ιζ'.
(Hæc de suo auctor cod. addidisse videtur)
Εἶτα ἡ συναφὴ τοῦ Νείλου ποταμοῦ καὶ τοῦ Ἀστάποδος ὑπὸ τὴν νῆσον ξα' ιβ'
Εἶτα ἡ συναφὴ τοῦ Ἀσταβόρα ποτ. καὶ τοῦ Ἀστάποδος ξβ' L'' ια' L''
Ἡ Κολόη λίμνη, ἐξ ἧς ὁ Ἀστάπους ποταμὸς ῥεῖ, ξθ' (ξβ' L'' ια'' cod. 7) ἰσημερινός.
Εἶτα καθ' ὃ ἑνοῦται ὁ Νεῖλος ἀπὸ τῶν ῥεόντων ποταμῶν ἐκ τῶν ὑπερκειμένων δύο λιμνῶν, ξ' νοτ. β'.
Τῶν λιμνῶν ἡ δυσμικωτάτη νζ' νότ. ζ' (ς' cod. 7)
Ἡ ἀνατολικωτέρα τῶν λιμνῶν ξε' νότ. ζ'

1. Ἀστάποδος] *Astapolis* ed. Vic. ‖ — ξα' ιβ'] 61. 11 ed. Rom., 62 1/2. 11 1/2 ed. Ulm. ‖ — 2. Ἀσταβόρα] Ἀστάβορα ΦΨ, Ἀσταβόρου ed. pr., *Ascabora* ed. Vic. Vs. 2 et 3 om. X. ‖ — 3. ια' L''] ιβ' ed. pr. ‖ — 4. ἑνοῦται om. ACD. ‖ — ποταμὸς] om. L. ‖ — 5. ποταμῶν] om. ed. pr. ‖ — 6. ξ' βορ. β'] ξβ' βορ. β' X, ξβ' νότου β' ed. pr., 60. 6 1/3 ed. Rom., 60. 10 ed. Ulm. ‖ — 7. δυσμικωτέρα] sic A, δυσμικωτάτη cett. ‖ — νζ' νοτ. ς'] νζ' νοτ. ζ' S7, 62, *austr.* 6 ed. Vic.; νοτ. om. O. ‖ — 9. τῶν λ. ἡ ἀν. A. ‖ — 10. ξε'] νς' L; νοτ. om. O. ‖ — 11. Κολόη] κολώνη ΦΨ Arg., *Colona* edd. Vic. Ulm. ‖ — Ἀστάπους] *Astampus* ed. Ulm., *Ascampus* ed. Vic. ‖ — Astapus, hod. *Bahr el Azrek*, in Nilum influit 15° 38' lat.; in Ptolemæi tabula confluentes non 12°, sed 14° 45' ponendi erant. Astapodis et Astaboræ (h. *Atbara*) confluentes ficticii sunt. Fontes Astaboræ indicare Ptolemæus omisit. Coloe lacus (hod. *Tzana* 12° lat.), qui perperam collocatur sub linea æquinoctiali, a loco ubi Astapus in Nilum influit, via directa distat in nostris tabulis c. 3500 stadia, apud Ptolemæum vero c. 7000 stadia, quot *juxta fluvium* sunt qui magno alvei flexu curvatur. Coloe oppidum, in lacus meridiano positum (69° 4 1/4°) est hod. *Kola* in *Kola* s. *Kolla* regione (13° 50') a *Tzana* lacu 700 stadiis boream versus. Tanquam *Nili* lacus ἡ Κολόη commemoratur a Julio Honorio p. 48 ed. Riese : *Nilus fluvius nascitur in Æthiopia. Inde exit usque ad lacum Foloen* (leg. *Coloen*). *Inde exit et cadit per cataractas* (qui sunt *Abai* fluvii haud longe a *Tzana* lacu austrum versus). *Astapus venit de monte Panchæo, ex quo monte ad illum excurrit Astaboris, non levi magnitudine miscentes se.* Idem sec. aliam recensionem : *Fluvius Nilus, qui et Geon, de secretis promitur, sed in exordio in Æthiopia videtur, et facit lacum magnum, qui currit in circulo millia passuum CLIIII* (Tot fere m. p. est circuitus *Tzana* lacus). *Exiens ab eo loco pervenit ad cataractas ulteriores. Conficit millia passuum CCCCLXXIIII.* (Idem numerus in Anon. Cosm. p. 89 ed. Riese), *inlustrans montem Panchæum milia passuum CLXXXIII, et a monte Panchæo, de quo fluvius Astroboris* (sic) *nascitur, usque ad caput* (i. e. ostium) *fluminis Astroboris, cum quo miscetur, milia passuum CCL* (an CCXC? 183+290=473). Millia passuum 474 in nostris tabulis sec. lineam *rectam*

a Tzana lacu ad Nili et Astaboris confluentes pertinent. Panchæi nomine designatur montuosa regio Abyssiniæ occidentalis (Cf. *Panchæorum* populum ap. Melam 3, 81). — A Coloe meridiem versus positi Mastitæ degebant in hod. regione *Mjetscha* vel *Maitscha*, quæ *Tzana* lacui subjacet, cujusque montes peralti (hod. *Talba Maha*) *Mastes* nomine a Ptolemæo designantur. In eodem tractu alicubi Maste oppidum quærendum est. Noli cogitare de hod. *Masai* regione, quæ in Nili paludum parallelo sita est. Quodsi populus austrum versus in regionibus etiam nunc ignotis usque ad Nili lacus habitasse dicitur, opinio hæc ex parte pendet ex falsa Coloæ positione. Præterea de hoc loco valet quod Cooley l. l. p. 45 recte monet : « When great voids in maps are to be filled, he occasionally spreads scanty information over a vaste space. » — Conjunctio fluviorum qui e Nili lacubus effluunt, a paludibus in Ptol. tabula octo vel novem gradibus distat. Idem graduum numerus in nostris tabulis intercedit inter *Ukerewe* lacum sub linea æquinoctiali positum atque vastissimam illam regionem paludosam in qua c. 9° lat. *Bahr el Gazal* et *Sobat* cum Nilo coeunt. Penetrasse eo usque Neronis exploratores docet Seneca Nat. Qu. 6, 8 : *Ego quidem centuriones duos, quos Nero Cæsar ad investigandum caput Nili miserat, audivi narrantes longum illos iter peregisse, quum a rege Æthiopiæ instructi auxilio, commendatique proximis regibus, penetrassent ad ulteriora. Equidem ajebant, pervenimus ad immensas paludes, quarum exitum neque incolæ noverant, neque sperare quisquam potest, ita implicitæ aquis herbæ sunt, et aquæ non pediti eluctabiles neque navigio, quod, nisi parvum et unius capax, limosa et obsita palus non ferat. Ibi, inquit, vidimus duas petras, ex quibus ingens vis fluminis excidebat.* (E montium faucibus Nilus prorumpit sub 4°-5′ lat. Fortasse isti sunt Pylæi montes (65° 0°), quamquam Ptolemæus eos a Nilo satis longe ortum versus collocat.) Ceterum nostro loco Nili et *Sobat* confluentes intelligendos esse minime asseveraverim. Nam omnia suadent Ptolemæum de ultimis his regionibus accuratiora non novisse, sed vaga quæ acceperat, pro lubitu in tabula sua disposuisse. — De lacubus ex quibus Nilus profluat, quædam inaudiverat Diogenes, qui ad eos, a Rhapto promontorio haud longe boream versus sitos, in navigatione sua se pervenisse mentitus est (Vid. lib. 1, p. 22, 23). His fidens Marinus (p. 42, 8) statuit τὸν ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων ἐπὶ τὰς λίμνας, ἐξ ὧν ὁ Νεῖλος ῥεῖ, πλοῦν ἀπαρκτίᾳ συντελεῖσθαι. Inde vero Nilum cursu ignoto occasum boreamque versus fluere statuit usque fere ad regionem in Meroes meridiano positam, in qua fluvium boream versus tendere constabat. Colligitur hoc e Ptolemæo p. 42, 4 : καὶ μὴν καὶ τὸν Νεῖλον ποταμόν φησιν (Marinus) ἀκολούθως τῇ ἀληθείᾳ γραφήσεσθαι, ἐξ οὗ πρῶτον ὁρᾶται παραγενόμενος, ἀπὸ μεσημβρίας πρὸς τὰς ἄρκτους μέχρι Μερόης. Ipse vero Ptolemæus (p. 46, 13) ex mercatoribus Arabicis compererat lacus illos μὴ παρ' αὐτὴν εἶναι τὴν θάλασσαν, ἀλλ' ἐνδοτέρω συχνῷ. Præterea audiverat de alto tractu montano, quem c. 8 § 2 τὸ Σελήνης ὄρος vocat, ἀφ' οὗ ὑποδέχονται τὰς χίονας αἱ τοῦ Νείλου λίμναι. Paucis his vagisque (nam aliud quidpiam vix acceperat) in tabula sua positiones assignavit temerarias prorsus. Ex lacubus alter aperte est permagnus *Ukerewe* lacus, ab ora maritima c. 4 gradus long. distans, ex quo Nilus occasum et boream versus in alterum lacum magnum, qui *Albert Njansa* vocari solet, egreditur. Hunc conjicere licet esse lacum occidentalem, quippe qui ab orientali boream et occasum versus a Ptolemæo collocatur. Sane quidem fluvius ex eo exiens idem est qui ex *Ukerewe* effunditur, id tamen haud premendum esse dixeris, quoniam ista Nili orientalis et occidentalis distinctio ficticia est. Ortum versus ab *Ukerewe* habes minores lacus *Baringo* et *Sambaru* dictos; ex iis vero, uti nunc constat, fluvii non egrediuntur. Quamquam quum vel nuper in nostri ævi tabulis fluvii ex his lacubus in Nilum effluentes supponerentur, eundem errorem etiam Ptolemæo aliquis vindicaverit. — Jugum montanum nive tectum non potest referri nisi ad altissimos montes qui nunc vocantur *Kenia* (4486 metra altus) et *Kilima-Ndscharo* (6116 metr.), a lacubus non 6 gradus austrum versus, sed ab *Ukerewe* 4 fere gradus ortum versus positi. Alta planities quæ hinc occasum versus est, hodie vocatur *Unyamwesi*, i. e. terra Lunæ, ejusque incolis nomen est *Wanyamwesi*, i. e. homines Lunæ. (V. Hellwald *Die Afrikaforschung der Gegenwart in Deutsche Revue der Gegenwart, Neue Folge, XV Jahrgang, Heft X*, 1879 p. 748). — Ceterum de lacubus illis Nilique cursu superiore nonnulla referuntur quæ post Ptolemæi ætatem, fortasse florente regno Axumitano, innotuisse videntur. Etenim Hudsonus in Geogr. gr. min. vol. IV, p. 38 sqq. ed. 1717 *ex variis mss.* (bibliothecæ Bodlejanæ, opinor) varias collegit notitias geographicas (Ἀποσπασμάτιά τινα γεωγραφικά, ὅσον καὶ ἡμᾶς εἰδέναι, ἀνέκδοτα), inter quas ambitu et pretio excellunt quæ primo loco leguntur :

Αἱ πηγαὶ τοῦ Νείλου ποταμοῦ ταύτην ἔχουσι τὴν ἀρχήν. Ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ μεγάλου τῆς Σελήνης ῥέουσιν ὀκτὼ ποταμοί, τέσσαρες μὲν ἐκ τοῦ δυτικοῦ μέρους τοῦ ὄρους, τέσσαρες δὲ ὁμοίως ἐκ τοῦ ἀνατολικοῦ. Τῶν μὲν οὖν δυτικῶν ποταμῶν τὸ ἐφεξῆς οὕτω ἔχει. Πρῶτος μὲν πρὸς δύσιν ὁ λεγόμενος Χερβάλας ποταμὸς ῥεῖ· δεύτερος δὲ ὁ καλούμενος Χεμσέτ. Οὗτοι οἱ δύο ἑνοῦνται κατὰ τὴν Μέτιν πόλιν, εἶτα ῥέουσιν εἷς. Τρῖτος ὁ Χιαγόνας, τέταρτος ὁ Γανβάλας. Οὗτοι οἱ τέσσαρες ῥέοντες εἰσβάλλουσιν εἰς

τινα λίμνην καλουμένην τῶν Καταρακτῶν. Οἱ δὲ πρὸς ἀνατολὰς ἄλλοι τέσσαρες ταύτην ἔχουσι τὴν τάξιν. Πρῶτος μὲν ὁ παρὰ τὴν γῆν τῶν Πυγμαίων ἀνώνυμος ὤν, καὶ ὁ δεύτερος ὁμοίως ἀνώνυμος. Οὗτοι οἱ δύο ἑνοῦνται καὶ ἑξῆς ῥέουσιν εἷς. Καὶ ὁ τρῖτος ὡσαύτως ἀνώνυμος. Ὁ δὲ τέταρτος ἔσχατος πρὸς ἀνατολὰς καλεῖται Χαράλας. Οὗτοι οἱ τέσσαρες εἰσβάλλουσι εἴς τινα λίμνην καλουμένην τῶν Κροκοδείλων. Ἐντεῦθεν μὲν ἡ τῶν Καταρακτῶν λίμνη ἐκρέει δυσὶ ποταμοῖς, οἵτινες ἑνοῦνται κατὰ τὴν Χιέραν καὶ Χάζαν πόλιν. Ὁμοίως καὶ ἡ τῶν Κροκοδείλων λίμνη ἐκρέει δυσὶ ποταμοῖς, οἵτινες ἑνοῦνται καὶ αὐτοὶ κατὰ τὴν Σίνγον καὶ Ἄβαν πόλιν. Οὗτοι οὖν οἱ δύο καὶ οἱ κατὰ τὴν Χάζαν ἑνούμενοι ἄλλοι δύο γίνονται εἷς, κατὰ τὴν Ἐλεφαντοφάγων γῆν, καλούμενος Μέγας ποταμός. Μέσον δὲ τούτων ἐστὶν ἡ Κινναμωμοφόρος γῆ καὶ οἱ Πυγμαῖοι. Ῥέων δὲ ὁ Μέγας ποταμὸς διήκει μέχρι τῶν Χαμπεσίδων. Τούτῳ ἑνοῦται ὁ ἐκ τῆς Κόλε ἤτοι Κολέης (sic) λίμνης ῥέων ποταμὸς Ἀστάπους καλούμενος. Τούτῳ δὲ τῷ Ἀστάποδι ἑνοῦται Ἀσταβόρας λεγόμενος ποταμὸς, καὶ αὐτὸς μέγας κατὰ τὴν γῆν τῶν Αὐξουμιτῶν πρὸ τοῦ ἑνωθῆναι τῷ Μεγάλῳ ποταμῷ. Μέσον δὲ τοῦ Ἀσταβόρου καὶ Ἀστάποδος κατοικοῦσιν οἱ Στρουθοφάγοι. Εἶτα ὁ μὲν Ἀστάπους καὶ Ἀσταβόρας, ἑνούμενοι κατὰ τὴν Αὐξουμῖτιν, ἑνοῦνται ὡς εἷς τῷ Μεγάλῳ ποταμῷ κατὰ τοὺς Μακροβίους καλουμένους· ἔπειτα σχίζονται εἰς δύο, καὶ ὁ μὲν Μέγας ποταμὸς ῥέων πρὸς δύσιν ἔχει συμβάλλοντα ἔσω τοῦ αὐτοῦ ῥεύματος ἕτερον ποταμὸν ἐκ τῆς Ψεβόλης λίμνης ῥέοντα Γαβάχι καλούμενον. Ὁ δὲ Ἀστάπους καὶ Ἀσταβόρας εἷς ῥέοντες κατ' ἀνατολὰς μίσγονται αὖθις τῷ Μεγάλῳ ποταμῷ, μέσον περιλαμβάνοντι νῆσον μεγάλην καλουμένην Μερόην, ἴσην σχεδὸν τῇ Πελοποννήσῳ. Ἐντεῦθεν ῥέων εἷς ὁ Νεῖλος σκολιὸς ἐκδιδοῖ κατὰ τὴν Μεγάλην θάλασσαν τὴν κατὰ Φάρον ἑπτὰ στόμασιν. —

Ὁ Νεῖλος ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν Σεληναίων ὀρῶν καὶ ἀπὸ τῆς Κινναμωμοφόρου γῆς ἐκ τῶν Αἰθιοπικῶν τερμόνων διέξεισι πᾶσαν ἐπ' εὐθείας τὴν Αἴγυπτον· Κάμψας καὶ ἀπὸ τοῦ μικροῦ Καταρράκτου ὑπὲρ Συήνης καὶ Ἐλεφαντίνης πόλεως ἀρξάμενος τῆς καμπῆς, ἔχει ἐμβάλλοντα εἰς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἕω δύο ποταμοὺς, περιλαμβάνοντας νῆσον μεγάλην καὶ ὀνομαστὴν, τὴν Μερόην· ὧν ὁ μὲν Ἀσταβόρας, ὁ δὲ Ἀστάπους καλεῖται. Ἡ Μερόη τρισχιλίοις μὲν σταδίοις τὸ μῆκος, εὖρος δὲ χιλίοις, περιγράφεται κατὰ τὸν Τρίκκης Ἡλιόδωρον ἐν ι' βιβλίῳ Αἰθιοπικῶν γράφοντα οὕτως· « Ἡ μὲν Μερόη μητρόπολις οὖσα... (c. 5 p. 391 ed. Didot.)

Unde hæc petita sint nescimus. Heliodorus Triccarum episcopus commemorari non potuit ante sæculum quintum. Alia scholia, in quibus *Serbia* et *Bulgaria* nominantur, haud ante sæc. VII a Christiano quodam (quippe qui Pontii Pilati meminit) scripta sunt. Prioris fragmenti auctor tabulam ob oculos habuit similem Ptolemaicæ. Consentit cum Ptolemæo de situ Elephantophagorum et regionis Cinnamomiferæ; ab ejus usu loquendi recedit mare Ægyptium vocans τὴν κατὰ Φάρον θάλασσαν (Cf. Φαρία ἅλς in Dionys. Per. 120, Φάριος πόντος ap. Nonnum 43, 47). Populos a Ptolemæo omissos habet Pygmæos et Macrobios (de quibus v. Herodot. 3, 17. Aristoteles H. An. 8, 12. Mela 3, 81. Plinius 6, 188. 190). Aliunde non notos commemorat Champesidas, et in regione ubi Gapachos Ptolemæus habet, fluvium Gapachi et Psebolen lacum novit. — Nili lacus occidentalis, cui a cataractis nomen inditum, aperte est h. *Ukerewe*, ex quo exiens Nilus per cataracten (*Riponfælle*) ruit, quem deinceps alii cataractæ (*Karumafælle* et *Murchisonfælle* excipiunt, antequam fluvius *Albert Njansa* lacum, altero lacu 320 metra humiliorem, attingat. Fluvii in *Ukerewe* lacum influentes maximi sunt *Kagera* ab occasu delabens et ab austro descendens *Chimigu* qui in *Miatu* regione alium excipit. Fort. hi sunt Χιαγόνας et Χέμσετ et Χερβάλας, quorum confluentibus Μέτις oppidum apponitur. E lacu unus solummodo fluvius exit; duos alveos effluere et deinceps ad Chieram et Gazam oppida coire prodit Anonymus. Chieram quæsiveris in hod. *Schir* regione ad Nilum sita c. 6° lat. — Crocodilorum lacus, amnes influentes et effluentes eodem prorsus modo quo cataractæ lacus dispositos exhibens, merum est figmentum. Abam oppidum fort. fuisse in *Aba* Nili insula (12° 40') in *Schilluk* regione conjecit Hartmann *Die Nigritier* 1, p. 70. Ni fallor, Nilus ex hoc lacu exiens et Aba oppidum sunt hod. *Abai* fl. e *Tzana* lacu profluens et *Abo* oppidum, adeo ut idem lacus semel sit Coloe lacus (quem Ptol. sub linea æquinoctiali, ubi revera est *Ukerewe* lacus, collocat), atque iterum sit lacus Nili orientalis. Certe fluvium e *Tzana* lacu effluentem a Julio Honorio Nilum vocari supra vidimus. Ac quemadmodum Nili lacus Lunæ montis nivibus ali a Ptolemæo dicitur, sic etiam ad *Tzanam* lacum alpinum montes nivosi erant (V. Inscr. Adulit.: Σεμῆναι ἔθνος πέραν τοῦ Νείλου (h. *Tacazze*) ἐν δυσβάτοις καὶ χιονώδεσιν ὄρεσι οἰκοῦντες). In eandem de Nili lacu orientali sententiam ducit tabula *Æthiopiæ Superioris vel Interioris, vulgo Abyssinorum sive presbyteri Joannis imperii*, quam O. Dapper sec. Portugallorum maxime relationes dedit in opere quod inscribitur: *Umbstændliche und eigentliche Beschreibung von Afrika. Amsterdam* 1670, fol. p. 666. In hac igitur lacus occidentalis, e quo Nilus uno alveo profluit, ab adjacentibus oppidis in boreali parte *Zaire*, in meridionali *Zembre* vocatur. A quinto ad decimum tertium gradum lat. austr. extenditur. Meridiem versus Lunæ montes imminent.

8. Καὶ ἄπωθεν τῶν ποταμῶν εἰσὶ μεσόγειοι πόλεις

ἥ τε Ἀξούμη, ἐν ᾗ βασίλειον ξε' ια'

καὶ ἡ Κολόη πόλις ξθ' βορ'. δ' δ''

καὶ ἡ Μάστη πόλις ξε' νοτ'. δ' δ''

9. Ὄρη δὲ ὀνομάζεται ἐν τῇ χώρᾳ ἀπὸ μὲν δυσμῶν τοῦ Νείλου ποταμοῦ παρήκοντα δι' ὅλου τοῦ Νείλου τὰ κοινῶς καλούμενα Αἰθιοπικὰ ὄρη, ὧν θέσις

νε' κγ' καὶ νε' νοτ'. η' L''

8. Atque remota a fluviis sunt in media terra oppida

Axume, ubi est regia 65° 11°

et Coloe oppidum 69° sept. 4° 15'

et Maste oppidum 65° aust. 4° 15'

9. Montes nominantur in ea terra occidentem versus a Nilo fluvio præter totum Nilum extenti qui vulgo dicuntur Æthiopici montes, quorum positio est

55° 23° et 55° aust. 8° 30'

Octo influunt amnes nomine carentes. In ora orientali juxta fluvium ponitur *Meli* oppidum, quod est Μέτις Anonymi nostri. A lacu boream versus juxta fluvium in Nilum egredientem est *Giara* oppidum, cui respondet Χιέρα Anonymi. Hinc austrum versus collocatur *Agag* oppidum et regio. Aut hæc est Χάζα Anonymi, aut *Gaza* oppidum, quod eadem tabula ad ipsum Nilum sub 1° lat. bor. habet. — Lacus orientalis, a quarto ad decimum lat. austr. gradum pertinens et ab altero c. septem gradus ortum versus dissitus, ab adjacente oppido *Zaflan* nominatur. Complures in eo insulæ, quarum maxima *Zinan* dicta, fuerit *Tzana* lacus insula maxima, quæ nunc *Dek* vel *Dak* vocari solet. Similiter *Gavi* et *Gemen* regiones juxta hunc Nili lacum commemoratæ sunt hod. *Agau* et *Semen* in *Tzana* lacus vicinia. Denique *Fungi* oppidum ab Anonym. lacui appositum et deinde denuo collocatum sub 1° lat. bor., aperte pertinet ad hod. *Dar Fungi*, quæ regio est ad medium *Abai* sive *Bahr el Azrek* fl. Vix igitur dubium quin quæ ad ficticium Nili lacum ponuntur, a *Tzana* lacu huc translata sint. — Quæ Arabici geographi (Masudi, Assuani, Abd-Allatif, Kodama, Hafedh ben Kethir, Edrisi, Abulfeda, Ibn-Said) de Nili fontibus prodiderunt, fusius exponit Gustav von Klœden, *Das Stromsystem des obern Nil. Berlin* 1856, p. 284-290. Fundamentum omnibus subest tabula Ptolemaica, quam pro lubito quisque variavit. « Ptolemy was no model, but merely plastic material in the hands of every geographical theorist (Cooley l. l. p. 91). » Nilus iis oritur e *Kamar* (i. e. *Lunæ*) montibus, quod nomen nonnullis scribitur *Komr* (i. e. *albus* vel *viridis*), rectius, ut quibusdam videtur, qui hinc *Kamar* et græce Σελήνη natum esse suspicantur. Montes hi collocantur et 9 1/2° et 11° et 16° lat. aust. Fontes Masudi numerat 12, ceteri 10, qui aut in duos lacus exeunt aut omnes in unum *Kura* lacum (*Ukerewe*). Ex duobus lacubus fluvii complures exeuntes in lacum tertium confluunt, qui sec. Edrisium haud longe a linea æquinoctiali boream versus abest et *Tarsi* oppidum appositum habet. || — 1. καὶ ἄποθεν] καὶ ἄπ. δὲ X, καὶ ἄπ. μὲν ed. pr. || — τῶν π.] τοῦ ποταμοῦ ed. pr. et Φ man. pr. || — εἰσὶ om. X; αἱ ante μεσογ. add. codd. præter FSΩ7. || — 3. ἥ τε et vs. seq. καὶ ἡ om SΩ7. || — Ἀξούμη] sic BEZ, Αὐξούμη cett., *Auxuma* edd. Vic. Hodie *Axum*. || — 4. ξε'] sic X ed. pr. (et infra § 10 codices plurimi); ξε' L'' cett. Axume ab Aduli sec. lineam directam distat fere 900 stadia, quorum loco ap. Ptol. sec. cod. X habes c. 1000 stad., sec. Periplum 8 dierum iter. || — ια'] 10 1/2 ed. Rom. — Peripl. mar. Erythr. § 4 p. 260 : ἀφ' ἧς (ab Aduli) εἰς μὲν Κολόην (h. *Halai*) μεσόγειον πόλιν καὶ πρῶτον ἐμπόριον τοῦ ἐλέφαντος ὁδός ἐστιν ἡμερῶν τριῶν, ἀπὸ δὲ ταύτης εἰς αὐτὴν τὴν μητρόπολιν τῶν Αὐξωμιτῶν (Ἀξ. cod. Londin.) λεγομένων ἄλλων ἡμερῶν πέντε. Procopius B. Pers. 1, 19, p. 101 : πόλεως δὲ Ἀξώμιδος ὁδῷ ἡμερῶν ιβ' (sc. Ἄδουλις διείργεται). Cosmas Indopl. p. 140 : τοῦ Ἀξωμιτῶν ἔθνους... πόλεως Ἀξώμεως. Nonnosus in Fr. Hist. 4, p. 180 : διεστηκέναι φησὶ τὴν Ἄδουλιν τῆς Αὐξούμεως ιε' (ε'?) ἡμερῶν ὁδῷ. Κεῖται δὲ ἡ Αὔη (h. *Adua*) ἐν μέσῳ τῆς τε Αὐξουμιτῶν καὶ τῆς τῶν Ἀδουλιτῶν πόλεως (Parum hæc accurata esse videntur. *Adua* ab *Axum* nonnisi c. 100, ab Aduli c. 800 stadia abest.). A Vopisco in Aurel. 33, 4. 41, 10 in Aureliani triumpho nominantur *Blemyes, Exomitæ* (Axomitæ?) *et Arabes Eudæmones*. In titulo Axumitano sæc. III (v. C. I. gr. 3, p. 515) : Αἰζανᾶς βασιλεὺς Ἀξωμιτῶν καὶ Ὁμηριτῶν. Vid. A. Dillmann *Ueber die Anfænge des Axumitanischen Reiches* in *Abhdl. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin*. 1878, p. 177 sqq. || — 5. Κολόη] Κολώνη ΦΨ Arg., *Colona* edd. Vic. Ulm. || — ξθ' βορ.] de conj., ξθ' νοτ. X, ξβ' βορ. cett. Coloe lacus ponitur 69° 0°. Coloe oppidum nunc *Kola* (12° 50' sec. Kieperti tabulam) a Tzana boream versum. Alia Coloe (h. *Kalai*), ab Aduli tridui itinere dissita, in Peripl. m. Er. § 4 p. 260. || — 6. Μάστη] *Pasta* edd. Vic. Ulm. Infra § 10 Μαστῖται a Coloe lacu usque ad Nili paludes pertinere dicuntur, et § 9 Μάστη ὄρος collocatur 68° 6° austr. Regio est

ἀπ' ἀνατολῶν δὲ τοῦ Νείλου τό τε καλούμενον Γάρϐατον ὄρος, οὗ τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας

ξθ' ς'

καὶ ὁ Ἐλέφας [τὸ] ὄρος οη' ε' L''

παρὰ δὲ τὰς λίμνας τά τε καλούμενα

Πύλαια ὄρη ξε' ἰσημερινόν

καὶ ἡ Μάστη τὸ ὄρος ξη' νότ. ε'

10. Καλεῖται δὲ καθόλου ἡ μὲν παρὰ τὸν Ἀραϐικὸν καὶ τὸν Αὐαλίτην κόλπον παράλιος χώρα Τρωγλοδυτικὴ μέχρι τοῦ Ἐλέφαντος ὄρους, ἐν ᾗ οἵ τε Ἀδουλῖται καὶ οἱ Αὐαλῖται παρὰ τοὺς ὁμωνύμους κόλπους καὶ Μόσυλοι δὲ ὑπὲρ τὸ ὁμώνυμον ἄκρον καὶ ἐμπόριον· ἡ δ' ἐντεῦθεν μέχρι τοῦ

orientem versus a Nilo Garbatus qui vocatur mons, cuius medium est situm

69° 6°

et Elephas mons 78° 5° 30'

propter lacus vero qui dicuntur

Pylæi montes 65° æquin. circ.

et Maste mons 68° aust. 5°

10. Appellatur in universum quæ præter Arabicum sinum et Aualiten ad mare terra est, *Troglodytica* Elephanto tenus monte, in qua sunt et *Adulitæ* et *Aualitæ* juxta eiusdem nominis sinus, atque *Mosyli* supra promontorium et emporium eiusdem nominis. Quæ vero deinceps est usque

---

hod. *Mjetscha* s. *Maitscha*, *Tzanæ* lacui a meridie imminens. Montanus tractus qui ibi est, *Talba Waha* vocatur. Oppidum *Maste* ubi in hac regione fuerit, nescio. An hod. *Motu?* || — 7. ὀνομάζεται] εἰσὶ A. || — 8. μὲν] om. codd. præter ΑΣΩ. || — 9. δι' ὅλου] διόλου ΣΩΤ. || — τοῦ Νείλου] αὐτοῦ ΣΩ. Quæ post τοῦ Νείλου sequuntur usque ad τοῦ Νείλου p. 779, 1, om. ΦΨ edd. Arg. Vic. Ulm. || — 10. θέσις] ἡ θέσ. F. || — 11. καὶ νε' νότου η' L''] sic ed. pr., καὶ νε' νοτ. η' X, καὶ νε' η' L'' cett. Sec. numeros ed. pr. montes per totum latus occidentale Æthiopiæ, quæ in ora mar. usque ad 8° 25' lat. austr. pertinet, extenduntur, eamque sententiam Ptolemæi fuisse verisimillimum est. Celerum iste montium tractus ficticius est. || — 2. Γάρϐατον] sic ABEZΞ, Γαρϐατὸν τὸ ὄρος L, Γαρϐατὸ D, Γαρϐατῷ ΣΩ, Γαϐαρτῷ nescio an recte X, Γαρϐατά ΦΨ Arg., Γάρϐατα PRVΔ ed. pr., Γαρϐαπάν FN, Γάρϐα τὸ ὄρος Ξ. || — οὗ τὸ μέσ. ἐ. μ.] οὗ θέσις ΣΩ. || — 3. ξθ' ς''] ξβ' ς' O, 63. 0 1/6, ed. Vic. Cf. infra § 10: μεταξὺ τοῦ Ἀστάποδος καὶ τοῦ Γαρϐάτου ὄρους Πεχῖνοι. Pechinos fuisse puto ad *Pechil* fluvium qui 10° 20' in Astapum ab ortu influit in *Berberæ* (i. e. *Malao* ap. Ptol. 6° 30') parallelo. Garbatus aut Gabartus (6°) fuerit tractus montanus qui in hac regione Abyssiniam ortum versus terminat. « This elevated country was known to the Arabs by the general name of *Gabart* or *Jabart*. » Cooley p. 33. || — 4. ὁ Ἐλέφας [τὸ] ὄρος] ὄρος om. ΦΨ. || — οη'] οα' ΦΨ, 71 edd. Vic. Arg., 77 ed. Ulm. Designatur jugum montanum quod exit in *Ras el Fil*, Ἔλεφας ὄρος prom. c. 7 p. 763, 1. || — 6. Πύλαια] Πύλαι ed. pr., *Pilei* edd. Vic. Rom. || — ξε] om. Vic.; ἰσημερινή ed. pr., ἰσημερινά Ξ, ἰσημερινός PSVΩ; vocem om. FN. Quænam fauces intelligendæ sint nescio. An montes per qua Nilus (c. 5°) in planitiem prorumpit? De *Semen* regionis montibus cogitavit Cooley. p. 32, obloquente Klœdenio l. l. p. 276. || — 7. Μάστη τὸ ὄρος] τὸ om. X, τὸ Μάστη A, Μαστή ed. Arg. V. not. p. 776. || — § 10. Æthiopiæ populos Agatharchides (G. min. 1, p. 138 sqq.) ex eoque Artemidorus et Diodorus et ex Artemidoro Strabo nonnisi secundum vivendi rationes denominant, rhizophagos, hylophagos, spermatophagos, venatores, struthophagos, acridophagos, creophagos et omnium ultimos cynamolgos. Propria populorum nomina sat multa præbet Plinius 6, 189, ex quibus pauca solummodo apud Ptolemæum habes, qui ipse alia apponit a Plinio non commemorata. His adde alia multa quæ in solo monumento Adulitano (C. Inscr. gr. 3, p. 508) recensentur. — E Ptolemæo sua excerpsit Anonymus in Geogr. min. 2, p. 498: καὶ μετὰ τὸν Μέγαν καταράκτην ἀπὸ μὲν δυσμῶν τοῦ Νείλου Εὐωνυμῖται, Σεϐρίδαι, Κάτοιποι (sic), καὶ πρὸς τῇ Μερόῃ νήσῳ Μέμνονες· μεθ' οὓς Ἐλεφαντοφάγοι Αἰθίοπες· εἶτα Πεσενδάραι καὶ ἡ Κινναμωμοφόρος χώρα· τούτων δὲ δυτικωτέρα ἐστὶν ἡ Φαζανία· ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν Κολοϐοί, Ἄττεροι, Νοῦϐαι ἕτεροι (sc. diversi ab iis, quos § 16 e Ptolem. 4, c. 6 in Libya Interiore commemoraverat), Βλέμμυες, Στρουθοφάγοι καὶ ἡ Σμυρνοφόρος χώρα. || — Ἀραϐ.] Ἀρραϐ. LΦΨ. || — 9. Αὐαλίτην] Ἀϐαλίτην BESZ, Ἀναλίτην ΦΨ Arg., *Analitem* edd. Vic. Ulm. || — 10. Τρωγλοδ.] Τρογλωδ. Ξ, Τραγωδ. N. || — 12. Αὐαλῖται] ..ῖται LΞ, Ἀϐαλῖται CRV, Ἀναλῖται ΦΨ Arg., *Analitæ* edd. Vic. Ulm. || — 13. καὶ] om. codd. plurimi || — Μόσυλοι] Ὁμόσυλοι X, *Mossili* ed. Vic. || — δὲ] sic X ed. pr., μὲν cett. || — ὑπὲρ] ὑπὸ X. || — p. 680, 1. Ῥάπτου] Ῥαπτοῦ X ed. pr., *usque Prasum* ed. Ulm., *usque Prassum* ed. Vic. || — 3. παράλιος] om. ΣΩ. || — Βαρϐαρία] Βαρϐαρεῖα DMOΞ, Βαρϐαρικὴ ΦΨ. Post hanc vocem in codd., excepto A, legitur ἡ μὲν παράλιος. —

Ῥάπτου ἀκρωτηρίου παράλιος πᾶσα Βαρβαρία, Ἀζανία δὲ ἡ ἐνδοτέρω, ἐν ᾗ πλεῖστοι ἐλέφαντες. Κατὰ μέρος δὲ κατέχουσι τὴν μὲν ἀπ' ἀνατολῶν τοῦ ποταμοῦ τῆς χώρας μετὰ τὸ Βάζιον ἄκρον Κολοβοί, μεθ' οὓς πρὸς μεσημβρίαν Ταβιηνοί, εἶτα Σιρτιβεῖς, μεθ' οὓς Ἀττιροί· εἶτα Βαβυλλήνιοι καὶ

ad Rhaptum promontorium ora maritima omnis *Azania* vocatur, interior autem regio *Barbaria*, in qua plurimi sunt elephanti. Suis singuli locis incolunt terræ partem quæ est ad orientem a fluvio post Bazium promontorium *Colobi*, post quos ad meridiem *Tabieni*; deinde *Sirtibes*, post quos *Attiri*;

Quod deinde sequitur littus... omne Barbaricum est. Azania autem in secundo [ἐν δευτέρῳ] *est sinu*, edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. Azaniæ nomen ad oram maritimam pertinet, ut ipse etiam Ptolemæus p. 40, 25 statuit et aliunde constat. Dicendum igitur erat : παράλιος πᾶσα Ἀζανία, Βαρβαρία δὲ ἡ ἐνδοτέρω. ‖ — 5. Βάζιον] Βράζιον Arg., *Baxiam* ed. Ulm. Quæ post hæc adduntur in codd. ὃ ἐπέχει μοίρας ξε' κβ' L'' (κε' L'' ed. pr.); om. SΩ. Positio promontorii c. 5, § 8 : ξε' κγ''. ‖ — Κολοβοί] Κόλβοι ed. pr., *Clodi* ed. Ulm. De nomine v. Agatharchides (G. m. 1, p. 154) ap. Diodor. 3, 32 : τὰ δ' αἰδοῖα πάντες οἱ Τρωγλοδῦται παραπλησίως τοῖς Αἰγυπτίοις περιτέμνονται πλὴν τῶν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος ὀνομαζομένων Κολοβῶν· οὗτοι γὰρ μόνοι τὴν ἐντὸς τῶν στενῶν νεμόμενοι χώραν ἐκ νηπίου ξυροῖς ἀποτέμνονται πᾶν τὸ τοῖς ἄλλοις μέρος περιτομῆς τυγχάνον. Colobi, qui hoc loco tanquam populus regionis angustis limitibus circumscriptæ nominantur, per omnem quæ sequitur sinus Arabici oram passim commemorantur. Ipse Ptolemæus p. 758, 3 affert Κολοβῶν ἄκρον 68° 13° 40. Cf. Strabo 16, 4, 9 : εἶτ' ὁ Ἀντιφίλου λιμὴν καὶ οἱ ὑπὲρ τούτου Κρεοφάγοι, κολοβοὶ τὰς βαλάνους. Id. 16, 4, 10 : τοῦ Ἀντιφίλου λιμένος ἑξῆς ἐστι λιμὴν καλούμενος Κολοβῶν ἄλσος. Idem 16, 4, 13 : Μετὰ δὲ Εὐμένους λιμένα μέχρι Δείρης... Ἰχθυοφάγοι καὶ Κρεοφάγοι [οἱ?] καὶ Κολοβοὶ μέχρι τῆς μεσογείας. ‖ — 5. μεθ' οὓς πρ. μεσ.] πρὸς μεσημβρίαν δὲ μετ' αὐτούς L. Verba πρὸς μεσημβρίαν usque ad v. Ῥιζοφάγοι om. W. ‖ — 6. Ταβιηνοί] Ταβηινοί ΦΨ Arg., τὰ βιηνοὶ V, Ταβικῶιοι FN, *Tabeini* ed. Ulm, *Tabeni* ed. Vic. Cf. Steph. Byz. : Τάβις, πόλις Ἀραβίας. Ἑκαταῖος περιηγήσει Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης Ταβηνός. Tabieni sec. ordinem populorum quærendi in regione *Etbai*, quæ inde a Berenice juxta sinum Arabicum longe extenditur. Vivien de S.-Martin p. 471 : « Les Tabieni se retrouvent, selon toute apparence, dans les Changalla Dobiena, qui bordent au nord les pentes du plateau d'Abyssinie. Il y a aussi des Debaina parmi les clans Kababich, que l'on qualifie parfois d'Arabes. » (In novissimis tabulis *Dabaina* regio (13°-14° lat.) est ab Abyssinia occasum versus inter *Albara* et *Rahat* fluvios). Eadem sententia est Klœdenii p. 270, qui Tabienos ex sedibus, quas in Ptolemæi tabula obtinent, longe austrum versus pulsos esse conjecit. ‖ — 6. Σιρτιβεῖς] Συρτιβεῖς ADLMO ΦΨ, *Syrtibes* edd. Rom. Ulm., Σιπτιβεῖς X. In hod. *Etbai* regione notatur *Dj. Sotirba* tum sub 22° tum iterum sub 20° lat. Ibi secundum ordinem ponendi Sirtibes Ptolemæi. Grashofius legi voluit Σιρβιτεῖς, quoniam *Sirbitum* oppidum commoratur apud Plinium. Id tamen ad regionem, de qua nos jam agimus nihil pertinet. Dicit Plinius 6, 196 : *Quidam longitudinem* (terræ Æthiopum) *ita diviserunt : a Meroe Sirbitum XI* (*XV* v. l.) *dierum navigationem, ab ea XV ad Dabellos, ab iis ad Oceanum VI dierum iter*. Cf. ib. § 194 : *Regio supra Sirbitum, ubi desinunt montes, traditur a quibusdam habere maritimos Æthiopas*. Sirbitum hoc fort. erat in *Serabet* regione (37° 10' long. Gr., 15° 40' lat. in Petermanni tabula) ad fontes *Barka* fluvii. Navigatio XI vel XV dierum fuerit in *Albara* et *Gasch* fluviis. ‖ — 7. Ἄττιροι] sic X ed. pr., Ἀπειροί ΦΨ, Ἀπιροί cett., Ἄττεροι Anon. l. l., *Aspiri* ed. Ulm. Ponendi ad *Wadi* et *Dj. Attiri* (c. 21° 25') ad Arabicum Nili latus supra Magnum cataracten (21° 50') in provincia *Batn-Hadjar*. Vivien de S.-M. p. 471 : « Les Attiri ressemblent beaucoup aux Hadhareb, une des principales divisions de la race Bedja (Makrizi dans Burchhardt, *Nubia* p. 450.). » ‖ — 9. Βαβυλλήνιοι] Βαβυλώνιοι PRV ed. pr., *Babilonii* ed. Ulm., Βαβυλλίνιοι DLSΞΩΣ, Βαβυλληνοί X, *Babilenii* ed. Vic. Cf. Steph. Byz. : Ἄβυλλοι, ἔθνος πρὸς τῇ Τρωγλοδυτικῇ, ἔγγιστα τῷ Νείλῳ, ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ γῆς. « Ce sont indubitablement les *Belioun* dont parlent les auteurs Arabes comme d'une grande et belliqueuse tribu du pays de Bedja (v. Edrisi tom. 1 p. 35 et 42 ed. Jaubert.) et les *Bilen* des relations modernes. Les Bilen actuels demeurent sur l'extrême frontière nord-ouest de Massaoua. » Vivien de S.-M. p. 472. — Ab *Wadi Atteri* austrum versus sequuntur quinque cataractæ prope *W. Seras*, *W. Ambigo*, *W. Lamule* (21° 10'), *W. Dal* et ad h. *Koke* (20° 40'). In hac igitur regione Babyllenios sive Abyllos collocare licet. Nescio an huc pertineant versus Æschylei in Prom. v. 808 :

τηλουρὸν δὲ γῆν
ἥξεις κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου

Ῥιζοφάγοι, μεθ' οὓς οἱ Ἀξουμῖται καὶ Σοβορίδαι· εἶτα Μολίβαι καὶ Μεγάβαρδοι, καὶ Νοῦβαι δυσμικώτεροι Αὐαλιτῶν· εἶτα ὑπὸ τοὺς Μολίβας Βλέμυες,

deinde *Babyllenii* et *Rhizophagi*, post quos *Axumitæ* et *Soboridæ;* deinde *Molibæ* et *Megabardi* et *Nubæ* occasum versus ab Aualitis; deinde infra Molibas *Blemyes*,

---

ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.
Τούτου παρ' ὄχθαις ἕρφ', ἕως ἂν ἐξίκῃ
καταβασμὸν, ἔνθα Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο
ἵησι σεπτὸν Νεῖλος εὔποτον ῥέος.

In his enim pro ἔνθα Βυβλίνων legendum esse puto ἔνθ' Ἀβυλλίνων. || — 1. Ῥιζοφάγοι] Ῥιζοφόγοι PY. Agatharchides (G. M. 1, p. 141) : παρὰ τὸν Ἀσταβόραν καλούμενον ποταμὸν παροικεῖ τὸ τῶν Ῥιζοφάγων ἔθνος. Strabo 16, 4, 9 : περὶ δὲ τὴν Μερόην καὶ ἡ συμβολὴ τοῦ τε Ἀσταβόρου καὶ τοῦ Ἀστάπου καὶ ἔτι τοῦ Ἀστασόβα (Ἀσταγάβα codd.) πρὸς τὸν Νεῖλον· παροικοῦσι δὲ τούτοις οἱ Ῥιζοφάγοι καὶ Ἕλειοι προσαγορευόμενοι. Ælianus N. An. 17, 40 : ἐν Ἰνδοῖς ἔστι χώρα περὶ τὸν Ἀσταβόραν ποταμὸν ἐν τοῖς καλουμένοις Ῥιζοφάγοις. (Idem ibid. commemorat λίμνην τὴν καλουμένην Ἀορρατίαν.. πλησίον τοῦ προειρημένου ποταμοῦ. i. e. hod. *Tzana* lacum cujus ad terminum australem, ubi *Abai* fluvius ex eo profluit, *Korata* oppidum apponitur). In Periplo mar. Er. § 2 p. 258 inter mediterraneos populos nominantur Ἀγριοφάγοι καὶ Μοσχοφάγοι, quorum hi sunt i. q. Ῥιζοφάγοι. || — 1. Ἀξουμῖται] Ἀξουμίται BEZΩ, Αἰξουμῖται S, Αὐζουμίται ADS, Αὐξουμῖται vel Αὐξουμίται cett.; *Axiumitæ* ed. Ulm. In plerisque codd. additur : ὧν θέσις νε' ια', quæ est positio Axumæ urbis. Regni Axumitani prima mentio in Periplo mar. Erythr. l. l., ubi Zascales rex regnasse dicitur inde a Moschophagis usque ad alteram Barbariam (eam sc. quæ est inde ab Aualite sinu. Auctor enim novit etiam Barbariam septentrionalem in hod. *Berber* regione). Hunc fere regni ambitum primus constituerat rex qui insculpi jussit monumentum Adulitanum, in quo populi nominantur : Γάζη, Ἀγάμαι, Σιγύη, Αὐά, Τζιαμώ, Γαμβηλά, Σιγγαβηνέ, Ἀγγαβέ, Ἀθαγαοί, Καλαά, Σαμηνέ, Λασινοί, Ζαά, Γαβαλά, Ἀταλμώ, Βέγα, Ταγγαῖται, Ἀννινέ, Σεσέα, Ῥαῦσοι, Σωλατέ. || — 2. Σοβορίδαι] Σαβορίδαι X, Σαβόρδαι ed. pr. Sedes populi incertæ. Vivien l. l. p. 472 : « Les Soboridæ sont peut-être les Arabes Saouarat, qui habitent actuellement dans le Dar Chaikieh vers le site de l'ancienne Napata, » Secundum Ptolemæum Soboridas ab Auxumitarum regno occasum versus ponere licet in regiones interamnas, quas Sebridas tenuisse constat. Unde conjeceris Soboridas eosdem esse qui infra p. 783. Σεβρίδαι vocantur atque perperam collocantur a Nilo occasum et a Gapachis boream versus. || — 2. Μολίβαι] Μολῖβαι ed. pr., *Melibie* ed. Ulm. Molibas degisse ad *Murib* s. *Mareb* (*Maleb* Rüppelius scripsit) fluvium, qui ab *Axum* opp. haud longe boream versus est, et sub 17° 15′ in Albaram incidit, recte, opinor, censent Cooley l. l. p. 31 et Klæden l. l. p. 271. Haud recte igitur Ptolemæus Molibas ab Axumitis austrum versus collocat. Eodem vitio etiam sequentia laborant. Etenim Axumitæ, Molibæ, Megabari, Nubæ, Blemyes ordine inverso recensendi erant. Nam Blemyes proximum post Ægyptum locum obtinebant. Megabari secundum Erastosthenem a Meroe boream versus, sec. Plinium *contra Meroen* degebant. In eodem tractu, sed ad *lævam* Nili partem usque ad Nili cubitum sec. Eratosthenem magnus Nubarum populus erat, quem Ptolemæus Megabaris jungens a Nilo *ortum* versus collocat perperam. Causam erroris in eo quæsiverim, quod nonnulli Blemyum sedes in ultimam Æthiopiam transtulerunt, quibus fidens Ptolemæus proximorum populorum ordinem pervertit. || — 2. Μεγάβαρδοι] Μετάβαρδοι X, Μεγαβράδοι ed. pr. Scribendum, opinor, Μεγάβαροι aut Μεγάβαρροι. Plinius 6, 189 : *Contra Meroen Megabarri, quos aliqui Adiabaros nominavere. Oppidum habent Apollinis. Pars eorum Nomades, quæ elephantis vescitur. Ex adverso in Africæ parte Macrobii, rursus a Megabarris Memnones et Dabelli* (hod. *Debdaileh?*) *dierumque XX intervallo Critensi.* Eratosthenes ap. Strabon. 17, 1, 2 : Τὰ δὲ κατωτέρω ἑκατέρωθεν Μερόης, παρὰ μὲν τὸν Νεῖλον πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν Μεγάβαροι καὶ Βλέμυες, Αἰθιόπων ὑπακούοντες, Αἰγυπτίοις δ' ὅμοροι... Ἐξ ἀριστερῶν δὲ τῆς ῥύσεως τοῦ Νείλου Νοῦβαι κατοικοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ, μέγα ἔθνος, ἀπὸ τῆς Μερόης ἀρξάμενοι μέχρι τῶν ἀγκώνων, οὐχ ὑποταττόμενοι τοῖς Αἰθίοψιν, ἀλλ' ἰδίᾳ κατὰ πλείους βασιλείας διειλημμένοι. Strabo 17, 1, 53 : Τὰ πρὸς νότον (Αἰγύπτου) Τρωγλοδύται Βλέμυες καὶ Νοῦβαι καὶ Μεγάβαροι οἱ ὑπὲρ Συήνης Αἰθίοπες. Agatharchides ap. Diodor. 3, 33 : ὁπλισμὸν δ' ἔχουσι τῶν Τρωγλοδυτῶν οἱ μὲν ὀνομαζόμενοι Μεγαβαρεῖς κυκλοτερεῖς ὠμοβοίνας ἀσπίδας καὶ ῥόπαλον τύλους ἔχον περισιδήρους, οἱ δ' ἄλλοι τόξα καὶ λόγχας. Megabari nomine tenus esse videntur hod. *Mekaberab*, juxta Nilum degentes a *Damer* usque ad *Schendy*. || — 3. δυσμικώτερος] sic A, ...ώτατοι cett. || — Αὐαλιτῶν] Αὐλιτῶν Ξ; τῶν add. ed. pr., *Analitis* edd. Vic. Ulm. De Nubis v. not. ad vs. 2. Cf. Plinius 6, 192 : *Ab ea* (Semberritarum insula) *Nubei Æthiopes dierum VIII itinere; oppidum eorum Nilo impositum Tenupsis* (h. *Denab* in *Dar Nuba*, 10° lat.). Steph. Byz. : Νοῦβαι, ἔθνος Λι-

ὑφ' οὓς Δηδάκαι, καὶ μεταξὺ τοῦ Ἀστάποδος ποταμοῦ καὶ τοῦ Γαρβάτου ὄρους Πεχῖνοι, ὧν δυσμικώτεροι Στρουθοφάγοι Αἰθίοπες· μεσημβρινώτεροι δὲ τοῦ ὄρους Κατάδραι καὶ ἡ Σμυρνοφόρος χώρα φθάνουσα μέχρι τῆς Κολόης λίμνης, μεθ' ἣν οἱ Μαστῖ-

infra quos *Dedacæ*, atque inter Astapodem fluvium atque Garbatum montem *Pechini*, a quibus ad occidentem *Struthophagi Æthiopes;* meridiem versus a monte *Catadræ* et *Myrrhifera* terra pertinens usque ad Coloen paludem, post quam sunt *Mastitæ*

ϐύης παρὰ Νείλῳ, Ἀπολλόδωρος β' περὶ γῆς. Λέγονται καὶ Νουϐαῖοι, ὡς Σαϐαῖοι, καὶ Νουμίδες (Νουϐάδες? Valesius). Quæ de Nubis apud serioris ævi scriptores referuntur, fusius exponit Vivien de S.-M. p. 81 sqq. Cf. Dillmann *Ueber die beiden Inschriften von Axum* in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, tom. VII, p. 355. 1853. ‖ — 4. Βλέμυες] sic BEZS, *Blemyes* ed. Rom., Βλέμυνες Arg., *Blemines* ed. Vic., Βλέμμυες cett. codd., *Blemmines* ed. Ulm. Scripturam per simplex u tuentur poetæ, Theocritus, Dionysius, Nonnus. De sedibus populi Ægypto vicinis vide Strabonis testimonia ad vs. 2. Julius Honorius p. 50 ed. Riese: *In cujus* (Nili) *litore sita sunt oppida vicina septem* (Heptanomis), *quibus metropolis Oxyrrhynchum Heracleum. A Blemmyis usque Oxyrrhynchum Heracleum milia CCCX* (Distantia pertinet a Syene usque ad initium Heptanomidis, cujus oppida Oxyrrhynchus et Heracleopolis). Ammian. Marc. 14, 4. 3: *ad Nili cataractas... et confinia Blemmyum.* Cf. id. 22, 15, 34. Zosimus 1, 71: συμμαχήσαντας (Πτολεμαΐδι τῆς Θηϐαΐδος) Βλεμμύας παρεστήσατο Πρόϐος. Vopiscus in Probo c. 17: *Blemyas etiam subegit, quorum captivos Romam transmisit, qui mirabilem sui visum stupenti populo Romano præbuerunt.* Ad Syenen et Elephantinen Blemmyes noverunt Claudianus de Nilo Idyll. 4, 19 et Procopius B. P. 1, 19. Olympiodorus Thebæus in Fr. Hist. 4, p. 66 Blemmyas dicit Thebaidis oppida obtinuisse Primin, Phœnicona, Chiridem, Thapin, Talmin. In titulo quem Silco regulus in Talmis urbis fano posuit: ἐπολέμησα μετὰ τῶν Βλεμύων ἀπὸ Πρίμεως ἕως Τάλμεως. Priscus fr. 21 (F. Hist. 4, p. 100) Blemmyas et Nobades a Romanis victos ad Maximinum imp. pacis petendi causa legatos misisse et fœderis pactiones Philis in templo depositas esse dicit. In alias sedes Blemyas ejiciunt poetæ, Dionysius Per. 220:

ἐν δὲ μυχοῖσι
βόσκοντ' ἠπείροιο πανύστατοι Αἰθιοπῆες,
αὐτῷ ἐπ' ὠκεανῷ, πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης,
τῶν πάρος αἰθαλέων Βλεμύων ἀνέχουσι κολῶναι,
ἔνθεν πιοτάτοιο κατέρχεται ὕδατα Νείλου.

Theocritus 7, 114:

ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσσι νομεύοις
πέτρᾳ ὑπὸ Βλεμύων, ὅθεν οὐκέτι Νεῖλος ὁρατός.

Inter Libyæ Interioris populos Blemmyes enumerant Mela, 1, 4, 4, Plinius 5, 44, Solinus p. 154, Isidorus 11, 3, 17, Martianus 6, p. 218, Augustinus De civ. d. 16, 8. Una cum Marmaridis et Nasamonibus et Lotophagis nominantur in Geogr. Rav. p. 137, 1. Celerum de Blemyis v. Vivien de S.-M. p. 70 sqq. ibique laudatos et Franzium in Corp. Inscr. g. 3, p. 417. Inter recentiora populorum nomina nullum est quod certo judicio ad Blemyum nomen referri possit. ‖ — 1. Δηδάκαι] Διδάκαι FNSΦΨΩ Arg., *Didacæ* edd. Vic. Ulm. Fortasse Dedacæ erant hod. *Taka* regionis, quæ in monum. Axumitano est Ταγγαϊτῶν. ‖ — Ἀστάποδος] Ἀσταπόδου A. ‖ — 2. Γαρβάτου] Γαρβατῶ SXΩ, Γαρβάτα BEZ. Cf. supra p. 779. ‖ — Πεχῖνοι] Πέχινοι X ed. pr., *Pethini* ed. Rom. De sedibus eorum conjecturam protuli p. 779. ‖ — 3. Στρουθοφάγοι] *Strutuphagi* ed. Vic., *Strucophagi* ed. Rom. Struthophagi sec. Anonymum Hudsoni degunt μέσον τοῦ Ἀσταϐόρου καὶ τοῦ Ἀστάποδος. Agatharchides in G. min. 1, p. 144 sq. post Rhizophagos commemorat Hylophagos et Spermatophagos iisque propinquum Κυνηγῶν populum exiguum, ab his vero longe occasum versus Ἐλεφαντομάχους (§ 53) s. Ἐλεφαντοθήρα (§ 54) s. Ἐλεφαντοφάγους (§ 55). Deinde dicit (p. 147): ὅτι τῶν Κυνηγῶν τούτων, οὓς οἱ Νομάδες Ἀκαθάρτους καλεῖν εἰώθασι, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν ἀπόσπασμα Αἰθιόπων νέμεται οὓς καλοῦσι Σιμοὺς (Σίλλους ap. Strabon. 16, 4, 11), τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν οὐ μέγα ἔθνος οἱ καλούμενοι Στρουθοφάγοι. ‖ — 4. Κατάδραι] Καταδραι ed. pr., *Cathadræ* ed. Vic. Ignoti. Strutophagorum vicini boream versus erant Elephantorum venatores qui, sec. Agatharchidem, Ἀκάθαρτοι vocabantur. Nescio an hi sint qui in Ptolemæi codicibus Κατάδραι vocantur. Cf. Plinius 6, 191: *Inter montes autem et Nilum Simbarri sunt, Palugges, in ipsis vero montibus Asachæ* (cf. 8, 35) *multis nationibus; abesse a mari dicuntur dierum V itinere; vivunt elephantorum venatu.* « Dans les cantons qui bordent au nord le pied des hautes terres de l'Abyssinie, les chasseurs d'éléphants, d'après nos relations modernes, sont de même designés sous une dénomination particulière. On les nomme *Agar.* » VIVIEN DE S.-MARTIN, p. 95. Ptolemæus Elephantophagos a Nilo occasum versus collocat præpostere. ‖ — 5. ἡ] om. ed. pr. ‖ — 6.

ται μέχρι τῶν τοῦ Νείλου λιμνῶν. Τὴν δὲ ἀπὸ δυσμῶν τούτου τοῦ τμήματος τοῦ Νείλου ποταμοῦ χώραν κατέχουσι μετὰ τὸν Καταρράκτην τὸν μέγαν οἱ τὴν Τριακοντάσχιονον καταννεμόμενοι μεταξὺ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρέων καὶ τοῦ Νείλου ποταμοῦ, μεθ' οὓς ὁμοίως πρὸς μεσημβρίαν Εὐωνυμῖται· εἶτα ἡ μέση Αἰθιοπία καὶ οἱ Σεβρίδαι· καταλαμβάνει δὲ ταῦτα τὰ ἔθνη καὶ τὴν Μερόην νῆσον· μεθ' ἃ

usque ad Nili lacus. Ad occidentem ab hoc Nili fluvii segmento terram incolunt post Cataractam maiorem ii, qui *Triacontaschœnum* depascunt inter Æthiopicos montes et Nilum fluvium, post quos inter eosdem meridiem versus *Euonymitæ;* deinde *Æthiopia Media* et *Sebridæ;* obtinent hæ gentes Meroen quoque insulam, atque infra eas sunt *Gapachi*, infra quos *Ptoemphanæ*, et

---

Κολόης] Καλόης Arg., *Calce paludem* ed. Ulm. || — Μαστῖται]..ίται BEZ. Arg. || — 1. τῶν om. Ξ. || — Νείλου] Νίλου Φ. De Mastitis v. supra. Distinguendi ab iis sunt *Mattitæ* s. *Mothitæ* ap. Plinium 6, 190 : *Anderæ* (*Andetæ* v. l., Ἐνδέρα Artemidor. ap. Strabonem, hod. *Enderta*), *Mattitæ* (hod. *Madaito* 11 1/2 lat. 59 long.), *Mesachas* (in eodem parallelo e regione *Muschach* inss., *Hypsodores* (*Ipsodore*, *Hipdores* v. l.; ad hod. *Deidora* montem 20 1/2 lat. 60 long.?) || — 3. χώραν] om. ADB. || — 3. καταρράκτ.] καταράκτ. DMOΔΞΩ. || — 4. Τριακοντάσχοινον] *tria condaschinum* ed. Vic., *tricontasthenum* ed. Rom. Triginta schœnorum sive 900 stadiorum tractus a Magno cataracte (*Wadi Halfa*) pertinet usque ad terminum australem regionis *Dar Sukkot* (20° 30′), ubi ad lævam Nili ripam est *Soleb* locus. Alibi eo nomine hic tractus non commemoratur Quemadmodum Dodecaschœnus, sic etiam quæ sequuntur usque ad Magnam cataractam et deinde Triacontaschœnum Ægypto aliquando adjuncta esse videntur, adeo ut hinc demum Æthiopiæ nomen usurparetur. Nam Plinius 6, 183 secundum Neronis exploratores commemorat *Regionem Euonymitôn Æthiopum primam*, Ptolemæus vero post Euonymitas collocat τὴν μέσην Αἰθιοπίαν, unde consequitur fuisse etiam tertiam quandam Æthiopiam, cujus expressa mentio non injicitur. Secundum Plinium inter Acinam et initium Euonymitôn intercedunt 54 m. p., quot via directa intercedunt inter *Akeh* et *Soleb*, ad quem locum sec. Ptolemæum initium Euonymitôn collocandum est. || — 7. Εὐωνυμῖται]...ίται BEZ Arg., Εὐωνυμεῖται L. Nomen hoc fuerit omnium Æthiopum qui ad lævam Nili ripam erant. || — 8. Σεβρίδαι] Σεβᾶρδοι ed. pr. Σεβρῖδαι PV, Σεβερίδαι W. Verba καὶ οἱ Σεβ. h. l. om. A, qui supra Εὐωνυμῖται adscripsit καὶ Σεβρίδαι. Sebridæ post Gabachos nominandi erant; nam Gabachi sunt hod. *Kababisch* (14° 16′ lat.) juxta Meroen insulam et borealem partem regionis *Dar Senar*, Sebridæ vero sive Sebritæ sive Sembritæ sunt Ægyptii fugitivi, qui sedes selegerant non in desertis a Nilo occasum versus sitis, sed in hod. *Dar Senar* inter Nilum et Astapodem, quam regionem τὴν νῆσον Αἰγυπτίων Eratosthenes vocat, et in iis quæ hinc ortum versus sunt inter Astapodem et *Dender* et *Rahad* fluvios. « Auf dem ganzen westichen Rande des Abyssinischen Hochlandes und bis an die Sobatmündungen kœnnen wir eine zusammenhœngende Reihe von Vœlkerschaften verfolgen von gleichartigen physischen Typus, mit noch untereinander verwandten Sprachen, die vom Æthiopischen abweichen, dieselbe Gegend einnehmend, welche als die den Sembriten angewiesene sich ergiebt. » KLOEDEN l. l. p. 46. Recte Ptolemæus Sebridas etiam in Meroe insula degisse dicit, in eaque (p. 774, 2) collocat Eser oppidum (13° 20), quod Fugitivorum esse et ad dextram Astapodis ripam in *Dar Senar* situm esse novimus. Ceterum a Sebridis non diversos esse Soboridas, qui p. 781, 2 nominantur, recte statuerim. — Eratosthenes ap. Strabonem 17, 1, 2 prodidit ἄλλην εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν κατέχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες οἱ ἀποστάντες ἐπὶ Ψαμμιτίχῳ, καλοῦνται δὲ Σεμβρῖται, ὡς ἂν ἐπήλυδες· βασιλεύονται δὲ ὑπὸ γυναικός, ὑπακούουσι δὲ τῶν ἐν Μερόῃ. Idem ib. 1, 4, 2 parallelum per τὴν τῶν Αἰγυπτίων νῆσον καὶ τὴν Κινναμωμοφόρον ductum a Meroe austrum versus distare dicit stadia 3400, quæ pertinent usque ad cursum superiorem Astapodis fluvii. Strabo 16, 4, 8, postquam oræ maritimæ loca usque ad Saba ex Artemidoro recensuerat, pergit : ἡ δ' ἐν βάθει τούτων χώρα Τηνεσίς (Νησίτης? i. q. νῆσος Αἰγυπτίων Eratost.) λέγεται. Ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ παρὰ τοῦ Ψαμμιτίχου φυγάδες Αἰγυπτίων· ἐπονομάζονται δὲ Σεβρῖται, ὡς ἂν ἐπήλυδες· βασιλεύονται δ' ὑπὸ γυναικός, ὑφ' ἣν ἐστι καὶ ἡ Μερόη, πλησίον τῶν τόπων οὖσα τούτων ἐν τῷ Νείλῳ νῆσος, ὑπὲρ ἧς ἄλλη ἐστὶ νῆσος οὐ πολὺ ἄποθεν ἐν τῷ ποταμῷ, κατοικία τῶν αὐτῶν τούτων φυγάδων. Plinius 6, 192, post ea quæ p. 773, citavi, pergit : *Insula in Nilo Semberritarum, ab ea Nubæi Æthiopes dierum VIII itinere; oppidum eorum Nilo impositum Tenupsis* (hod. *Denab*, 10° lat. ad lævam Nili ripam in *Dar Nuba*). Herodotus

ὑπόκεινται Γάπαχοι, ὑφ' οὓς Πτοεμφανεῖς, ὑφ' οὓς Καδοῦποι· μεθ' οὓς οἱ Ἐλεφαντοφάγοι Αἰθίοπες, ὑφ' οὓς Πεσενδάραι, καὶ ὑπὲρ τὰς λίμνας ἡ Κινναμωμοφόρος χώρα· μεταξὺ δὲ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἀστάποδος ποταμοῦ πρὸς μὲν τῇ Μερόῃ νήσῳ Μεμ-

infra hos *Cadupi* ; post hos *Elephantophagi Æthiopes*, infra quos *Pesendaræ*, atque supra lacus *Cinnamomifera* terra; inter Nilum autem et Astapodem fluvium prope Meroen insulam *Memnones*, et magis ad meridiem *Sapæi*. Reliquas terræ partes

---

2, 31 ab Elephantine ad Αὐτομόλους sive Ἀσμάχ quattuor mensium iter fuisse fabulatur. || — 1. Γάπαχοι] Γαπάχοι ΦΨ, Γάπαλοι X, *Gabachi* ed. Vic. Hodie *Kababisch*. Anonymus Hudson. in Μέγαν ποταμὸν, qui occidentale Meroes ins. latus constituit, Γαπάχι fluvium e Ψεβόλη lacu influere narrat. Intelligendus esse videtur fluvius qui, secundum Petermanni tabulam, ex magna palude inter Nilum et *Dj. Arasch-Kol* sita (13° 40′ — 14° 10′) in Nilum exit prope *Chadschiba* insulam (14° 15′). Hinc austrum versus alia insula (13° 48′) *Gubescha* vocatur. Quæ deinceps meridiem versus est *Chamkab* regio fuerit τῶν Χαμπεσίδων, quos ibi Anonymus collocat. Quæ de his proferunt Cooley p. 90 et Klæden p. 255, admitti nequeunt, quum ab Anonymi narratione abhorreant. || — 1. Πτοεμφανεῖς] *Ptonephages* ed. Vic. Plinius 6, 192 : *ex Africæ parte Tonobari, Ptoenbani* (*Ptoemphæ* v. l.), *qui canem pro rege habent, motu ejus imperia augurantes*. Cf. Solinus c. 30 p. 146, 16 ed. Mommsen. Cum his Klædenius p. 273 confert quæ in hod. *Dar Fazohkl* (ad latus occiduum Astapodis fl. c. 11° lat.) in usu sunt : « næmlich dass bei dem jæhrlich über den Kœnig abzuhaltenden Gericht ein angebundener Hund eine Hauptrolle spielt. Dieser oder der Kœnig fællt als Opfer. Diejenigen Fælle, in welchen der Kœnig die Prüfung seiner Regierung im abgelaufenen Jahre schlecht besteht und getœdet wird, und der Hund als Symbol der Wachsamkeit gleichsam an seiner Stelle am Leben bleibt, scheinen Veranlassung zu der Erzæhlung des Plinius gewesen zu sein. Wenn der Zusammenhang in dieser Weise besteht, dann haben wir in *Fazokl* die Ptoemphanæ als Nachbaren der Gapachi. » Eodem modo de sedibus populi statuit Hartmann *Die Nigritier*, 1, p. 68, 75. || — 2. Καδοῦποι] Καδούποι N, καὶ Δοῦποι DMOΔΞ, *Duppi* ed. Lugd., Κεδοῦποι A, Καδωποι X, *Caduppi* ed. Rom., Μαδοῦποι ΦΦ, *Madupi* ed. Vic., Μαδδοῦποι Arg., *Maduppi* ed. Ulm., Κάτοιποι Anonym. in G. m. 2, p. 498. Καταδοῦποι de conj. scripsit Wilberg. Quodsi *Fazogl* regio populo antecedenti recte vindicatur, ab ea occasum et meridiem versus sita *Dar Ubi* et *Dj. Tabi* Cadupis assignare licet. Cur Καταδοῦποι scribatur, nihil video. Vocabulum hoc non modo cataractas, quorum plurimos novimus, sed etiam accolas eorum significare parum est probabile, quamvis apud Plinium 6, 178 legatur : *A Syene..gens Catadupi, dein Syenitæ*. || — 2. Ἐλεφαντοφάγοι] Solinus p. 146, 16 Ptoemphanis finitimos esse dicit Psambaros (Sesambros ap. Plin. 6, 192), apud quos ne elephanti quidem auriti sint ; fortasse hi degebant in hod. *Wambera* a *Dar Fazogl* austrum ortumque versus ad orientale latus *Abai* fluvii. Ibidem Ptolemæi elephantophagos quæsiveris. Quamquam alii elephantophagos, quos late sparsos fuisse consentaneum est, multo magis ortum versus nec longe a mari remotos fuisse statuunt. Plinius 6, 191 : *Inter montes autem et Nilum Symbari sunt in ipsis vero montibus Asachæ multis nationibus. Abesse a mari dicuntur dierum quinque itinere. Vivunt elephantorum venatu*. Idem 8, 35 : *Asachæi vocantur Æthiopes apud quos maxime nascuntur (elephanti) narraturque in maritimis eorum*, etc. Idem 8, 26 : *Troglodytæ contermini Æthiopiæ, qui hoc solo (elephantorum) venatu aluntur*. || — 3. Πεσενδάραι] Πεσενδᾶραι ed. pr., Ποσενδάραι Arg., *Possendaræ* ed. Ulm. Strabo in sinus Arabici descriptione : καλεῖται δὲ ἡ χώρα Κορακίου· ἦν δέ τις ἐν βάθει Ἔνδερα Γυμνητῶν ἀνθρώπων κατοικία. Plinius 6, 190 : *Dochi* (hod. *Dok?*), *deinde Gymnetes semper nudi ; mox Anderæ* (*Andetæ* v. l.), *Mattita* (h. *Mudaito*). In his Endera s. Andera est hod. *Enderta* (13° 30′) a *Tacazze* fluvio ortum versus. Eosdem esse Pesendaras cum Klædenio crediderim. Vicini esse poterant Elephantophagis, verum non iis quos juxta lævam Nili ripam Ptolemæus collocavit. || — 4. Κινναμωμοφόρος] Κιναμωμοφόρος DNOΔΞΣ, Κινναμοφόρος ed. pr., *Cinamifera* edd. Rom. Ulm., *Cinamiphera* ed. Vic. Sec. Eratosthenem ap. Strabon. 16, 4, 14 post Diren pr. juxta oram sinus Avalitæ ortum versus sequuntur ἡ τὴν σμύρναν φέρουσα, dein ἡ λιβανωτοφόρος et postrema ἡ κινναμωμοφόρος ἣν ἐσχάτην ἴσμεν οἰκουμένην πρὸς μεσημβρίαν et ex qua, secundum Orosium, Nilus profluit (v. p. 303. 3 not.). Ptolemæus ordinem regionum invertens Cinnamomiferam in eum tractum transfert in quo ipse suas Nili origines collocat. || — 5. Ἀστάποδος] Ἀσταβότου A. || — 6. τῇ Μ. νήσῳ] τὴν Μερόην νῆσον S. || — Μεμνονεῖς] Σεμνονεῖς BE, Μέμνονες ed. pr., *Memones* ed. Ulm. Plinius 6, 190 : *Contra Meroen Megabarri ... Ex adverso in Africæ parte Memnones et Dabelli* (Cf. 6, 196, ubi a Meroe ad Dabellos XV dierum iter esse dicitur. Hod. *Debdaleh*.

νονεῖς, μεσημβρινώτεροι δὲ Σαπαῖοι. Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς χώρας, δυσμικώτερα δὲ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρέων κατέχουσι μετὰ τὴν δίαμμον καὶ ἄβροχον χώραν οἱ κατὰ τὴν Φαζανίαν καὶ τὴν Βακαλῖτιν· εἶτα Σκηνῖται καὶ Τραλλῆται, μεθ' οὓς τὸ τῶν Δαραδῶν ἔθνος· εἶτα οἱ Ὀρυπαῖοι Θηρευταί, μεθ' οὓς οἱ Νυγβηνῖται Αἰθίοπες.

occasum versus ab Æthiopicis montibus inhabitant post arenosam et sitibundam regionem *Phazaniæ* et *Bacalitidis* gentes; deinde *Scenitæ* et *Tralletæ*, post quos *Daradarum* gens; deinde *Orypæi Venatores*, post quos *Nygbenitæ Æthiopes*.

11. Νῆσοι δέ εἰσι παρὰ τὴν ὑπὸ Αἴγυπτον Αἰθιοπίαν αἵδε·

ἐν μὲν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ

Ἀστάρτη νῆσος	ξϛ'	κβ' L''
Βωμὸς Ἀθηνᾶς, νῆσος	ξϛ' ϛ''	κα' L''
Γυψῖτις νῆσος	ξζ'	ιθ' γο''

11. Insulæ sunt propter Æthiopiam infra Ægyptum sitam hæ :

in Arabico sinu

Astarte insula	66°	22° 30'
Ara Minervæ, insula	66° 10'	21° 30'
Gypsitis insula	67°	19° 40'

Versus 7 et 8 om. ΣΦΨ, edd. Ulm. Vic. ‖ — 8. Ψάθιος] Ψάπος (i. e. Ψάτιος) ed. pr., Ψαθίου A, *Psathii* edd. Vic. Ulm. Infra § 14 Ψάθην FN, Ψάτην ed. pr. Genuina nominis forma fuerit Θάτης. ‖ — ξθʹ 𐅵ʹ] ξθʹ ςʺ ed. pr., ξθʹ ADMO, edd. Vic. ‖ — μηʹ 𐅵ʹ δʺ] μθʹ 𐅵ʹ δʺ ed. pr., 48 2/3 ed. Ulm. Γέρουσαν et Ψάθιν Ortelius et Wesselingius et Bœckhius in C. Inscr. 2, p. 104 apud Diodorum 20,22 Γάργαζαν et Θάτην (Θάψιν v. l.) dici censent probabiliter. Scilicet sec. Diodorum Satyrus, Parysadæ I filius et in regno Bosporano successor (an. 310 a. C.), διαβὰς τὸν Θάτην ποταμὸν exercitum duxit contra Eumelum fratrem rebellem ejusque socium Aripharnem, τὸν τῶν Θρακῶν (sic codd.; Θατέων conj. Bœckhius, probante Dindorfio) βασιλέα, qui prœlio victi συνέφυγον εἰς τὰ βασίλεια· ταῦτα δ' ἔκειτο παρὰ τὸν Θάτην (sic plurimi codd., Θάψιν v. l.; Ψάθιν e Ptol. legi voluit Wesseling.) ποταμὸν, ὃς περιρρέων αὐτὰ καὶ βάθος ἔχων ἱκανὸν ἐποιεῖτο δυσπρόσιτα· περιείχετο δὲ κρημνοῖς μεγάλοις, ἔτι δ' ὕλης πλήθει, τὰς πάσας εἰσβολὰς δύο ἔχοντα χειροποιήτους, ὧν ἡ μὲν ἦν ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις, ὠχυρωμένη πύργοις ὑψηλοῖς καὶ προτειχίσμασι, ἡ δ' ἐκ θατέρου μέρους ἐν ἕλεσιν ὑπῆρχε, φρουρουμένη ξυλινοῖς ἐρύμασι. — Satyro in oppugnatione regiæ cæso, Meniscus dux exercitum abduxit εἰς Γάργαζαν πόλιν, κἀκεῖθεν τὸ τοῦ βασιλέως σῶμα διὰ τοῦ ποταμοῦ διεκόμισεν (i. e. navi impositum per amnem et dein itinere maritimo transportavit) εἰς Παντικάπαιον πρὸς τὸν ἀδελφὸν Πρύτανιν. Postea Eumelus Gargazam cepit et Prytanim contra profectum συγκλείσας εἰς τὸν ἰσθμὸν τὸν πλησίον τῆς Μαιώτιδος λίμνης (i. e. isthmum qui est inter Mæotim et hod. sinum Tamanensem) συνηνάγκασεν ὁμολογίας θέσθαι. — In his Thates fluvius is est cujus accolæ nominantur Θατεῖς in titulo n. 2119 (reperto in isthmo qui est inter sinum Temrjukianum et sinum Tamanicum) : Κομοσαρύη, Γοργίππου θυγάτηρ, Παρισάδους γυνή, εὐξαμένη ἀνέθηκε ἰσχυρῷ θεῷ Σανέργει καὶ Ἀστάρᾳ, ἄρχοντος Παρισάδους Βοσπόρου καὶ Θεοδοσίης καὶ βασιλεύοντος Σινδῶν καὶ Μαιωτῶν πάντων καὶ Θατέων. *Thatæ* vocantur ap. Melam 1,19 : *Oram quæ a Bosporo ad Tanaim usque deflectitur Mæotici incolunt Thatæ, Serachi* (*Thatæs erachi* codd.), *Phicores* (cf. *Phycari Caucasi* (Indici) *incolæ* ap. Plin. 37,110) etc. Similiter ap. Ptolemæum § 12 ex codicum scripturis Θεταιμαιῶται et Θαιμεῶται eliciendum esse videtur Θάται vel Θαῖται Μαιῶται. Quod vero Bœckhius conjecit ap. Diodorum 20,22,4 pro Ἀριοφάρνης ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς scribendum esse ὁ τῶν Θατέων βασιλεύς, id et violentius est et parum probabile, quoniam Thatenses regni Bosporani partem fuisse ex titulo n. 2119 liquet, nec conjecturam tueri possis nisi Thatenses post obitum Parisadæ defecisse cum Bœckhio conjeceris. Manu leni istud Θρακῶν in Σιρακῶν mutandum esse censeo. *Serachi* juxta Thatenses nominantur apud Melam l. l (*Seracæ* in Tab. Peut., aliis Σιραχοί, Σιρακοί, Σίρακες, Σιρακηνοί. V. infra not. § 12). Regiam hujus Seracorum principis Thatæ fluvio adjacentem ap. Ptolemæum § 14 vocari Αὖχιν, utpote eidem fluvio appositam, Bœckhius censet. At Seracorum regia fuerit potius Σέρακα, a Ptolemæo juxta fluvium posita quem ipse quidem Vardanem vocat, Diodorus vero Thatem vocasse videtur. Videlicet quemadmodum hodiernus *Kuban* fluvius multifidus et Hypanis et Anticites et Vardanes dicebatur, sic ap. Diodorum Thatæ nomine non modo certum quoddam ejus ostium, sed totus etiam fluvius designari potuit. ‖ — 1. Μάτητα] sic BEZ, ed. Vic. ; Μάπητα ΣΦΨ ed. pr. et Arg.; Μαπήτα ADFLNMOSXΛΩ *Mapeta* edd. Rom. Ulm.; Μαπίτα CPRVW. ‖ — μηʹ 𐅵ʹ] μηʹ ςʺ ed. pr., 48 1/2 1/4 ed. Ulm. Oppidum ignotum situsque incerti. Nescio an in Μάτητα et Μάπιτα lateat Μάτιβα vel Μέτιβα, atque ad oppidum hoc pertineant qui infra § 12 vocantur Μέτειβοι vel Μέτιβοι, et in eodem hoc tractu ponendi sunt. Quæ in Geogr. Rav. p. 173,5 juxta Cimmerium commemoratur *Machare*, Sindicæ potius regionis oppidum fuit, ut ex p. 368 colligo, ubi nominum series : *Supatos* (*Sopatos* Tab. P., Πάτους, Βάτα aliis), *Machara* (*Macara* T. P ; Μαράχη πόλις Ἰνδική, leg. Σινδική, St. Byz.), *Friciorin* [in Tab. Peut. *Monim. Chritionis*, i. e. Χρητίωνος, quod frequens ap. Bosporanos nomen est], *Eraucionis* (Cf. Τραχυένιοι, ἔθνος ὅμορον Σίνδοις St. Byz.?), *Britani* (*Abritani* p. 173, *Burani* T. P.), *Chimerium*. ‖ — 2. Οὐαρδάνου] Οὐαρδάνου ed. pr.; *Totordanes* corrupte Ammianus l. l. ‖ — 3. μηʹ γʺ] 48 1/6 ed. Rom. Fluvius magnus (v. § 14) nunc *Kuban* dicitur eoque nomine alveoque suo maximo in Corocondamitin lacum (*lac du Kuban*) indeque per angustas fauces in Pontum egreditur, non vero in Mæotidem. In Tabula Peuting. hic fluvius, cui nomen non adscribitur, ex oceano per *lacum Dor* (sic ; i e. Corocondamitin?) in Mæotim deducitur. Talem fortasse Gallus quoque finxit apud Vibium Sequestrem de fluv., ubi : *Hypanis Scythiæ qui, ut ait Gallus, « uno tellures dividit amne duas »; Asiam enim ab Europa separat*. Prima ejus mentio apud Aristotelem hist. anim.

Κιμμέριον ἄκρον	ξϛ' Lʹʹ	μη' Lʹʹ	Cimmerium promontorium	66° 30′	48° 30′
Ἀπάτουρος	ξϛ' γ''	μη' δ''	Apaturus	66° 20′	48° 15′

5,19,14, qui περὶ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν τὸν περὶ Βόσπορον τὸν Κιμμέριον culicum quoddam genus esse narrat (Eadem referens Cicero Quæst. Tusc. 1,39 hunc Hypanin cum cognomine Europæ fluvio confundit). [Ad eundem fluvium fortasse fuit Κωνώπιον τῆς Μαιώτιδος λίμνης, cujus Stephanus Byz. et Ælianus Hist. an. 6,64 meminerunt.]. Deinde hæc habet Stephanus Byz. : Ὕπανις, ποταμὸς καὶ πόλις (ignota) μεταξὺ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Μαιώτιδος λίμνης. Ἀλέξανδρος δ' ὁ Πολυίστωρ φησὶν ὅτι ὁ Ὕπανις διχῇ σχιζόμενος τὸ μὲν ἓν μέρος εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην βάλλει, τὸ δ' ἕτερον εἰς τὸν Πόντον. Insulam effici duobus alveis fluvii, qui aliis Anticites, aliis Hypanis dicitur, Strabo quoque refert. (V. not. ad. p. 903, 4). Apud Melam 1,19 (1, § 114 ed. Frick.) legitur : *Obliqua tunc regio et in latum modice patens inter Pontum Paludemque ad Bosporum excurrit, quam duobus alveis in lacum* (sc. in Mæotidem, quæ in sqq. iterum *lacus* appellatur) *et in mare profluens Coracanda* (*Corocandam* cod. Venetus) *pæne insulam facit*. At non peninsulam, sed insulam verba flagitare recte interpretes monuerunt. Locum variis conjecturis tentatum ego hunc in modum resarciri velim : ... *in mare profluens* [*per*] *Corocondam*[*æ paludem, Hy*]*panis insulam facit*. [Quodsi Plinius 6,18 de *peninsula* loquitur, monendum est non novisse eum Hypanin Asiaticum, ut liquet ex 4,83 : *diligentiores Hypanim* (sc. *cum Borysthene confluere tradunt*) *tanto errore eorum qui illum in Asiæ parte prodidere*. Idem 4, 84 ad Hypanin Europæ esse Sindicam regionem tradens, Europæ fluvium cum Asiatico miscet.] De eadem insula Dionysius Per. 552 : ἧς ἐπὶ Φαιναγόρη τε καὶ εὔκτιτος Ἑρμώνασσα, quamquam Hermonassa extra eam insulam posita erat. Ceterum quum ex hod. *Aftanis* lacu in *Taman* urbis sinum olim alveus exiisse videatur aut naturalis aut arte factus, quem nunc prodit tractus palustris (*le bas-fond de Chimardane*), etiam duæ insulæ dinstingui poterant, sicut distinxit Stephanus Byz. v. Ταυρική· Τῇ δὲ Ταυρικῇ δύο παράκεινται νῆσοι, Φαναγόρα καὶ Ἑρμώνασσα. Idem : Ἑρμώνασσα, νῆσος μικρὰ πόλιν ἔχουσα ἐν τῷ Κιμμερικῷ Βοσπόρῳ. Idem v. Φαναγόρεια· ἡ νῆσος Φαναγόρη καὶ Φαναγόρεια. — Iam quod Vardanem Ptolemæi attinet, nomen hoc proprie pertinere suspicor non ad *Kuban* fluvium, sed ad *Ada-Kuniy*, qui in *Kuban* prope ostia ejus incidit, fontes vero habet in Sindicæ montibus qui vocantur *Varda-dagh* sive *monts Varadas*. Inter fluvios in h. *Kuban* ab austro incidentes, hodiernus *Pschesch* Psessis, hod. *Pschekaps* Psaccis (Plin.) seu Psaccanis (Tab. Peuting..), hod. *Fars*, Opharus Plinii, Opharitis nomina dederunt. Præterea nescio an *Nerdani*, qui juxta Psaccanos in Tab. Peut. nominantur, dicendi fuerint *Vardani*, quod nomen primum abiisse videtur in *Verdani*, sicut *Ilmerdæ*, qui juxta Corocondamæ lacum in Tabula scribuntur, *Mardi* dici videntur apud Plinium 6,19, ubi : *Achæi, Mardi* [*Imardi?*]. ‖ — 1. Κιμμέριον] Κιμερ. O. ‖ — ξϛ' Lʹʹ] ξϛ' ϛ'' A ed. pr. ‖ — μη' Lʹʹ] μη' ϛ'' ed. pr. Hodie *Cap Kamenoi*. De antiquitatis prope promontorium vestigiis v. Neumannum p. 534 ibique citatos. De vico Cimmerio, olim oppido, τῷ ἀφετηρίῳ τοῖς τὴν λίμνην πλέουσιν, v. Strabo 11,2,4 et 5; Anon. Perieg. 895 (G. m. 1, p. 233 : τὸ δὲ στόμ' ἐκπλέοντι Κιμμερὶς πόλις), Mela 1,2,19 (*in ipso ore Cimmerium*), Plinius 6,17 (*in ostio Cimmerium quod ante Cerberium vocabatur*), Tab. Peut. et Geogr. Rav. p. 173. 368. ‖ — 2. Ἀπάτουρος] sic Xa, Ἀπάτουργος cett. ‖ — ξϛ' γ''] ξϛ' δ'' F, ξγ' γ'' ed. pr., 66 1/2 edd. Vic. Ulm. Arg. — Strabo 11,2, 10 : Εἰσπλεύσαντι δ' εἰς τὴν Κοροκονδαμῖτιν ἥ τε Φαναγορία ἐστὶ, πόλις ἀξιόλογος, καὶ Κῆποι καὶ Ἑρμώνασσα καὶ τὸ Ἀπάτουρον τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν· ὧν ἡ Φαναγορία καὶ οἱ Κῆποι κατὰ τὴν λεχθεῖσαν νῆσον ἵδρυνται εἰσπλέοντι ἐν ἀριστερᾷ, αἱ δὲ λοιπαὶ πόλεις ἐν δεξιᾷ πέραν Ὑπάνιος ἐν τῇ Σινδικῇ... Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Φαναγορίᾳ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀπατούρου. Stephanus Byz. v. Ἀπάτουρον· Ἑκαταῖος δὲ κόλπον οἶδε τὸν Ἀπάτουρον ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Plinius 6,18 : *Oppida in aditu Bospori primo Hermonassa, dein Cepæ Milesiorum, mox Stratoclia et Phanagoria et pæne desertum Apaturos ultimoque in ostio Cimmerium*. Geogr. Rav. p. 76. 368. 532 : *Sebastopolis. Apatura. Gypos s. Ceppos* (i. e. Κῆπος), *Stratoclis*. Venus Apaturias sæpius nominatur in titulis Phanagoriæ n. 2108. 2109. 2120 (ubi simpliciter Ἀφροδίτη), n. 2109 b (Ἀφροδίτῃ Οὐρανίᾳ Ἀπατούρῃ), n. 2125 (ἀρχιερεὺς... περιναίους στοὰς... καθῃρημένας ἀνεγείρας Ἀφροδίτῃ Ἀπατουριάδι καθιέρωσε. De cultu hujus deæ v. Bœckh. p. 159, Neumann. p. 561. Plinius l. l. templum ad Phanagoriam positum intellexerit. Strabo quamvis de Corocondamitide palude falsa prodat, recte tamen Hermonassam trans Hypanim in Sindica esse dicit, nihilque impedit quin Apaturum quoque recte Sindicæ vindicetur. Non refragatur series nominum ap. Geogr. Rav., et Hecatæi sinum Apaturum ad Corocondamitin referre licet. Fortassis fanum stetit in tænia lacum illum a Ponto disterminante, siquidem inter Ponti loca

Ἀχίλλειον ἐπὶ τοῦ στόματος ξδ' L'' μη' L''
καὶ ἐν τῷ Βοσπόρῳ τῷ Κιμμερικῷ
Φαναγορία ξδ' L'' μζ' L''γ''
Κοροκονδάμη ξδ' δ'' μζ' L''

3. Ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ τε ἐντεῦθεν μέρει τοῦ Εὐξείνου Πόντου μέχρι Κόρακος ποταμοῦ καὶ τῇ ἐντεῦθεν γραμμῇ Κολχίδος καὶ Ἰβηρίας καὶ Ἀλβανίας μέχρι τῆς Ὑρκανίας τῆς καὶ Κασπίας θαλάσσης, ἧς πλευρᾶς ἡ περιγραφὴ ἔχει οὕτως· μετὰ τὴν Κοροκονδάμην ἐν τῷ Πόντῳ πάλιν

Achilleum in ostio Bospori 64° 3o′ 48° 3o′
atque in Bosporo Cimmerio
Phanagoria 64° 3o′ 47° 5o′
Corocondame 64° 15′ 47° 3o′

3. A meridie finitur parte Ponti Euxini quae inde est usque ad Coracem fluvium atque linea Colchidem et Iberiam Albaniamque finiente, quae inde tenditur usque ad Hyrcanium sive Caspium mare, cuius lateris descriptio haec est : post Corocondamen rursus in Ponto

---

maritima a Ravennate recensetur. Ptolemæus Apaturum eodem errore quo Vardani ostium in boreale Bosporanæ insulæ latus transtulit. Neumannus et Kiepertus Apaturum nescio quo pacto ad hod. *Temrjak* oppidi sinum collocarunt. || — 1. Ἀχίλλειον] Ἀχίλειον X. || — 2. ξδ' L''] ξδ' ς'' ed. pr. || — μη' L''] μη' ς'' ed. pr., μη' δ'' MNO, 48 1/4 ed. Vic., 48 1/3 ed. Rom. — Strabo 11,2,4 τὴν Ἀχίλλειον κώμην, ἐν ᾗ τὸ Ἀχιλλέως ἱερόν, 20 stadia (c. 700 ap. Ptol.) a Cimmerio vico abesse dicit addens : ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ στενότατος πορθμὸς τῆς Μαιώτιδος, ὅσον εἴκοσι σταδίων ἢ πλειόνων. Tot fere stadia sunt ab Europæo litore ad proximum apicem tæniæ quæ vocatur *langue Teska*; ab Achilleo, cujus rudera Pallas detexit (v. Neumann. p. 554), 50 fere stadia habes. Præter Strabonem Achillei meminit Stephanus Byz. s. v. Ἀχίλλειος δρόμος, et Anon. Peripl. P. Eux. in Fr. Hist., 5, p. 183. || — 3. καὶ ἐν] ἐν δὲ ed. pr. || — 4. Φαναγορία].. ωρία ed. pr. || — ξδ' L''] ξδ' ς' ed. pr., 64 1/3 ed. Vic. || — μζ' L''γ''] μδ' L''ς'' (sic) ed. pr., 47 1/2 1/3 1/12 ed. Rom., 48 ed. Ulm., 48 1/2 ed. Vic. De hac urbe (cujus nomen scribitur Φαναγορία, Φαναγόρεια, Φαναγόριον, Φαναγόρα et Φαναγόρου πόλις, Φανάγουρις) v. Hecatæus ap. St. B. s. v., Scylax § 72 (G. m. 1 p. 59), Anon. Perieg. 886 (ib. p. 233), Arrian. ap. Eustath. ad Dion. 549 (ib. 2, p. 324), Dionys. Per. 552, Strabo 7,3,18. 7,4,5. 11,5,3, Mela 1,19,15, Plinius 6,18, Steph. B. v. Ταυρική, Tab. Peut., Ammian. 22,8,30, Procop. B. G. 5,5 p. 480,18, Geogr. Rav. p. 38,3. 176,2. Tituli in C. I. 2 p. 156 sqq. De ruderibus urbis in recessu sinus qui vocatur *baie de Taman*, v. Neumann p. 558 ibique citati. Ptolemæus neque sinum hunc Tamanicum neque Corocondamitin lacum (*lac du Kuban* sive *baie Kisiltach*) novit litusque Bospori fere rectum delineavit, adeo ut inter Achilleum et Myrmecium, inter Phanagoriam et Panticapæum, inter Corocondamam et Nymphæum, idem sit intervallum stadiorum circiter 160. Neque Strabo sinum Tamanicum novit; nam 11,5,8 a Corocondame ad Acram Europæam in introitu Bospori 70 stadia, totidemque (7,4,4) computat a Panticapæo ad Phanagoriam. Aliter statuit lib. 11,5,10, ubi Phanagoriam et Cepos esse dicit in boreali litore lacus Corocondamitidis, de quo quæ refert nata sunt ex sinu Tamanico et lacu Corocondama male conflatis. — A Phanagoria austrum versus est hod. *Taman* urbs, ad quam vetus olim oppidum fuit et nunc est collis fontibus scatens. Ibi Κῆπος s. Κῆποι fuerint, cujus oppidi Ptolemæus non meminit. Certe Cepos a Phanagoria austrum versus fuisse nec recte a Kieperto et Neumanno ab ea boream versus collocari, ex serie oppidorum colligitur ap. Scylacem § 72 (Φαναγόρου πόλις, Κῆποι, Σινδικὸς λιμήν), Melam 1,19,2 (*Hermonassa*, *Cepi*, *Phanagoria*), Plinium 6,19 (*Herm.*, *Cepi*, *Stratoclia*, *Phanagoria*), Strabon. 11,10,5 (Φαναγ., Κῆποι, Ἑρμ.), Tab. Peut. (*Sindice*, *Herm.*, *Cepos*, *Strat.*, *Phanag.*), G. Rav. p. 368 (*Sebastopolis*, *Apatura*, *Ceppos*, *Stratoclis*). Neglecto ordine geographico oppida recensentur in Periegesi iambica vs. 886 (Hermonassa, Phanagoria, Sindicus portus, Cimmeris urbs, Cepus). || — 5. Κοροκονδάμη] Versum om. Arg. Vide not. ad p. 907,1. || — μζ' L''] μζ' ς'' ed. pr., 47 1/3 ed. Rom. || — 6. τῷ τε] τε om. Φ. || — 7. Πόντου] παραλίῳ post Πόντου SΩ, post v. ποταμοῦ cett. codd. addunt præter Xα; *per litus* edd. Vic. Rom. Ulm. || — Verba μέχρι τοῦ Κόρακος ποταμοῦ om. W. || — 8. καὶ τῇ ἐντεῦθεν etc.] ἔτι δὲ Κολχίδι καὶ Ἰβηρίᾳ καὶ Ἀλβανίᾳ ed. pr. || — 10. θαλάσσης, ἧς πλευρᾶς] sic ed. pr.; θαλάσσης· οὗ τμήματος ἡ θέσις ἔχει οὕτως SΩΤ, θαλάσσης πλευρᾶς, ἧς cett. || — 12. πάλιν] πόλιν X; om. SΩ. || — P. 907,1. Ἑρμώνασσα] Ἑρμόνασσα F. || — μζ' L''] μζ' ς' ed. pr., 47 1/3 ed. Rom. Recte Hermonassa a Corocondame ortum versus ponitur, nec non oræ longitudo quæ est ab Hermonassa ad Bata bene habet, at lacum Corocondamitin ignorans Ptolemæus oræ configurationem fictitiam de-

4. Ἑρμώνασσα	ξε'	μζ' L''	Hermonassa	65°	47° 30'
Σινδικὸς λιμήν	ξε' L''	μζ' L''γ''	Sindicus portus	65° 30'	47° 50
Σίνδα κώμη	ξϛ'	μη'	Sinda vicus	66°	48°

dit. Prætcrea eo peccat quod Sindam a Sindico portu et Bata a portu Batorum longe separat. Res ita habet : Sindicus portus nunc est *Anapa*. Ab eo ad fauces hodierni lacus Kubanici in nostris tabulis metimur 200 fere stadia. Hæc sunt stadia 180, quæ Strabo 11,2, 14 (sec. Artemidorum) a Sindico portu ad Corocondamam computat. Hanc enim ad fauces lacus sitam fuisse docemur Peripli anon. parte ea quam e codice Londiniense edidi in Fr. Hist. 5, p. 183. Verba hæc sunt : ἀπὸ δὲ τοῦ Σινδικοῦ λιμένος ἐκδέχεται κώμη Κοροκωνδάμη λεγομένη, ἐπὶ ἰσθμοῦ ἤτοι στένου τῆς λίμνης καὶ τῆς θαλάσσης κειμένη. Μεθ' ἣν ἡ Κοροκονδαμῖτίς ἐστι λίμνη ἡ νῦν λεγομένη Ὀπισσᾶς, κόλπον εὐμεγέθη ποιοῦσα σταδίων χλ', μιλίων πδ'. Εἰσπλεύσαντι δὲ εἰς αὐτὴν τὴν λίμνην καὶ περιπλεύσαντι εἰς Ἑρμώνασσαν πόλιν στάδια υμ', μίλια νη' L'' ϛ''. Ἀπὸ δὲ Ἑρμωνάσσης ἐκπλεύσαντι τοῦ κόλπου ἐπὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης εἰς κώμην Ἀχίλλειον στάδιοι ψιε', μίλια ξη' L'' ϛ''. Secundum has mensuras Hermonassa circa 240 stadia a Corocondame ortum versus trans Hypanim in intumo pæne lacu alicubi ponenda est. Ac trans Hypanim in Sindica Hermonassam Strabo quoque 11,5,10 collocat (v. not. ad p. 905). Ptolemæus lacum istum ignorans nescivit a Sindico portu Hermonassam petenti Corocondamam vicum (h. *Bogaz*) prœternavigandum ab eoque vico per 240 fere stadia ortum versus in lacum penetrandum esse. Itaque ut distantiarum rationes in Periplis traditas servaret neque tamen Bosporanæ regionis ora meridionalis ultra modum versus occasum extenderetur, inter Bata et Hermonassam sinum 750 stadiorum ambitu finxit, cujus in intimo recessu Sindam vicum, Corocondamem vero in ipso Bospori aditu collocavit. Simili confusione aliæ tabulæ laborabant. Nam Strabo quoque (11,4,8) Corocondamem in aditu Bospori ponit, indeque ad Patræum 130 stadia, ad Acram in objecto Europæ litore 70 stadia abesse dicit [Cf. Artemidorus ap. Agathemerum 1,10 in G. min. 2 p. 474, qui Bospori ostium 78 stadiorum esse statuit]. A Corocondame (*Bogas*) ad objacentem Europæ oram revera sunt c. 170 stadia; ad Patræi vero situm 130 stadia computare licebat, si Bospori litus fere rectum esse cum Strabone et Ptolemæo statueris. In ejusmodi tabulam Strabo aliunde intulit lacum suum Corocondamitin, qui a Corocondame ortum versus extensus in boreali litore Phanagoriam et Cepos (Tamanici sinus urbes), in meridionali vero ora et Sindica regione Hermonassam et Apaturum appositas habuisse fingitur. — Plinius 6,18 vel Hermonassam in aditu Bospori collocat. Idem a Secherie fluvio (h. *Ozereh*) ad Bospori introitum 88500 passus (708 stadia) computat, quot sane sunt ab *Ozereh* fluvio ad locum ubi Hermonassa ponenda est, minime vero usque ad ostium Bospori. — In Tabula Peutingeriana lacus nomen nunc evanidum est; in Welseri apographo legitur : *lacus Dor.* (deb. *lacus Cor.*). In eadem tabula pone Phanagoriam notatur *lacus salinarum in quo sal per se conficitur* (h. *lac Aftanis*). Ceterum de Hermonassa cf. Anon. perieg. iamb. vs. 886, Dionys. Per. 552, Eustathius ad Dion. l. l., Stephanus Byz. s. v. (qui urbem a Scymno Ἑρμώνειαν dici tradit), Apollodorus ap. St. B. s. v. Ψησσοί, Bœckh. ad C. Inscr. 2, p. 99. ‖ — 2. Σινδικός] Σίνδικος ABCDEXZ, Σύνδικος ed. pr., Σινδιίς Φ, *Sindiis*, Σινδῖις, Arg.; *Sindeis* ed. Ulm., *Syndeus* ed. Rom. ‖ — ξε' L''] ξε' ϛ' ed. pr., 65 1/12 ed. Rom., 66 1/2 edd. Vic. Ulm. ‖ — μζ' L'' γ''] 47 1/2,1/4 ed. Rom. ‖ — 3. Σίνδα] Σῖνδά (sic) Arg., *Synda* edd. Rom. Lugd. Hodie *Anapa*. Vicus a portu non erat longe separandus. Strabo 11,2,14 : ὁ Σινδικὸς λιμὴν καὶ πόλις, 180 stadia a Corocondame distans. Anon. Peripl. § 21 in Fr. Hist. 5, p. 181 : Σινδικὴ ἤτοι Σινδικὸς λιμὴν, νῦν δὲ Εὐδουσία (Εὐλυσία?). Stephanus Byz. : Σύνδικος (sic), πόλις προσεχὴς τῇ Σκυθίᾳ, ἔχουσα λιμένα· ἔνιοι δὲ Γοργίππην καλοῦσι (Cf. idem : Γοργίππεια, πόλις Σινδικῆς). Anon. peripl. in G. M. 1, p. 59 et Dionysius Per. 868 : Σινδικὸς λιμήν. Mela 1,19 : *in confinio Mæotidis Sindones... Sindos in Sindonum (finibus) ab ipsis terrarum cultoribus condita est.* Inter populos Ptolemæus Sindos non commemorat. De iis v. Herodotus 4,28 (ubi codd. τοὺς Ἰνδούς) et 4,86 (ubi codd. ἐκ τῆς Ἰνδικῆς), Hellanicus fr. 92 ap. schol. Apoll. Rhod. 4,322 (Βόσπορον δὲ διαπλεύσαντι Σίνδοι· τούτων δὲ ἀνωτέρω Μαιῶται Σκύθαι), Anonymus in Peripl. § 72 (G. M. 1, p. 59), qui Sindis (Σιντοῖς sec. cod.) attribuit Phanagoriam, Cepos, Sindicum portum et Patuntem. Dionysius Per. 681, Mela 1,19 (*Sindones*), Lucianus Toxar. 55 (Σινδιανοί), Polyænus 8,55 (Σιντοί), Stephanus Byz. (Σίνδοι [Σινδοί codd. contra præceptum Herodiani], ἀπὸ μεσημβρίας τῆς Μαιώτιδος λίμνης· ἔνιοι δὲ καὶ τὸ Σινδικὸν γένος φασὶν εἶναι τῶν Μαιωτῶν ἀπόσπασμα). Strabo 11, 2,10 Sindos inter Mæotas una cum Dandariis aliisque recenset, in eorumque regione præter Harmonassam et Apaturum nominat Γοργιππίαν, τὸ Σίνδων βασίλειον πλησίον θαλάσσης, et Ἀβοράκην. Cf. id. 11, 2,10 : Μετὰ τὴν Σινδικὴν καὶ τὴν (τὴν καὶ leg.) Γοργιππίαν ἡ τῶν Ἀχαιῶν. [Gorgippiam urbem eandem

Βάτα λιμήν	ξϛʹ ∠″	μζʹ γοʺ	Bata portus	66° 30′	47° 40′
Βάτα κώμη	ξϛʹ γʺ	μζʹ ∠″	Bata vicus	66° 20′	47° 30′
Ψυχροῦ ποταμοῦ ἐκβολαί	ξϛʹ γοʺ	μζʹ ∠″	Frigidi fluvii ostia	66° 40′	47° 30′

esse quam 11,2,14 Σινδικὴν πόλιν dicit, e collato Stephano colligas. Maritimam urbem coarguit prora in numo Gorgippiæ expressa (V. Bœckh. ad C. I. 2, p. 99). Nomen urbis, a Gorgippo, aut Parisadis I filio aut alio, inditum, nonnisi per tempus aliquod in usu fuisse videtur]. Apud Plinium 4,83 *regio Scythica Sendice* in Europam temere transponitur. His adde Nicolaum Damasc. f. 21 (Fr. H. 3, p. 460), Ammian. 22,8 (*Sindi ignobiles*), Tab. Peut. (*Sindecæ*), G. Rav. p. 77 et 368. In C. Inscr. 2, n. 2117 : Παρισάδους... βασιλεύοντος Σίνδων καὶ Τορετῶν καὶ Δανδαρίων. n. 2134 a p. 1010 : Λεύκωνος... βασιλεύοντος Σίνδων, Τορετέων, Δανδαρίων, Ψησσῶν. ‖ — 1. Βάτα] Βάρα ed. pr., *Batta* ed. Vic. h. l. et vs. 2, *Bada* ed. Ulm. ‖ — ξϛʹ ∠″] ξϛʹ δʺ ed. pr. ‖ — μζʹ γοʺ] μζʹ γʺ ed. pr., 47 1/2 ed. Vic. ‖ — 2. Versum om. ed. pr. ‖ — ξϛʹ γʺ] 66 1/2 ed. Vic. ‖ — μζʹ ∠″] 47 1/3 ed. Rom. Bata in Scylacis § 72 (G. M. 1, p. 59) codice Πάτους (Πατοῦς?); τὰ Βατά ap. Strabonem 11,2,14 : εἶτα (post Sindicum portum) ἐν τετρακοσίοις (σταδίοις) τὰ καλούμενα Βατά, κώμη καὶ λιμήν, καθ' ὃ ἀντικεῖσθαι δοκεῖ πρὸς νότον ἡ Σινώπη ταύτῃ τῇ παραλίᾳ... Ἀπὸ δὲ τῶν Βατῶν ὁ μὲν Ἀρτεμίδωρος τὴν Κερκετῶν λέγει παραλίαν, ὑφόρμους ἔχουσαν καὶ κώμας ἐπὶ σταδίους ὀκτακοσίους καὶ πεντήκοντα· εἶτα τὴν τῶν Ἀχαιῶν σταδίων πεντακοσίων, εἶτα τὴν τῶν Ἡνιόχων χιλίων, εἶτα τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν τριακοσίων ἑξήκοντα μέχρι Διοσκουριάδος· οἱ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ συγγράψαντες, οἷς μᾶλλον προσεκτέον, Ἀχαιοὺς λέγουσι πρώτους, εἶτα Ζυγούς, εἶτα Ἡνιόχους, εἶτα Κερκέτας καὶ Μόσχους καὶ Κόλχους καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων Φθειροφάγους καὶ Σοάνας καὶ ἄλλα μικρὰ ἔθνη τὰ περὶ τὸν Καύκασον. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἡ παραλία... ἐπὶ τὴν ἕω τείνει καὶ βλέπει πρὸς νότον, ἀπὸ δὲ τῶν Βατῶν ἐπιστροφὴν λαμβάνει κατὰ μικρόν, εἶτ' ἀντιπρόσωπος γίνεται τῇ δύσει etc. Similiter apud Ptolemæum Corocondame et Bata (sinu interposito) et Lazus in eadem ponuntur latitudine et hinc demum austrum versus paullatim ora se convertit. Reapse inde a Corocondame ora versus ortum hibernum tendit. — Bata vicus, cum quo portus componendus erat, sec. Ptolemæum a Sinda vico juxta oram 350, linea recta 300 stadia distans, in Arriani et Anonymi periplis vocatur Ἱερὸς λιμήν, ὁ νῦν λεγόμενος Ἱέριος ἤτοι τὸ Νίκαξιν, a Sindico portu vicoque 300 stad. dissitus. Τὸ Νίκαξιν in hodiernis tabulis est *Miskakko* ad promontorium juxta quod est *Soudjak* portus. Pro 300 stadiis minus recte 400 Strabo computat, qui sequentem quoque oram justo longiorem exhibet; nam a Batis usque ad Dioscuriadem e Strabonis numeris colliguntur stadia 2710, ex Arriani vero periplo satis accurato stadia 2050, e Ptolemæi tabula circa 2150. Apud Plinium 6,17 a Sindica ad Hierum forent 67500 passus, qui numerus fortasse corruptus et ad Arriani mensuram (37500 pass., sive 300 stad.) revocandus est. Quodsi idem Plinius ab Hiero ad Heracleum 136 m., inde ad Dioscuriadem sive Sebastopolim 70 m. numerat, hæc eo laborant quod duo quæ erant Heraclea (v. Anon. peripl. § 13 et 17 in Fr. Hist. 5, p. 79 et Arrian. non distinguuntur. Computus hunc in modum redintegrandus foret :

	Plinius		Arrian.
Sebastopoli ad Heracleum I	70 m.	560 stad.;	7[illegible]
[*Inde ad Heracleum* II	37 1/2	300];	300
Inde ad Hierum	136	1088	9[illegible]
		1948	205[illegible]

Alieno in loco apud Plinium 6,48 nominantur Heniochi, Bateni, Saraparæ, ex quibus Bateni ad Bata nostra pertinent, Saraparæ vero sunt Seraci cephalotomi seu σαραπάραι (v. § 12 ad v. Σιραχηνοί). ‖ — 3. Ψυχροῦ] Ψύχρου ed. pr. ; ξϛʹ γʺ μζʹ ϛʺ ed. pr., 47 1/3 ed. Rom. Fluvius sec. Ptolemæum inter Bata et Achaiam medius ab utroque loco 120 fere stadia distat. Alterutra distantia falsa est. In periplis post Hierum 180 stadia ab eo dissitus, sequitur Πάγρας λιμήν (h. *Gelendjik* portus), inde post 350 stadia Παλαιὰ Ἀχαΐα (ἐν ᾗ καὶ ποταμὸς ὁ νῦν λεγόμενος Τόψιδας, hod. *Tuepsin*). Kiepertus ab Achaia distantiam sec. Ptol. metiens Psychrum fluvium cum hod. *Psad* (36° long. componit. At metiendum potius est a Batis sive Hiero portu, adeo ut indicetur fluviolus qui secundum tabulas nauticas exit in *Gelendjik* portum egregium quem Πάγραν Arrianus vocat. Eo usque ab Hiero juxta oram sunt stadia 180, quot Arrianus computat, itinere recto stadia 125, quot fere Ptolemæi tabula ad Psychrum usque fluvium exhibet. Ni fallor, aliis fluvius Ψυχρός, aliis eodem sensu Παγερός, adjacens vero πόλις vel κώμη aliis Ψυχρά, aliis Παγερά (Πάγρα cod. Arrian.) dicebantur. Apud Plinium 6,17 ed. Detlefs. legitur *In ora autem juxta Cercetas flumen Incarus*, *Acum* (*incarusacicum*, *incarusacecum*, *icarusacasi*... codd.) *oppido Hiero et flumine, ab Heracleo CXXXVI m.* Ut sensum verba fundant, nescio an legendum sit *Acis cum oppido, Hieros* [*portus*] *et flumen*, Acis vero idem sit qui est Ψυχρός Ptolemæi. siquidem Ἄκις

Ἀχαΐα κώμη	ξζ′	μζ′ L″	Achaia vicus	67°	47° 30′
Κερκετίδος κόλπος	ξζ′ L″	μζ′ γ″	Cercetidis sinus	67° 30′	47° 20′
Λαζὸς πόλις	ξη′	μζ′ L″	Lazus oppidum	68°	47° 30′
Τορετικὴ ἄκρα	ξη′	μζ′	Toreticum promontorium	68°	47°

Siciliæ fluvius (*fiume Freddo*) ob aquarum frigiditatem in nomen commune abiit, adeo ut Ἄκις ποταμός diceretur ἐπὶ τῶν ἄγαν ψυχρῶν (Diogenes Prov. 2, 74). Adde quod Ἄκις tanquam Asiæ fluvius ab Hesychio commemoratur. Ceterum aut Hieros aut Pagra portus intelligendus esse videtur ap. Pseudo-Scylacem § 74, ubi Toretis, inter Cercetas et Achaios mediis, assignatur πόλις Ἑλληνὶς Τορικὸς καὶ λιμήν (deb. Τορετική κ. λ. Τορετικός). ‖ — 1. Ἀχαΐα] Ἀχαιά F Arg., Ἀχέα AD, Ἀχεά LMOΔ, *Achea* edd. Rom. Ulm., *Achæa* ed. Vic. ‖ — ξζ′] 60 ed. Vic. ‖ — μζ′ L″] μζ′ γ″ A ed. Ulm., μζ′ ς″ ed. pr. Vicus Παλαιὰ Ἀχαΐα ap. Arrian.; ad hod. *Tuepsin*. V. not. p. 908,2. ‖ — 2. Κερκετίδος] Κερκετικός ed. pr. Cercetarum regio ἡ Κερκετός (leg. Κερκετίς) ap. Eustathium ad Dionys. 682. ‖ — μζ′ γ″] 47 1/2 edd. Vic. Ulm.; legendum puto μζ′ γο″, quoniam numeri μζ′ γ″ promontorium potius quam sinum arguerent. Sinus hodie dicitur *baie Chapsouco*, in quem exit fluvius cognominis, cujus ostio *Tinginskœ* castellum adjacet, ab Achaia (*Tsuepsin*) 90 stadia (200 sec. Ptol.), a sequente oppido Lazo (*Neghepsouko*) 60 stadia (200 sec. Ptol.) dissitum. Ptolemæus Cercetas ab Achæis austrum versus ponit, ut § 13, ubi : Achæi, Cercetæ, Heniochi, Suanocolchi. Similiter Mithridaticôn scriptores ap. Strabon. 11,2,14 (v. not. 908,2), sec. quos populi hoc se ordine excipiunt : Achæi, Zygi, Heniochi, Cercetæ, Moschi, Colchi. Antiquiores auctores Cercetas ab Achæis boream versus ponunt vicinos Sindorum, quorum pars sunt Hesychio (Κερκέται, Σινδικὸν ἔθνος). Apud Pseudo-Scylacem p. 59 nominantur : Sindi, Cercetæ, Toretæ, Achæi, Heniochi Coraxi, Colici, Melanchlæni, Geloni, Colchi (Cf. Orphei Arg. 1049 : Κερκετικῶν ἀνδρῶν φῦλον Σίνδωντ' ἀγερώχων). Ap. Artemidorum in Strabone : Sindi, Cercetæ (inde a Batis per 850 stadia), Achæi, Heniochi. In Periegesi iambica (Fr. Hist. 5, p. 181) : Σίνδοι, Κερκίται οἱ λεγόμενοι Τορίται, Ἀχαιοί. Ibidem ex alio auctore narratur Cercetas sive Toritas habitare a Sindico ad Pagræ portum, dein Achæos usque ad Veterem Achaiam, dein Heniochos, Coraxos, Melanchlænos, Machlones, Colchos et Lazos usque ad Achæuntem fl. Qui Cercetis jungi solent Toretæ inter Hierum et Sindicum portum degunt sec. Plinium 6,17, et una cum Sindis, Psessis, Dandariis inter Bosporani regni populos recensentur in titulo n. 2134ᵃ. Apollodorus ap. St. B. v. Ψησσοί Toretas (Τυρίται codd. h. l., sed Τορέται ap. eundem s. h. v.) τῶν Ψησσῶν ἔθνος vocat. Mela 1,c. 19 : *Reliqua ejus (litoris) feræ incultæque gentes vasto mari adsidentes tenent Melanchlæna, Toretica, sex Colicæ : Coraxici, Phthirophagi, Heniochi, Achæi, Cercetici et jam in confinio Mæotidis Sindones.* Boreales istæ Cercetarum sedes intelligendæ etiam videntur apud Stephanum Byz. in loco luxato s. v. Χαριμάται· Παλαίφατος ἐν ζ′ Τρωικῶν· « Κερκετέων ἔχονται Μόσχοι καὶ Χαριμάται * τοῦ Παρθενίου κρατέουσι * (an : οἳ καὶ τοῦ Παρθενίου [de quo v. supra p. 438,5] κρατέουσι τοῦ ἐν δεξιῇ τοῖς ἐκ τῆς Μαιώτιδος πλέουσιν? aut : [οἳ ἀπὸ] τοῦ Π. κρατέουσι [ἕως] εἰς τὸν Ε. Π.?) εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. » Καὶ Ἑλλάνικος ἐν Κτίσεσι ἐθνῶν καὶ πόλεων· « Κερκετέων δ' ἄνω οἰκέουσι Μόσχοι καὶ Χαριμάται, κάτω δὲ Ἡνίοχοι, ἄνω δὲ [τουτέων ἐν μεσογείᾳ?] Κοραξοί. » Moschis, qui vulgo in regione Colchidi vicina ponuntur, a quibusdam alias sedes parum accurate assignatas esse colligitur etiam e Mela 1,5,2 § 13 : *supra Amazonas et Hyperboreos Cimmerii, Cissi, Anthiacæ* (*Cisianti* Plin. 6,35; hod. *Cisti* supra montes *Audicos*, quibus Anthiacæ Melæ vindicandi) *Georgili* (*Georgi*, *Gerorgi* Plin.; an Γαργαρεῖς juxta Amazonas habitantes ap. Strabon. 11,5,1?), *Moschi, Cercetæ, Phoristæ, Rimphaces* (i. e. Arimphaces). Cf. id. 3, § 39 : *ad Hyrcanum mare Albani et Moschi.* ‖ — 3. Λαζός] Ταζός aut Τάζος codd.; πόλις, in codd. omissum, habet ed. pr. ‖ — ξη′] 68 1/2 ed. Vic. ‖ — μζ′ L″] μς″ ed. pr., 48 1/2 ed. Vic. ‖ — Lazus ap. Arrian. et Anonymum l. l. Παλαιὰ Λαζική, ἐν ᾗ ἵδρυται ἡ νῦν λεγομένη Νίκοψις (h. *Neghepsouco*), ἧς πλησίον ποταμὸς ὁ νῦν λεγόμενος Ψάθαψις (Χάψαχις? hod. *Chapsaco*), 150 stadia distans a vetere Achaia. Nicopsis fluvius eique adjacens castellum cognomine commemoratur a Constantino Porphyr. de adm. imp. c. 42, p. 181 ed. Bonn. Lazi igitur olim in hac regione consederunt, et haud longe a Bosporo infra Aspurgianos collocantur in Tabula Peutingeriana, quamvis quo tempore tabula scripta est, in Colchide essent, ubi eos norunt Plinius, Arrianus, Ptolemæus 5,9, alii. ‖ — 4. Τορετική] Τορετίκη ΣΦΨ Arg., Ταρετίκη ed. pr., Τορενίκη BEZ, *Torenica* ed. Vic. Apud Arrianum et Anonymum post Veterem Lazicam 120 stadiorum intervallo sequitur ἄκρα, ἵναπερ σκέπη ἐστὶν ἀνέμου Θρασκίου καὶ Βορρᾶ, ἐν ᾗ νῦν (ἣ νῦν?) λέγεται Λαιά. Hoc promontorium eximium nunc *C. Kardach* vel *Kodoch* vel *Mamai* (36° 40′ long.) nuncupatur. Læa Anonymi in periplo ævi medii (an. 1328) vocatur *Laiazo*, ante quam, boream

Ἄμψαλις πόλις	ξη' ∠''	μζ' δ''
Βούρκα ποταμοῦ ἐκβολαί	ξθ'	μζ' δ''
Οἰνάνθεια	ξθ' γο''	μζ' δ''
Θεσσύριος ποταμοῦ ἐκβολαί	ξθ' γο''	μζ'

Ampsalis oppidum	68° 30'	47° 15
Burcæ fluvii ostia	69°	47° 15
Oenanthia	69° 40'	47° 15
Thessyris fluvii ostia	69° 40'	47°

versus, nominantur *Cacari* (hod. *Kakhiab*, 36° 38' long.) et *Guba* (h. *Djoubghe*, 36° 20' long.). Ab ἄκρᾳ ista apud Arrianum 180 stadia (deb. 130) numerantur usque ad Ἡράκλειον ἄκραν, apud Anonymum vero post 170 (ρο' σταδ.; codex corrupte ω') stadia ponitur ἄκρα ἡ νῦν λέγεται τὰ Βαγᾶ κάστρον (hod. *Ache*) et deinde post 10 stadia Ἡράκλειον ἀκρωτήριον τὸ νῦν λεγόμενον τὰ Ἔρημα. Hoc est Toreticum promontorium Ptolemæi a Lazo 250 st. dissitum, hodie C. *Tchech-bepe*. De Toretis, quos inter populos Ptolemæus § 13 non recenset, inde not. ad p. 903,4 ‖ — 1. Ἄμψαλις] Ἀμψαλίς ΣΦΨ Arg., Ἀμψαλλίς X. ‖ — μζ' δ''] 47 1/6 ed. Rom. Oppidum aliunde non notum a Toretica acra 200, a Lazo 450 stadia distans, eodem in loco fuerit ubi Arrianus habet Ἀχαιοῦντα fl. Anonymi aevo Βάσιν dictum, ab Heracleo 150, a Lazo 450 stadia dissitum. Quibus distantiarum notis ducimur ad hod. *Khasi-Aps*, quam Ampsalim esse etiam nomen suadet. Ac nescio an Ἀχαιοῦς Arriani dicendus potius fuerit Ἀψαλοῦς. ‖ — 2. Βούρκα] Βοῦρκα ΣΦΨ Arg.; Βόργυς ap. Arrianum, Βρούχων ὁ νῦν λεγόμενος Μίζυγος (Μιζυτος? hod. *Midzymta* vel *Mezunta*) sec. Anonymum l. l. 280 stadia ab Achæunte, sec. Ptolemæum c. 180 stadia ab Ampsali; at reapse a *Khasi-Aps* usque ad *Midzymta* fl. sunt c. 270 stadia. Oppidum fluvio adjacens § 14 vocatur Κουκούνδα. Fortasse ibi legendum Μουκούνδα. Intermedia ap. Arrianum et Anonymum notantur Μασαιτική 60 stadiis ab Achæunte fl. (h. fluvio ad *Cap Iobje*), Νῆσις ποταμός (*fluvius Nais* in Anon. Cosmogr. p. 86 ed. Riese, hod. *Sotcha* fl.) et altera Ἡράκλειος ἄκρα, Anonymi ævo Πυξίτης dicta (hod. *Cap Sotcha-Bitkhe*), 90 st. a Masætice et 60 st. a Borgye vel Bruchonte fluvio. Cum Βρούχων nomine conferatur Bruchorum populus ap. Procopium B. G. 4,4, p. 473,5 ed. Bonn. : Μετὰ δὲ τοὺς Ἀβασγῶν ὅρους κατὰ μὲν τὸ ὄρος τὸ Καυκάσιον Βροῦχοι ᾤκηνται, Ἀβασγῶν τε καὶ Ἀλανῶν μεταξὺ ὄντες. ‖ — 3. Οἰνάνθεια] Οἰνανθεία L, Οἰνανθία PRSVWΩ ed. pr., Οἰνάρθεια ΣΦΨ Arg., *OEnarthia* ed. Ulm. ‖ — ξθ' γο''] ξθ' γ'' ed. pr. ‖ — μζ' δ''] 47 1/6 ed Rom. Œnanthia tanquam notissima hujus oræ urbs notatur lib. octavo. Aliunde hoc certe nomine non cognita est. Apud Arrianum et Anon. a Borgye ad Abascum fl. 120 stadia, inde 90 stadia ad oppidum quod in Arriano est Νιτική, in Anonymi periplo Στεννιτική ἡ καί ποτε Τριγλίτης λεγομένη; hinc ad ὅρμον τὸν ἐν Πιτυοῦντι 150 stadia. Pityuntem *in intimo eo tractu oppidum opulentissimum ab Heniochis direptum* (Plin. 6,16 neque Arrianus neque Ptolemæus commemorant, postea tamen restauratum esse liquet e Zosimo 1,32, qui Valeriani et Gallieni tempore Πιτυοῦντα τείχει τε μεγίστῳ περιβεβλημένον καὶ λιμένα εὐορμώτατον ἔχοντα a Scythis captum esse prodit. Cf. Procop. B. G. 4,4, p. 473. Situm fuisse videtur in intimo sinu qui a *Pitsunda* promontorio ortum versus est, ad *Chypesta* fluvium (v. Neumann l. l. p. 576) et *Abchasik* vicum sec. Nordmann. *Reise durch die westlichen Provinzen des Caucasus in Annalen der Erd u. Vœlkerkunde.* Berlin 1839, p. 257). Hinc vero boream versus 150 stadia sunt usque ad hod. *Gagri* oppidum huius tractus præcipuum juxta *Gagri* sive *Sheuadjek* fluvium. Hæc igitur fuerit Nitice seu Stennitice, eandemque fuisse Œnanthiam Ptolemæi distantiarum ratione verisimillimum est. Quare apud Anonymum corrigendum esse suspicatus sum τὴν καί ποτε Τρυγητὴν vel Τρυγιάτην (Τριγλίτην codex) λεγομένην, i. e. *Vindemialem*, quod nomen juxta Οἰνάνθειαν usurpari poterat, quemadmodum Nonnus 14,227 Τρυγίαν Baccham juxta Οἰνάνθην nominat. Νιτικὴ vero et Στεννιτικὴ nescio an depravatum sit ex Οἰνειατική. ‖ — 4. Θεσσύριος] αἱ Θεσσύριος ed. pr., Θεσσίριος FN, *Thessiris* edd. Rom. Ulm., Θεσσυρίου A, *Thesiris* ed. Vic. Infra § 14 plurimi codd. Θέσσαριν præbent. Vss. 4 et p. 911, vs. 1 ordine inverso præbet ed. pr. ‖ — ξθ' γο''] ο' ς'' ed. pr. Nominis forma alibi non obvia. Pseudo-Scylax § 79 de Melanchlænorum regione dicit : καὶ ποταμὸς ἐν αὐτοῖς Μετάσωρις (μέγας, Τάσωρις? Cf. Ταρσούρας, Colchidis fluvius, h. *Tsoricha*, ap. Arrian. § 13, *Thersus* ap. Plinium 6,14, *Tassirus* in Tabula Peut., *Tasbirus* ap. Geogr. Rav.) καὶ Αἰγίπιος (an Αἰγυπιός *vultur*, idemque qui Κόραξ Ptolemæi?). In Pseudo-Æthici Cosm. p. 86 ed. Riese legitur : *Fluvius Thesimon (?) nascitur de monte Caucaso et egreditur in mare Ponticum. Currit milia CCX.* — Thessyris ab Œnanthia (*Gagri*) 120, a Cartero castello (*Anakoпia* ruinæ) 150 stadia distans, Kieperto est hod. *Mzib*, qui a Gagri abest 90 stadia. Stadia 120 quæ Ptolemæi tabula præbet, linea recta pertinerent fere usque ad locum, in quo Pityûs oppidum stetisse videtur. Ab eoque 150 stadia pertingunt usque ad ruinas *Anakopia* dictas, quæ τῷ Καρτερῷ τείχει vindicandæ sunt. Ita-

Καρτερὸν τεῖχος	ο′	μς′ ∠′′γ′′
Κόρακος ποταμοῦ ἐκβολαί	ο′ ∠′′	μζ′

5. Τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν πλευρὰν τῆς Κολχίδος πέρας

	οε′	μζ′

τὸ ἐφεξῆς ἐπὶ τὸ τέλος τῆς Ἰβηρίας, ἐν ᾧ καὶ αἱ Σαρματικαὶ Πύλαι | οζ′ | μζ′

τὸ ἐντεῦθεν παρὰ τὴν Ἀλβανίαν μέχρι τῆς Ὑρκανίας θαλάσσης πέρας, ἐφ᾽ οὗ

Carteron tichus	70°	46° 50′
Coracis fluvii ostia	70° 30′	47°

5. Qui deinde est in latere Colchidis terminus

	75°	47°

proximus in fine Iberiæ, in quo etiam sunt Sarmaticæ Portæ | 77° | 47°

inde iuxta Albaniam usque ad Hyrcanium mare terminus, in quo est

que Thessyrin referre licet ad hod. *Chypesta* fluvium situmque Pityuntis urbis, quæ tunc deserta erat. Similiter in antecc. Psychrus fluvius situm Pagræ portus indicat. Idem Pityuntis urbis fluvius nescio an urbi cognominis latine *Pineus* dictus sit apud Plinium 6,14, ubi a Dioscuriade boream versus nominantur : *gens Sannigarum, oppidum Cygnus* (*Cycnus* Mela 1,19 § 110 ; hod. *Sukum-kale* portus) *flumen et oppidum Penius* (*Pineus? Pityûs* scripsit Barbarus), *deinde multis nominibus Heniochorum gentes* (quas ad Pityuntem usque austrum versus habitasse Artemidorus apud Strabonem 11,2,14 tradidit). || — 1. μς′ ∠′′ γ′′] μς′ ∠′′ δ′′ Φ, sed μς′ ∠′′ γ′′ m. sec.; 46 2/3 ed. Rom. Ruinæ castelli vocantur *Anakonia* vel, ut Mordtmannus l. l. scribit, *Anakopi*. Hinc 150 stadiis et a *Sukum-kale* circiter 25 stadiis austrum versus ad hod. *Khelàsur* olim initium muri fuit qui satis amplam regionem includens ad *Ingour* usque fluvium pertinuit et a Leone quodam Mingreliæ duce structus esse proditur (V. Neumann. l. l. p. 577 ibique laudati). Hunc murum a Ptolemæo indicari Dubois (*Voy*. 1, p. 307) et post eum alii plurimi censuerunt. At tabula Ptolemæi huic opinioni haud favet. Adde quod si Καρτερὸν τεῖχος Ptolemæo esset murus Dioscuriadis regionem includens, ad eum murum etiam Sarmatiæ et Colchidis confinia posuisset. Ceterum Καρτερὸν τεῖχος fortasse non diversum est a Κοραξικῷ τείχει, cujus meminit Stephanus Byz. : Κοραξοί, ἔθνος Κόλχων πλησίον Κώλων. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Κοραξικὸν τεῖχος καὶ Κοραξικὴ χώρα. || — 2. Κόρακος] Κοράκου A. || — μζ′] sic Χα et editt. Vic. Rom. Ulm.; μζ′ ∠′′ cett. Corax fluvius, cujus alius nemo meminit, c. 200 stadia a Cartero ticho distans, hodie est *Codor* fluvius satis amplus, cujus post ostia 40 stadiorum intervallo sequitur *Cap Iskuria*. Ad hunc usque fluvium Arriani et Ptolemæi tempore ager Dioscuriadis pertinuisse videtur. Ipsa Dioscurias quonam potissimum loco steterit, non satis liquet. Secundum Tabulam Peut. a Stempeo (Astelepho Arrian., h. *Tamich*) 4 m. p. (120 stad. ap. Arrian.) occasum versus aberat, adeo ut ab hod. *Cap Iskuriah* 60 fere stadia ortum versus distaret. Ceterum per totum hunc tractum, qui a Pityunte ad Phasim usque patet, distantiarum rationes apud Strabonem, Plinium, Arrianum, Ptolemæum magnopere laborant. Arrianus a Pityunte Dioscuriadem nonnisi 350 stadia computat, ac similiter Strabo 11,2,14 τὸν μέγαν Πιτυοῦντα ad Dioscuriadem usque 360 stadiorum esse dicit, quamquam oræ longitudo vel ad *Iskuriah* promontorium sit c. 450 stadiorum. Ptolemæus a Corace fl. ad Dioscuriadem quæ sunt 100 fere stadia in 260 stadia extendit. Quæ vero a Dioscuriade ad Phasim sunt c. 500 stadia (62 m. p. sive 496 stadia sec. Tab. Peut.) Strabo in 600, Plinius in 800, Arrianus in 810, Ptolemæus in 1100 fere stadia diduxerunt. — In Coracis fluvii regione Coraxi et Coraxici montes ponendi erant (v. Hecatæus et Hellanicus ap. Steph. B. v. Κοραξοί et Χαριμάται, Pseudo-Scylax 77, Aristoteles Meteor. 1,13,29, Mela 1,19, Plinius 2,223. 6,15); Ptolemæus vero Coraxos temere punit in Scythia intra Imaum (6,14), montes autem Coraxicos in Bospori parallelo ortum versus recto tramite tendere opinatur. || — 5. οε′] οθ′ Φ, 79 edd. Vic. Ulm. || — μζ′] μζ′ ∠′′ MNOPRSVWΣΦΨΩΞ, edd. Rom. Arg.; 45 1/2 ed. Vic. Ulm. || — 6. ἐν ᾧ καὶ] καὶ om. SΩ. || — 7. αἱ] om. ABCDEZΣΦΨ. Sarmaticæ pylæ, per quas juxta Aragum (h. *Aragva*) fluvium in Iberiam via patet, hodie *Dariel* vocantur. De hoc in Iberiam aditu v. Strabo 11,3,5. Eædem fauces aliis sunt *Caspiæ* et *Caucasiæ* portæ. Plinius 6,29 : *portæ Caucasiæ, magno errore* (minime) *multis Caspiæ dictæ*. Cf. idem 6,40. *Caspiæ portæ* apud Suetonium in Neron. c. 19; *claustra Caspiarum* ap. Tacitum Hist. 1,6, Κασπίαι πύλαι ap. Priscum fr. 37 in Fr. Hist. 4, p. 107, Procopium B. P. 1,10. 17. 22. 2, 11, B. G. 4,3 et Pseudocallisthenem 3,26 p. 138 et 141 (qui portas istas inter montes, qui Μαζοὶ τοῦ Βορρᾶ vocantur, Alexandri Magni opus esse narrat. Cf. Æthicus p. 249 et 258 ed. Avezac). Ne errorem his subesse cum Plinio credas, eo quoque impedimur quod Tabula Peutingeriana *Caspias* habet a Sebastopoli 140 m. p. distantes in via Artaxata ducente, et quod hodiernus *Elbruz* mons Eratostheni aliisque est τὸ Κάσπιον ὄρος, a Dioscuriade quinque dierum itinere, a Phasidis ostio 1000 stadiis, a Cyri ostio 1800 stadia

Σοάνα ποταμοῦ ἐκβολή πϛʹ μζʹ

6. Ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ ἐντεῦθεν μέρει τῆς Ὑρκανίας θαλάσσης, ἐν ᾧ μετὰ τὴν τοῦ Σοάνα ποταμοῦ ἐκβολήν, ἧς ἡ θέσις εἴρηται,

Ἀλόντα ποταμοῦ ἐκβολαί πϛʹ 𐅵ʹʹ μζʹ γοʹʹ
Οὔδωνος ποταμοῦ ἐκβολαί πζʹ μηʹ γʹʹ
Ῥᾶ ποταμοῦ ἐκβολαί πζʹ 𐅵ʹʹ μηʹ 𐅵ʹʹγʹʹ

καὶ τῇ Σκυθίᾳ παρὰ τὸν Ῥᾶ ποταμὸν μέχρι ἐπιστροφῆς, ἧς ἡ θέσις ἐπέχει μοίρας πεʹ νδʹ

Soanæ fluvii ostium 86° 47°

6. Ab oriente finitur Hyrcanii maris quæ inde incipit parte, in qua sunt post Soanæ fluvii ostium, cuius positio indicata est,

Alontæ fluvii ostia 86° 30′ 47° 40′
Udonis fluvii ostia 87° 48° 20′
Rha fluvii ostia 87° 30′ 48° 50′

atque Scythia partim iuxta Rha fluvium usque ad inflexionem, cuius positio est 85° 54°

---

distans. V. Strabo 2,1,39. 11,8,9. Sec. Plinium 6,30 Caucasiæ pylæ a Ponto absunt 200 m. p. (A Dioscuriade sec. rectam lineam circa 1400 st., 175 m. p. melior, Ptolemæi vero tabula circa 2000 st. exhibet.) Ceterum Ptolemæus hasce portas Sarmaticas denuo alieno in loco habet c. 8, § 9. || — 8. παρὰ] ἐπὶ ABCDEZΣΦΨ, *ad usque* Arg. || — 9. Quæ post v. θαλάσσης leguntur usque ad v. θαλάσσης p. 912,3 om. Φ, Arg. edd. Arg. Ulm. In edd. Vic. et Rom. legitur : *Deinde qui ad Albaniam usque Hircanium* (*Hyrcanum* Rom.) *pelagus, in quo post* (*post* om. R.) *Soanæ fluvii ostium* 77 (86 R). 47. *Ab oriente hinc parte* (*ab or. autem parte* R) *maritimæ Hyrcaniæ in quo post Soanæ fl. ost., quorum gradus dicti sunt* (*quorum situs dictus est* R), 86. 47. || — πέρας] om. Φ. || — ἐφ' οὗ] ἀφ' οὗ ed. pr. || — P. 912,1. ἐκβολή] ἐκβολαί ed. pr. || — πϛʹ μζʹ] πζʹ γʹʹ μζʹ γʹʹ ed. pr. || — 4. ἧς ἡ θέσις] ἥτις SΩ; εἴρηται om. ed. pr. Post v. εἴρηται codd. repetunt numeros πϛʹ. μζʹ. || — 5. Ἀλόντα] Ἁλόντα XZ, *Alontis* ed. Vic., Ἀλέντους Φ et in græcis ed. Arg., *Alentis* edd. Ulm. Arg., *Alei* ed. Rom. || — πϛʹ 𐅵ʹʹ μζʹ γοʹʹ] 87 1/2, 48 1/2 1/3 ed. Vic. || — 6. Οὔδωνος] *Undonis* ed. Vic. || — μηʹ γʹʹ] μηʹ γοʹʹ ADLMOPRVWΔℶ. || — 7. πζʹ 𐅵ʹʹ] πζʹ ϛʹʹ ed. pr., 87 ed. Vic. || — μηʹ 𐅵ʹʹ γʹʹ] μηʹ ϛʹʹ ed. pr., 48 2/3 ed. Rom. Priores tres fluvii alibi non commemorantur. Soanas dici videtur *Terek* fluvii ostium australe et *Sundja* fluvius in hod. *Terek* influens. Nescio an Σοάνας ortum sit ex Σόνδας; id enim suadet hod. *Sundja* nomen et accolarum nomen Ἰσόνδαι § 13. Alontas, cujus accolæ § 13 Ὀλόνδαι dicuntur, ad *Terek* fl. ostium boreale referendus esse videtur; Udon, cujus Οὖδαι accolæ § 13, hod. *Kuma*. De Rha (h. *Wolga*) cf. Anonymi Geogr. compend. § 29 (G. M. 2, p. 502,1), ubi inter maximos Asiæ fluvios nominantur Ῥύμμος καὶ Ῥᾶς (Ῥῶς codd.) καὶ Κῦρος. Ammian. 22,8,28 : *Huic* (Tanai) *Ra vicinus est amnis, in cujus superciliis quædam vegetabilis ejusdem nominis gignitur radix proficiens ad usus multiplices medelarum*. Dioscorides 3,2 : Ῥᾶ, οἱ δὲ καὶ Ῥῆον καλοῦσι, γεννᾶται ἐν τοῖς ὑπὲρ Βόσπορον τόποις. Galenus vol. 13, p. 224 : Ῥῆον, ἔνιοι δὲ προσαγορεύουσι Ῥᾶ. Pseudo-Democritus in cod. Paris. 2326 fol. 6 (citante Hasio in Steph. Thes. s. v. Ῥᾶ) : Ῥᾶ Ποντικόν. Cf. Plinius 27, 128 : *Rhacoma* (*Rhecoma* v. l.) *adfertur ex his quæ supra Pontum sunt regionibus*. Vid. not. ad 3,5, p. 422, 1. — Ceterum sunt qui Rha fluvium in Oaro, quem Herodotus 4,123. 124 dicit, agnoscere voluerint. — 9. ἡ] om. BESZΩ, ἐπέχει μοίρας om. SΩ. || — 10. νδʹ] νʹ δʹʹ BEZΦ, edd. Vic. Ulm. Arg. || — P. 913,2. Post verba ἀγν. γῆς SΩ addunt πεʹ ξγʹ. || — 3. ἐπιστροφή] ἐκβολή ed. pr. Flexus fluvii ab ostio sec. Ptol. septem gradus, reapse 2 1/2 gradus distat. || — 4. τῇ] τῆς BELMNOZΔℶ. — ποταμοῦ om. ed. pr. || — 6. οδʹ] οεʹ ed. pr. Quæ sequuntur post οεʹ usque ad οθʹ vs. 10, om. ℶ. || — 8. Ὑπερβορέων L. || — 9. συμβολῆς] συμβολλῆς Φ. Indicatur locus ubi in Wolgam *Kama* influit. || — 10. νηʹ 𐅵ʹʹ] νηʹ ϛʹʹ ed. pr. || — 11. δυτικωτέρου] δυτικωτάτου ACDLℶ. || — 13. ϛʹ] 88 edd. Rom. Ulm. || — 14. διέζωσται] διέζωσται δὲ κ. ἕτερα εἰς τὴν Σαρμ. ΣΦΨ, *Tenduntur vero montes versus Sarmatiam qui nominantur Hippici* edd. Vic. Rom. Ulm. Arg. — καὶ ἕτερα] sc. præter Hyperboreos montes in antecc. jam commemoratos. Cf. 3,5 p. 200,1, ubi de Sarmatia Europæa : καὶ ἑτέροις δὲ (sc. præter Sarmaticos montes) ὄρεσι διέζωσται ἡ Σαρματία. || — 15. καὶ ὀνομ.] ἃ καὶ ὀνομ. A. || — 15. τά τε Ἱππικά] τά τε Ἱππικά, ὧν τὰ ἄκρα οδʹ νδʹ παʹ νβʹ, καὶ τὰ Κεραύνια, ὧν τὰ πέρατα ἐπέχουσι πβʹ 𐅵ʹʹ μθʹ 𐅵ʹʹ πδʹ καὶ ὁ Κόραξ ὄρος. Καύκασος καὶ αὐτὴ καλουμένη. Τὰ μὲν οὖν Κόρακος πέρατα ξθʹ μηʹ οεʹ μηʹ, τὰ δὲ τοῦ Καυκάσου πέρατα ἐπέχουσι οεʹ μζʹ πεʹ μηʹ SΩ. || — 16. ὁ] om. A. || — 17. ὄρη] om. ed. pr. || — 18. καλούμενα δὲ] δὲ om. ℶ. || — Καυκάσια] Κάσια BEZ; ὄρη add. LX. || — ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν] ὑπὲρ τὴν Ὑρκανίαν AC, *supra Hyrcanium* ed. Vic.; *supra Hyrcaniam* edd. Rom. Ulm., ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν ed. pr. Vocem θάλασσαν addidi ex conj. Grashofi, qui Ptolemæum scripsisse conjicit : ἡ ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν καὶ τὴν Ἀλβανίαν ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν

καὶ παρὰ τὸν ἐντεῦθεν μεσημβρινὸν μέχρι τῆς ἀγνώστου γῆς.

7. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα τοῦ Ῥᾶ ποταμοῦ ἐπιστροφὴ πλησιάζουσα τῇ τοῦ Τανάϊδος ποταμοῦ, ἧς ἡ θέσις ἐπέχει
μοίρας οδ´ νϛ´
ὑπὲρ ἣν συμβάλλουσι δύο ποταμοὶ ῥέοντες ἀπὸ τῶν Ὑπερβορείων ὀρέων· καὶ ἡ μὲν τῆς συμβολῆς θέσις ἐπέχει μοίρας οθ´ νη´ L´´
αἱ δὲ πηγαὶ τοῦ μὲν δυτικωτέρου αὐτῶν ἐπέχουσι μοίρας ο´ ξα´
τοῦ δὲ ἀνατολικωτέρου ϟ´ ξα´.

8. Διέζωκε δὲ καὶ ἕτερα ὄρη τὴν Σαρματίαν καὶ ὀνομάζεται τά τε Ἱππικὰ καὶ τὰ Κεραύνια καὶ ὁ Κόραξ ὄρος (εἰς ὃ περαιοῦται τὰ διὰ τῆς Κολχίδος καὶ τῆς Ἰβηρίας ἀνιόντα ὄρη, καλούμενα δὲ Καυκάσια), καὶ ἔτι ἡ ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν αὐτῶν ἐπιστροφὴ Καύκασος καλουμένη καὶ αὐτή.

9. Τὰ μὲν οὖν τῶν Ἱππικῶν ὀρέων ἄκρα ἐπέχει μοίρας οδ´ νδ´ καὶ πα´ νβ´
τὰ δὲ τῶν Κεραυνίων
πβ´ L´´ μθ´ L´´ καὶ πδ´ νβ´
τὰ δὲ τοῦ Κόρακος
ξθ´ μη´ καὶ οε´ μη´

partim secundum meridianum inde ad incognitam terram ductum.

7. Est altera quoque Rha fluminis inflexio, quæ Tanais fluminis inflexioni appropinquans positionem
habet 74° 56°
supra quam confluunt duo fluvii decurrentes ex Hyperboreis montibus; atque confluentium positio est 79° 58° 30′
fontes autem eius, qui ab occidente est, positi sunt 70° 61°
ejus qui ab oriente venit 90° 61°.

8. Alii quoque montes Sarmatiam percurrunt inter eosque nominibus inclyti Hippici et Ceraunii et Corax mons (in quem desinunt qui per Colchidem Iberiamque adscendunt montes Caucasii nomine), et praeterea ramus eorum ad Hyrcanium mare vergens, cui et ipsi Caucaso nomen est.

9. Hippicorum montium partes extremæ positæ sunt 74° 54° et 81° 52°
Cerauniorum vero
82° 30′ 49° 30′ et 84° 52°
atque Coracis
69° 48° et 75° 48°

αὐτῶν ἐπιστροφή. || — 20. καλουμένη καὶ αὐτή] καὶ αὐτὴ καλ. SXΩ. || — 21. οὖν] om. A. — *Hyppicorum* edd. Rom. Ulm. Lugd. || — 22. ἐπέχει] ἐπέχουσι Z2. || — 22. οδ´ νδ´ καὶ πα´ νβ´] οδ´ να´ καὶ πδ´ νβ´ ed. pr. Pro νβ´ in LMOΔΠ[3] ב legitur μβ´; pro πδ´, quod Π[2] omisit, οθ´ in X. || — Hippici montes commemorantur ab Anonymo in Geogr. min. 2, p. 504, qui in meridiano per eos transeunte latitudinem terræ cognitæ exputat. Situs eorum in Ptolemæi tabula ita habet, ut cum Mannerto et Gœbelio (*Reisen in die Steppen des südlichen Russlands. Dorpat*. 1830, citante Ukerto 3,2, p. 128) *Ergeni* colles indicari dixeris, qui a locis, ubi Rha fluvius ad Tanaim proxime accedit, meridiem versus usque fere ad *Manytch* fluvium excurrunt. Attamen colles istos, quorum summus 500 pedum altitudinem non excedit, in Sarmatiæ tabula consignari vix exspectaveris; situm vero Hippicis montibus assignatum haud magni faciet qui pravam ceterorum montium dispositionem consideret. (Sic isthmus Pontum ab Hyrcano mari disjungens apud Ptolemæum (sicut ap. Strabonem 11,1,5) a Phasis ostio (72° 30′. 44° 45′) ad ostium Cyri (79° 40′. 44′ 30) pertinet, quamvis latitudo horum ostiorum reapse 1600 stadiis differat.) Ego Hippicos montes refero ad montium tractum præ ceteris memorandum, qui fluvios Ponti Euxini et maris Caspii discriminans ab altissimo Caucasi vertice sive a Caspio monte Eratosthenis et Strabonis (hod. *Elbrus*, 17500 pedes alto) boream versus inter *Kuban* et *Kuma* fluvios extenditur, et cujus ex australi radicum parte Hippus fluvius (h. *Osingiri*) in Pontum (Arrian. Per. § 13, Anon. § 6 in Fr. H. 5, p. 176) aliusque Hippus (h. *Tchenistchali*, i. e. equorum fl.) in Phasin exeunt (Plinius 6, 13. Strabo 11,2,17. 11,3,4). Quodsi Anonymus l. l. latitudinem terræ in meridiano per Hippicos montes ducto 32500 stadiorum esse statuit, eorum sententiam sequitur quibus cognitæ terræ termini sunt Tanais ostia et in Libya Rhaptum promontorium. In Ptolemæi tabula montium illorum initium (54° lat.) est in Tanaidis ostii parallelo (54° 10′), meridianus vero (74° long.) præstringit Rhaptum prom. (73° 50′ 8° 35′ austr. in lib. 4,7). a Tanais ostio distans 62° 35′ sive

τὰ δὲ τοῦ Καυκάσου			ac Caucasi		
οε′	μζ′	καὶ πε′ μη′	75°	47°	et 85° 48°
ἐπέχουσι δὲ καὶ			praetera sitæ sunt		
αἱ μὲν Ἀλεξάνδρου Στῆλαι	π′	να′ L″	Alexandri Columnæ	80°	51° 30′
αἱ δὲ Σαρματικαὶ Πύλαι	πα′	μη′ L″	Sarmaticae Portæ	81°	48° 30′
αἱ δὲ Ἀλβάνιαι Πύλαι	π′	μζ′	Albaniæ Portæ	80°	47°

mischa in Kieperti tab.), quam cum Arsamosatis componit Abulfeda, a *Kharpout* urbe 12 m. p. versus ortum hibernum, ab Arsania 5 m. dissitam. Polybius 8,25, 1 : Ἀρμόσατα (sic), ἣ κεῖται πρὸς τῷ Καλῷ πεδίῳ καλουμένῳ μέσον Εὐφράτου καὶ Τίγριδος. Intellige planitiem beatissimam quæ prope hod. *Kharpout* oppidum (Χάρποτε ap. Cedrenum 2, p. 419 ed. Bekk.), in rupe 1000 pedes alta positum, longe extenditur (V. Ritter 10, p. 809). — Plinius 6,26 : *in Majore* (*Armenia*) *Arsamosata* (sic unus cod., *Arsamota* cett.) *Euphrati proximum.* Tacitus Ann. 15,10 : (*Pætus*) *tria millia delecti peditis proximo Tauri jugo imposuit, quo transitum* (*Vologesi*) *regis arcerent. Conjunx ac filius castello, cui Arsamosata nomen, abditi, data in præsidium cohorte.* Idem ib. 15, 13 : *Vologesus modo vallum legionum, modo castellum, quo imbecillis ætas defendebatur, oppugnare.* — Ib. c. 15 : *flumini Arsaniæ* (*etenim is castra præfluebat*) *pontem imposuit.* Dio Cass. 62, 21 : ὁ δὲ Οὐολόγαισος τοῖς Τιγρανοκέρτοις προσέμιξε καὶ τὸν Παῖτον ἐπιβοηθήσαντα σφίσιν ἀπεώσατο· φεύγοντα δὲ αὐτὸν ἐπιδιώξας τήν τε ἐπὶ τοῦ Ταύρου καταλειφθεῖσαν ὑπ' αὐτῶν φρουρὰν ἐξέκοψε καὶ ἐκεῖνον ἐς Ῥάνδειαν πρὸς τῷ Ἀρσανίᾳ ποταμῷ οὖσαν κατέκλεισε. Vologesus a Tigranocertis exercitum duxerit via recta per hod. *Meiafarkin* sive Martyropolin, a qua (Procopio de æd. p. 250 teste) occasum versus ὀλίγον ἔλασσον ἢ ὁδῷ ἡμέρας διέχον Φείσων χωρίον (hod. *Fis* 24 m. p. a Martyropoli), unde post octo m. p. sequuntur montium fauces, quas Κλεισούρας vocant. Has ipsas intellexerim ap. Tacitum et Dion. Cass. — Cf. Constantin. Porph. de adm. imp. c. 50 p. 226 : τὸ τοῦ Ἀσμοσάτου (sic) θέμα. Geogr. Rav. p. 80 : *Arsamosatin. Gorbilon* (*Coruilu* T. Peut., Κόρρα Ptol.). *Cholcis* (*Colchis* T. P.). || — 11. Κόρρα] Fort. leg. Κόρα, quum regionis nomen sit Κοριαία p. 945,5. || — οδ' ∟'' λη' γο''] οδ' ς'' λη' γ'' ed. pr. Positio inepta. Post hunc vs. in edd. Rom. et Lugd. inseritur : *Artasigarta* 75 1/3 38 1/2 1/4, quod in codd. legitur § 10 extr. || — 2. Βαγραυανδηνή] sic ed. pr. (arm. : *Bagrevand*), Βαγραυδαυνηνή Φ Rom. Ulm. Arg., *Bagradauene* Vic., Μαγρανδαυηνή CW, Καγρανδαυηνή DFNSΩ Lugd., Κραγανδαυηνή ℶ, Βαγρανδαυηνή cett. || — ὑπ'] ἡ ὑπ' codd. præter LMNOPRSVΩ. || — 3. ἡ Γορδυηνή] ἡ om. ed. pr. et Φ, in quo : αὐτὴν Ἰγορδηνή. — Γορδυνή BEZΓ Vic. Rom. Ulm. (*Gordyena* ed. Bas.), Γορδινή A, Γορδηνοί C, Ἰγορδηνή Φ Arg., Γορδηνή Lℶ ed. pr. Regio arm. *Kordukh*, syr. *Kardu* ; hod. *Kurdistan*. Strabo 16,2,14 : πρὸς δὲ τῷ Τίγρει τὰ τῶν Γορδυαίων χωρία, οὓς οἱ πάλαι Καρδούχους ἔλεγον (Steph. Byz. v. Γορδυαία : Καὶ Γορδόχους αὐτούς φασι καὶ Γόρδους)· καὶ αἱ πόλεις αὐτῶν Σάρεισά τε (hod. *Scharisch* sub 59° long., 7 m. p. a Tigri austrum versus) καὶ Σάταλκα καὶ Πίνακα, κράτιστον ἔρυμα (hod. *Finik* prope Tigridis ripam orientalem, 57° 30' lat. Cf. Ammianus 26,7,1 : *Bezabden* (hod. *Djiziret ibn Omar* ; in Tab. Peut. *Sapha*) *quam Finicham* (sic cod. Vatic., *Phœnicen* vgo) *quoque institutores veteres appellarunt* [Bezabde vicina Finichæ, at non eadem erat]. — Idem 11,14,2 : κατὰ τὴν Γορδυηνὴν ὁ Νιφάτης (similiter Ptolemæus). Idem 16,1,21 : Tigris post trajectam Thospitin paludem ἐπὶ πολὺ ἀφανὴς ἀνίσχει πάλιν οὐ πολὺ ἄπωθεν τῆς Γορδυαίας (sc. χώρας). Aliter Stephanus Byz. : Γορδυαία, χώρα Περσική... Ἔστι δὲ ἡ [καὶ?] πόλις παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Τίγριδος (sc. τοῦ πάλιν ἀνίσχοντος). Præterea de Gordyene v. Plutarchus Lucull. 21,2. 26,6. 29,8. Pompej. 36,2, Alexander 31,4, Appianus Mithrid. 105, Dio Cass. 37,5 (Κορδυηνή), Ammianus 18,6, 20. 23,3,5. 25,1,9 (*Corduena*), Petrus Patric. fr. 14 in Fr. Hist. 4, p. 189 (Καρδυηνοί), Berosus fr. 7 in Fr. Hist. 2, p. 582, Moses Choren. ap. S.-Martin. l. l. 2, p. 363. || — 4. Κωταία] Κοταία W, Κόρρα Arg., *Corea* edd. Rom. Ulm., *Cortæa* ed. Lugd., fortassse rectius. S.-Martin 1, p. 176 : « Il (le pays de Gordjaikh) contenait autrefois onze petits cantons, dont les plus connus sont ceux de Gortoukh et de Gortrikh, qui répondent peut-être à la région nommée *Cortæa* par Ptolémée. » Moses Chor. ib. 2, p. 363 : « La Gordjaikh... contient onze provinces qui sont Gortou, Gokri, Adrovan, Motaghan, Psiran, Garthouni, Djahag et le petit Aghpag. » || — 4. καὶ ὑπ'] καὶ ἡ ὑπ' Φ ; *et qui sub* (καὶ οἱ ὑπ') *ipsa sunt Mardi* Arg. Lugd. || — Μάρδοι] Μάρδη A. Mardorum nomen late sparsum. In Armenia commemorantur a Tacito Ann. 14,23 : *Corbulonem* (in itinere ab Artaxatis in Tauranniticum regionem) *fines suos prægredientem incursavere Mardi latrociniis exerciti contraque irrumpentem montibus defensi, quos Corbulo immissis Iberis vastavit,* » || — 5. τούτῳ] τῷ τμήματι add. SΩ ; ὁμοίως αἵδε om. SΩ ; εἰσι et αἵδε om.

10. Τάσκα	οε' ∠''	μ' ς''	10. Tasca	75° 30'	40° 10'
Φώρα	ος'	μ' ς''	Phora	76°	40° 10'
Μαῖπα	ος' ς''	μ' γο''	Mæpa	76° 10'	40° 40'
Βουάνα	ος' ∠''δ''	μ'	Buana	76° 45'	40°
Χολίμμα	οζ' ∠''δ''	μ' γο''	Cholimma	77° 45'	40° 40'
Τερεβία	οζ' γο''	μ' ∠''γ''ιβ'	Terebia	77° 40'	40° 55'
Δαυδυάνα	οζ' γο''	μ' γ''	Daudyana	77° 40'	40° 20'
Καποῦτα	οθ' γ''	μ' ∠''	Caputa	79° 20'	40° 30'
Ἀρτέμιτα	οη' γο''	μ' γ''	Artemita	78° 40'	40° 20
Θελβαλάνη	ος' δ''	λθ' ∠''γ''	Thelbalane	76° 15'	39° 50'
Σίαι	οε' ∠''δ''	λθ' γο''	Siæ	75° 45'	39° 40'
Φερενδίς	οδ' γο''	λθ' γ''	Pherendis	74° 40'	39° 20'
Τιγρανόκερτα	ος' ∠''δ''	λθ' γο''	Tigranocerta	76° 45'	39° 40'

Φ; καὶ ἐν τούτῳ om. ed. pr. || — 1. Τάσκα] Φάσκα ed. pr., *Tasta* ed. Ulm. || — οε' ∠''] οε' δ'' SΩ, οε' ς'' ed. pr. || — μ' ς''] μ' γ'' ed. pr., 40 1/3 Rom., 40 1/2 Vic. Ulm. Tasca fortassis Ἀταχάς ap. Procopium de æd. p. 222,17, hod. *Atakh*, 15 m. p. a *Meiafarkin* urbe boream versus. || — 2. Φώρα] Φῶρα SΩΦ ed. pr. Ignota. || — 3. Μαῖπα] Μαίπα PSVWXΔΩΞ, *Mepa* Rom. Ulm. || — ος' ς''] de conj. Wilberg. propter seriem numerorum; ος' codd. || — μ' γο''] μ' γ'' ed. pr. Hodie, ut videtur, *Meiafarkin*, *Maipheracta*, *Maiphercat*; Μιεφερκείμ ap. Cedrenum (V. Ritter 11, p. 67), quæ postea Μαρτυρόπολις. Cf. not. vs. 5. || — 4. Βουάνα] Βούανα MNSΩΞ, Hod. *Van*. V. not. p. 946, || — ος' ∠'' δ''] ος' δ'' ed. pr. || — 5. Χολίμμα] Χολίμα Φ Vic. Rom. Ulm. Arg. || — ος' ∠'' δ'] οζ' ed. pr., || — μ' γο''] μγ' γ'' ed. pr. Cholimma a Daudiana boream versus c. 160 stadia posita hod. est *Chelath* s. *Achlath*, a *Tadwan* c. 160 stadia boream versus distans. A *Chelath* ad *Meiafarkin* melior c. 630 stadia. Totidem in Ptol. sunt a Cholimma ad Mæpam. || — 6. Τερεβία] Τερέβια LMNSΞ, *Therebia* Ulm. || — οζ' γο''] οζ' γ'' ed. pr. || — μ' ∠'' γ'' ιβ''] μγ' ∠'' γ'' ιβ'' F, μγ' ς'' ιβ'' (sic) ed. pr. Terebia sec. Ptol. c. 150 stadia ab Astacana distans fort. est hod. *Sorb* a *Wastan* c. 300 stad. dissita ad meridionalem lacus ripam. || — 7. Δαυδυάνα] Δαυδύανα LMSWΔΞ, Δαυδιάνα ΛΦ, Δαυδίανα X Arg.; ἢ Δανδίανα add. A; *Daudiana* Rom. Ulm.; *Dagnevana* Tab. Peut., *Dognavana* Rav. p. 63; hodie *Tadwan*. Cf. not. ad p. 944,5. || — οζ' γο''] οζ' γ'' ed. pr., 77 Vic. Ulm. || — 8. Καποῦτα] Καπούτα LPΔ, Καιτούτα X. || — μ' ∠''] μ' ς'' Φ ed. pr., 40 1/6 Vic. Rom. Ulm. In Armeniæ et Mediæ confiniis permagnus est lacus (hod. *Urmia gœli*, qui de adjacente Mediæ regione Matianus, propter aquæ vero colorem armenice *Kapoit dzov*; i. e. cæruleus lacus, græce apud Strabonem Καπαύτα (Σπαῦτα codd.) vocatur, ac modo Armeniæ modo Mediæ accensetur. Strabo 11, 13,2: λίμνην δ' ἔχει (ἡ Ἀτροπάτιος Μηδία) τὴν Καπαύταν. Idem 11,14,8: εἰσὶ δὲ καὶ λίμναι κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, μία μὲν ἡ Ματιανή [ἡ καὶ Καπαύτα ἤτοι] Κυανῆ ἑρμηνευθεῖσα,... διήκουσα μέχρι τῆς Ἀτροπατίας. Inclusa supplevi, ne inepta Strabo dicat. Ptolemæus hunc lacum Matiani nomine in Media collocat. Ad eundem vero etiam in Armenia Caputa nomen pertinere censeo. Quodsi Buana est hod. *Van*, Caputa sec. distantiam circa Capautam quærenda est (V. not. p. 944). Oppidum Caputam num ibi exstiterit an potius e lacus nomine fictum sit, ut ego crediderim, tu videas. Thospiæ quoque *urbis* nomen e regionis vel lacus nomine fictum fuerit. || — 9. Ἀρτέμιτα] Ἀρτεμίτα BEZ Arg. Ἀρτεμίτιδα ed. pr. || — οη' γο''] οη' γ'' ed. pr., 77 2/3 edd. Vic. Ulm. Hodie *Artemid*. Cf. not. p. 944,5. Libro 8, c. 19 Artemita ab Alexandria (60° 30') distare dicitur ὥρας μιᾶς πέμπτῳ, quod corrigendum est in ὥρᾳ μιᾷ καὶ πέμπτῳ (= 72' min. pro 72 2/3 m.) (Varia lectio ὥρᾳ μιᾷ καὶ τετάρτῳ). || — 10. Θελβαλάνη] Θελβάνη Ξ: ἢ Τελβάνη add. A. Θελβελάνη Φ', Θελθαλάνη Φ man. sec.; *Thalbasaris* in Tab. Peut. Hodie *Darsalo* c. 17 m. p. (25 sec. Ptol.) a ruinis Tigranocertorum. V. p. 945 not. — Post hunc versum in RV et ed. pr. legitur: καὶ ἡ ὑπ' αὐτὴν Γορδυνησία (Γερδινησία V, Γορδινισία B, quæ repetita sunt ex 947,3 nisi quod σία assumtum ex vs. 11. || — 11. Σίαι] Σιαί Z, *Sye* Ulm., *Sitæ* Tab. Peut. Cf. not. p. 945. || — οε' ∠'' δ'' λθ' γο''] 75 1/2 1/3 38 2/3 edd. Vic. Rom. Ulm. || — 12. Φερενδίς] Ἐρενδίς SΩ, *Therendis* Lugd. || — οδ' γο''] οδ' γ'' ed. pr. || — λθ' γ''] sic ed. pr., λθ' γο'' cett. Pherendis fort. hodie *Piran* a *Gueuldjik* lacu c. 250 (200 in Ptol.) ortum versus posita. || — 13. Τιγρανόκερτα] Τιγρανοκέρτα ed. pr., ιγρανοκερτα P. || — ος' ∠'' δ'' λθ' γο''] ος

Σαρδηούα	οε'	Ľ''γ''	λθ'	ϛ''	Sardeva	75° 50'	39° 10'
Κολσα	οη'		λθ'	Ľ''γ''	Colsa	78°	39° 50'
Τιγρανοάμα	οθ'	Ľ''δ''	μ'		Tigranoama	79° 45'	40°
'Αρταγιγάρτα	οε'	γ''	λη'	Ľ''δ''	Artagigarta	75° 20'	38° 45'

δ'' λθ' γ'' ed. pr.; μ' ב. Hodie *Arzen* ruinæ. V. not. ad calcem hujus capitis. || — 1. Σαρδηούα] Σαρδιούα AX, Σαρδιοῦα Φ Arg., Σαρδηούνα ed. pr., *Sardiua* Ulm., *Sardiva* Vic. *Sardera* Ravenn. p. 50,13., *Sardebar* Tab. Peut. V., not. p. 946. || — οε' Ľ'' γ''] οε' Ľ'' δ'' SΩ. || — 2. Κολσα] Κόλτα X. || — λθ' Ľ'' γ''] λθ' γ'' ed. pr. Colsa a Tigranocertis c. 50 m. p. posita fort. est *Colchana* in Tab. Peut. a Tigranocertis 15 m. p. distans, hod. *Kochana*. || — 3. Τιγρανοάμα] Τιγρανόαμα SΩ, Τιγρανααάνα ed. pr. || — οθ' Ľ'' δ''] οθ' δ' ed. p. Versus 3 et 4 om. Φ Arg. — Tigranoama oppidum ignotum. Nescio an dicendum fuerit Tigranoamar sive Tigranoamaret, i. e. Tigranis castellum, sicut Tigranocerta est Tigranis urbs. Castellum vero haud longe ab urbe extructum fuisse narrat Appianus Mithr. c. 84 : τείχη τε αὐτοῖς (τοῖς Τιγρανοκέρτοις) περιέβαλε πεντηκονταπήχη τὸ ὕψος, ἱπποστασίων ἐν τῷ βάθει γέμοντα, καὶ βασίλεια καὶ παραδείσους κατὰ τὸ προάστειον ἐποίει μακροὺς καὶ κυνηγέσια πολλὰ καὶ λιμένας· ἀγχοῦ τε καὶ φρούριον ἀνίστη καρτερόν. Fortasse Ptolemæus ipsum hoc castellum in alienum prorsus locum transposuit. || — 4. 'Αρταγιγάρτα] 'Αρταγίγαρτα FLMNSΔΩ, 'Αρτατίγαρτα X. Cf. p. 945 not. || — λη' Ľ'' δ''] λη' δ'' ed. pr. — Situs urbis incertus. Nomen compositum videtur ex ἄρτα, i. e. *altum*, et Γίγαρτα. Cf. Phœniciæ oppidum Γίγαρτον apud Strabonem 16,2,18, *Gigarta* ap. Plin. 5,78, *Gigartho* Sami fons ibid. 1, 135. Idem nomen cum alio præfixo apud Ravennatem p. 50 : *Colphiana* (i. e. *Colchiana*, Κόλχις ap. Ptol.), *Exagigarta* (*Etagigarda*, *Egsagigarda* var. lect.), *Sipte*, *Adipte*. Sec. Ptol. oppidum a Colchide c. 16 m. p. distat, adeo ut in regione ponendum sit, in qua sec. Tab. Corrham et Arsaniam habemus. Eundem situm Ravennas quoque indicare videtur. Vix probanda est conjectura S.-Martini l. l. 1, p. 123, qui Artagigartam non diversam esse suspicatur ab Artagera, incerti situs castello, cujus meminit Strabo 11,14,6, ubi postquam dixerat haud longe ab Artaxatis fuisse Babyrsam et Olanen castella, addit ἦν δὲ καὶ ἄλλα ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ. 'Αρταγῆρας δὲ ἀπέστησε μὲν 'Αδωρ ὁ φρούραρχος, ἐξεῖλον δὲ οἱ Καίσαρος στρατηγοί, πολιορκήσαντες πολὺν χρόνον. Eadem narrant Mela 3,102 (ubi : *circa Artageram*) et Zonaras 10,36 (ubi τὰ 'Αρτάγειρα). Denique Ammianus 27,12,5 : *Mandaverat* (Sapor rex) *ut Arcogerassam* (*Arctogerassam* v. lect.) *intentiore cura exscinderent, oppidum muris et viribus validum.* — Droysenius (*Hellenism.* 2, p. 712) 'Αρταγίγαρτα forlasse idem oppidum esse suspicatur quod est 'Αρχεσίκερτα ap. Steph. Byz. : 'Επιφάνεια... τετάρτη κατὰ Τίγριν· ἐκλήθη δὲ καὶ 'Αρχεσίκερτα, ὅ ἐστιν 'Αρχεσίου κτίσμα. || — Superest ut de Tigranocertis moneam. Lucullus e Cappadocia per Sophanenen, trajectis Euphrate et Tigri fluviis, profectus urbem recens conditam cepit diruitque adeo ut nihil nisi viculus relinqueretur, teste Strabone 11,14,5 : τὸ δὲ κτίσμα ἡμιτελὲς ἔτι ὂν κατέσπασε προσβάλλων καὶ μικρὰν κώμην κατέλιπε. Attamen resurrexisse e ruinis urbem ex historia subsequentium trium seculorum colligitur. Tandem vero memoria ejus evanuit ita ut apud ipsos Armenios scriptores de situ ejus parum constaret. Sita vero urbs erat in Arzanene regione ad Nicephorium fluvium, qui ex Armenia in Tigrim defluit. Itineraria Tabulæ Peutingerianæ, a Melitene et Nisibi et Vastana ad Tigranocertorum urbem ducta, ita habent ut dubitari nequeat quin locus ejus ruinis *Arzen* dictis indicetur. Primus eas descripsit Taylorus ex eoque deinceps Kiepertus in *Monatsberichte d. Akad. d. Wiss. zu Berlin* 1873. *Januar u. Febr.* In novissima imperii Turcici tabula Kiepertiana collocantur 39° 10' long. Paris., 38° 5' lat., ad *Yezidhan Sou* (Nicephorium fl.), 15 m. p. a *Radwan* urbe boream versus, totidemque fere a *Batman Tchai* (Nymphio s. Parthenia fl.) ortum versus — Arzanene (arm. *Arzen*, nunc *Kurdsch Arzum*), in qua sita urbs (Eutropius 6,7 : *Lucullus Tigranocerta civitatem Arzanenæ nobilissimam cepit*), inter regiones Transtigritanas nominatur ab Ammiano 25, 7,9. Occasum versus pertinebat usque ad Nymphium fluvium, teste Procopio de æd. 3,2, p. 248 ed. Bonn. : ὁ Νύμφιος ποταμὸς διορίζει ἐνταῦθα τὰ τῶν 'Ρωμαίων τε καὶ Περσῶν ἔθνη· ἐπὶ θάτερα γὰρ τοῦ ποταμοῦ 'Αρζάνη (sic h. l.) ἡ χώρα οἰκεῖται Περσῶν κατήκοος ἐκ παλαιοῦ οὖσα. Idem B. Pers. 1,9 p. 42 : Κέλερ Νύμφιον ποταμὸν διαβὰς ἐσβολήν τινα εἰς τὴν 'Αρζανηνὴν ἐποιήσατο· ἔστι δὲ ὁ ποταμὸς οὗτος τῆς Μαρτυροπόλεως μὲν ἀγχοτάτω, 'Αμίδης (*Diabekr*) δὲ ὅσον σταδίων τριακοσίων (in nostris tabulis c. 340 stad. Pro 300 stadiis Procop. l. l. 1,21 p. 107,23 numerat 240 st., nisi ibi corrigendum est 340. Idem de æd. 3,2, p. 248 minus accurate dicit Martyropolin esse παρ' αὐτὸν ποταμὸν Νύμφιον. Neque premenda sunt verba Ammiani 18,9,2 qui Amidam *Nymphæo amni vicinam* esse prodit). Hodie fluvius vocatur *Batman Sou*, magnus ille et ad confluentes ipso Tigri major. Ab *Arzen* ruinis c. 15 m. p. distat occasum

versus. Idem eodem nominis sensu appellatur *Parthenias* ap. Plinium 6,129 : *Tigris autem, ex Armenia acceptis fluminibus claris Parthenia et Nicephorione, Arabes Oreos Adiabenosque disterminans.* De Parthenio Bithyniæ, hod. *Bartan Sou*, et de Parthenia Cappadociæ, ad quem *Bartæ* (Παρθένιον) locus erat, dixi p. 874. Nescio an in Armenia *Batman* nomen ex *Bartan* ortum sit. Fortasse etiam Nymphæum, quod ad fontes Tigridis esse Plinius 9,128 dicit, potius fuit ad fontes Nymphii in Tigrim exeuntis. — Nicephorionem Plinii rectius, ut videtur, Nicephorium vocat Tacitus Ann. 15,4 : *Occupaverat* (*Tigranes*) *Tigranocertam, urbem copia defensorum et magnitudine mœnium validam. Ad hoc Nicephorius amnis haud spernenda magnitudine partem murorum ambit, et ducta ingens fossa, qua fluvio diffidebatur.* Fluvius hic (*Yezidhan* s. *Arsen Tchai*) in urbis parallelo a Parthenia nonnisi 15 m. p. distat; ubi vero in Tigrin exit, a Parthenii et Tigridis confluentibus abest c. 24 m. p. sec. Tabulam Kiepertianam novissimam. At Moltkius, cum eoque Ritterus 11, p. 6 et 113, et in antiquiore Asiæ minoris tabula ipse etiam Kiepertus, Nicephorium inde a *Radwan* urbe occasum versus deflectere et in magnum Parthenium fluvium exire statuerunt. Ceterum jam veteres nonnullos flumina hæc vicina confudisse vel eadem qua Moltkius fama deceptos esse crediderim. Etenim Stephanus Byz. ita habet : Τιγρανόκερτα, οὐδετέρως, πόλις πρὸς Ἀρμενίαν (...ία corr. Dindorf). Aperte luxata facillima conjectura hunc in modum resarcienda censeo Τιγρανόκερτα, οὐδ., [Ἀρμενίας] πόλις πρὸς Παρθενίῳ. [Idem *Parthenii* vel *Bartan* nomen excidisse puto apud Plutarchum in Lucullo c. 27, sec. quem Lucullus a Tigranocertis Tigrani, qui Taurum trajecerat, obviam contendit, καὶ παρὰ τὸν ποταμὸν ἐν πεδίῳ μεγάλῳ καταστρατοπεδεύσας παντάπασι μικρὸς ἐφάνη τῷ Τιγράνῃ. Aperte nomen fluvii in his excidit. Tigrim non posse intelligi recte monuit Ritterus 11, p. 103. Proclivis igitur conjectura scribendum esse παρὰ τὸν [Βάρταν vel Παρθένιον] ποταμόν.] — Iam videamus de Tabula Peutingeriana. In via a Melitene (v. p. 955) proxima Tigranocertis statio, 15 m. p. ab iis dissita, est *Colchana*, quæ hodie vocatur *Khochana*, 15 m. p. ab *Arsen* ruinis. In via a Nisibi proxima urbi est Thalbasaris (i. e. *Tel Basaris*), 15 m. p. distans. Eadem hodie est *Barsalo* (a *Redwan* occasum versus), ab *Arzen* in nostris tabulis c. 17 m. p. dissita. Denique in via quæ est a Vastanna, juxta Thospitis lacum posita, stationes notantur :

Vastanna		*Wastan*	
Patansana	26	?	
(Patransane Rav. p. 65)			
Dyzanas	27	*Dukhan* ad *Bitlis* fl. ...	53
(Dizanas Rav.)		in *Khizan* regione	
Cymiza	22	*Demesek*	25
(Dimiza Rav., recte)			
Zanserio	* 20 (10)	ad *Kessereh* fl.	10
(Zancerion Rav.)		(*Centritem* fl. in Xenophonte)	
		et *Bohtan* fl.	
Tigranocerta	* 30 (25)	*Arzen* ruinæ	25

Iam dicendum de aliis qui falsa prodiderunt. Strabo, de his regionibus male doctus, hæc narrat 11,2,4 : τὸ Μάσιον τὸ ὑπερκείμενον τῆς Νισίβιος ὄρος καὶ τῶν Τιγρανοκέρτων. Id. 12,2,9 : Tigranes Mazacenos ἅπαντας ἀναστάτους ἐποίησεν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν καὶ τὰ Τιγρανόκερτα ἐκ τούτων συνῴκισεν τὸ πλέον. Id. 16,1,23 : ἐν οἷς (Mygdonibus) ἔστιν ἡ Νίσιβις... καὶ Τιγρανόκερτα καὶ τὰ περὶ Κάρρας καὶ Νικηφόριον καὶ Χορδιράζα (Τιρίτθα Ptol., a Carrhis ortum versus?) καὶ Σίνναχα (Σίννα Ptol.). — Idem 11,14,5, de Tigrane : πόλιν ἔκτισεν πλησίον τῆς Ἰβηρίας μεταξὺ ταύτης τε καὶ τοῦ κατὰ τὸν Εὐφράτην Ζεύγματος, ἣν ὀνόμασε Τιγρανόκερτα. In his verba corrupta τῆς Ἰβηρίας conjecturis variis sed longe petitis sanare viri docti tentarunt. Desideratur oppidi nomen in Zeugmatis parallelo (73° 37° Ptol.) positi. Præbet hoc Ptolemæus c. 17, in quo sub 74° 30′ 37° collocatur Ὀλίβερα. Corrigendum igitur videatur πλησίον Ὀλιβήρας. Nescio tamen an Ὀλίβερα ortum sit ex Θελίβηρα (Cf. p. 360, 23 Θελβαλάνη, Τελβ.) et similiter ap. Strabonem Τελίβηρα in τῆς Ἰβ. abierit (*Tell* i. e. collis vel mons, frequenter nominibus præfigitur). Iam vero inter hoc oppidum et Zeugma medius est Bilechas fl. (h. *Belich*. V. Isidor. in G. min. 1, p. 246), ad cujus cum Euphrate confluentes novimus Nicephorium oppidum. Facilis igitur conjectura est hunc fluvium

cum Nicephorio Tigranocerta præfluente confundi indeque errorem Strabonis vel ejus quem sequitur, esse explicandum. Simili errore Edessam, urbem notissimam, Strabo ex Mesopotamia in Syriam transfert 16, 1,27 : Ὑπέρκειται δὲ τοῦ ποταμοῦ (τοῦ Εὐφράτου) σχοίνους τέτταρας διέχουσα ἡ Βαμβύκη (h. *Mambuk*), ἣν καὶ Ἔδεσσαν καὶ Ἱερὰν πόλιν καλοῦσι. Explicatio ineptiarum petenda ex Itinerario Ant. p. 191, ubi hæc :

Bathnæ	
Hierapolis	21
Thilati comium (κώμιον)	10
Bathnæ	15
Edissa	15

Subest igitur duarum Bathnarum confusio. Ab alteris in Syria boream versus erat Hierapolis s. Bambyce, ab alteris vero in Anthemusiade sive *Saroug* regione positis (cf. Isidor. in G. min. 1, p. 246. St. Byz. : Βάτναι Ὀρροηνῆς. Procop. B. P. 2,12 : Βάτνης πόλισμα... ἡμέρας ὁδῷ Ἐδέσσης διέχον. In Itin. p 190. : *Bathnas Mari*, [an Σάρου?]) boream item versus erat Edessa. Ceterum error non profectus est a Strabone qui nullas Bathnas commemorat, sed auctori ejus vindicari debet, quem Stephanus quoque sequitur ; nam hic quoque Edessam Συρίας πόλιν vocat et Apameam, quæ ad Zeugma erat, Ἐδέσσης πρὸς ἄρκτον esse dicit, quod sane dicendum erat si Edessa ponitur ubi perperam ap. Strabonem collocatur. — Ὀλίβερα vel potius Θελ-Ἰβηρα, præfixa litera I (ut v. c. *Van* ap. Cedrenum est Ἴβαν. V. not. p. 946) eadem est, ni fallor, quæ ap. Ravenn. p. 79 *Bara*, ap. Procop. de æd. 2,4 p. 223, 16 Βάρας φρούριον ἐν ὄρει ὑψηλῷ, in Tab. Peuting. *Bar-bara* [ut Βαρβαλισσός, ad Euphratem castellum cujus Ptolemæus et Stephanus Byz. meminerunt, ab Istachri geographo *Balis* (hod. rudera *Kalaat Balis*) vocatur.] Sita vero Bara in via, quam ab Edessa Singaram (h. *Sindjar*), corruptis passim distantiarum numeris, exhibet Tabula Peut. Ex Tabulæ numeris nonnisi 140 m. p. colliguntur, dum vel linea directa inter urbes intercedens sit c. 200 m. p. (185 ap. Ptol.), ipsa autem via a recta magnopere deflectat, quum Chanmaudi sit hod. *Amoudhe* et Sizinnus seu Sichinus hod. *Sciniye*. Temere hæc oppida Ptolemæus collocavit, ita tamen ut via per ea traducta sit c. 245 m. p., quod ad verum prope accedit.

Tabula Peuting.			Ptolemæus.			
Edessa		deb.	Ἔδεσσα		*Oufra*	
Barbare (Bara Rav.)	[XL	(LX)	Θελίβηρα....	60	*Tel Garouan*........	60
Minnocerta...........	[X	(L)			*Tel Erman*.........	55
(Mannocerta Rav.)					(37 m. p. a Nisibi)	
Chanmaudi...........	XXII		Μαμβοῦτα...	70	*Amoudhe*...........	20
(Amaude Rav. p. 81)						
Thilapsum...........	XVI				*Latife?*............	20
(Thelmisa Rav. p. 80)						
Sizinnus.............	XXII	(LXII)	Γίζαμα......	25	*Sciniye*...........	63
(Sichinus Rav. p. 81)						
Singara......... ...	XXX	(XXV)	Σίγγαρα.....	90	*Sindjar*............	20
	140	(240)		245		238

Hactenus de Strabone. Haud magis audiendus est Tacitus, qui in Ann. 15,5 *Nisibin* dicit *septem et triginta millibus passuum a Tigranocerta distantem*. Quodsi bene habet numerus, Tigranocerta confunduntur cum Minnocertis vel potius Mannocertis (sic nominatis a Manno quodam Osroenes principe) ; hæc enim, utpote a Chanmaudi 22 m. p. dissita, a Nisibi aberant c. 37 m. p. Nonnulli numerum corruptum esse putantes, pro *septem et triginta* scribi voluerunt *centum et triginta*. — De Plinio, qui 6,27 latitudinem Armeniæ a Tigranocertis ad Iberiam 650 m. p. esse prodidit, dixi supra ad p. 934. — Faustus Byzantius in Fr. Hist. 5, p. 260 narrat Saporem Persarum regem cepisse Tigranocerta (*Dikranagerd*), « ville située dans le district d'Aghdnik » (Moses Choren. ap. S.-Martin 2, p. 361 : « l'Aghdnik est située auprès du Tigre et contient dix provinces, celles d'Arzen, etc. »). Hæc ita habent ut situs urbis ad hod. *Arzen* ruinas referendus esse videri possit. Attamen idem Faustus p. 292 dicit : « S. Épiphane... couvrit le pays de Dzof de monastères... Il passa ensuite dans le pays d'Aghdnik et y posa les fondements d'une église en l'honneur des Martyrs dans la ville de Tigranocerte. Censet igitur Martyropolin (hod. *Meiafarkin*), ab

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Κύπρου νήσου θέσις.

[Ἀσίας πίναξ δ'.]

Ἡ Κύπρος περιορίζεται πάντοθεν πελάγει, καὶ ἀπὸ μὲν δύσεως τῷ Παμφυλίῳ πελάγει κατὰ περιγραφὴν τοιαύτην·

Ἀκάμας ἄκρα ξδ' ς'' λε' 𐅵''

CAP. XIII.

Cypri insulæ situs.

[*Asiæ tabula quarta.*]

Cyprus undique cingitur mari, et quidem ab occidente sole Pamphylio mari, quod latus sic describitur :

Acamas promontorium 64° 10' 35° 30'

Arzen 25 m. p. occasum versus distantem, in Tigranocertorum locum successisse, probantibus olim Moltkio et Kieperto in tabula an. 1843. Longius a vero recedit Moses Chorenensis, qui Tigranocerta componit cum Amida, ap. S.-Martin 2, p. 431 : « Dikranagerd est Amid, environné de murs par Tigrane... Dans la suite elle fut rebâtie par Théodose le Grand. » Ceteri auctores nihil suppeditant quod ad situm urbis definiendum adhiberi possit. (V. Memnon in Fr. Hist. 3, p. 556. Tacitus Ann. 12,56. 14,23. Frontinus Strateg. 2,9,5. Plutarchus Lucull. 25. 26. 27 sqq. ; Compar. Cimonis et Luculli c. 3. Dio Cass. 35,2. 60,20. 21. 62,21. Appian. Mithrid. 67. 84. Orosius 6,3.). Ceterum Plutarchus l. l., ubi Lucullum a Tigranocertis boream versus πρὸς τὸν Ταῦρον ἀναχωρῆσαι et dein contra Artaxata contendisse narrat, de Tigridis trajectu nihil monet, quod quidem exspectaveris si Tigranocerta a Tigride austrum versus sita fuissent. Idem Plutarchus ib. c. 27 de Tigrane dicit : ὡς δὲ ὑπερβαλὼν τὸν Ταῦρον ἄθρους κατεφάνη καὶ κατεῖδε πρὸς τοῖς Τιγρανοκέρτοις ἐπικαθήμενον τὸ στράτευμα τῶν Ῥωμαίων, ὁ μὲν ἐν τῇ πόλει ὅμιλος ὀλολυγῇ... τὴν ὄψιν ἐδέξατο. At si in Mesopotamia urbs erat, Tigranes conspicere eam non poterat nisi a Tauro longe progressus et post trajectum Tigridis, cujus Plutarchus non meminit. Denique nulla fluvii trajecti mentio ap. Dionem Cass. 62,21, ubi Vologesum a Tigranocertis per Taurum contra Pætum ad Arsaniam fl. castra habentem milites duxisse narrat. Num igitur casu accidit ut tribus his locis Tigridis mentio omissa sit? Vix crediderim. — Nihilominus Mommsenius (*Die Lage von Tigranocerta* in *Hermes tom.* 9, p. 130 sqq. 1875) Taciti verbis insistens ceteraque testimonia spernens Tigranocerta in Mesopotamiæ parte a Tigrane occupata caput Armeniæ hujus ἐπικτήτου fuisse censuit. Obsecutus huic sententiæ Kiepertus in novissima *Orbis antiqui* editione Tigranocerta posuit ubi ego sec. Tabulam Peut. Mannocerta collocavi. — Henricus Rawlinson (in Athenæo 1863, p. 228) urbem quæsivit in hod. *Hesn Ioze* (44 m. p. a Nisibi boream versus, 13 m. a *Keipha* (Cepha Tab. P.) et Tigri fl. austrum versus. Ibi enim vastas ruinas a Tayloro repertas esse acceperat. At ipse Taylorus (in *Journal of the r. geogr. soc., vol.* 35 p. 35), monente Kieperto l. l., nihil de his prodit, verum in colle *Tel-Buit*, haud longe ab *Joze* dissito, rudera quædam ædificiorum extare numorumque copiam repertam esse audivit. — Georgius Rawlinson (*The sixt great oriental monarchy etc., London* 1873 p. 141) : « The exact position of Tigranocerta is unknown, but it was probably not far from the modern *Mardin* » (c. 37 m. p. a Nisibi). Alias de situ urbis opiniones dudum explosas sciens omitto.

Cap. XIII. Dimensiones insulæ et a continente distantias sec. Strabonem 14,6,3, Plinium 5,129. Stadiasum § 315 sqq., Ptolemæum, vide p. 953.

Positio insulæ parum accurata. Orientalis ejus tractus quæ revera versus ortum æstivum porrigitur, in Ptolemæi tabula versus ortum solstitialem tendit. Quodsi Acamas pr. cum Ptolemæo ponitur 35° 30 lat., Clides ponendæ sunt 36° 15', ponuntur vero 35° 50'. Ne justa oræ directio exhiberetur, impedivit falsa oræ Asiaticæ delineatio. Nam si Clides recte collocarentur 36° 15', inter eas et Zephyrium Asiæ nonnisi duodecima unius gradus pars intercederet. || — 5. καὶ] om. ed. pr. || — 5. τῷ] om. ABDSXZΔΦΩΣ. || — 7. Ἀκάμας] Hod. *C. Epiphanio*. Cf. Strabo, Plinius, Stadiasm. 297, Lucian. Navig. c. 7, Sextus Empir. mathem. 1,257. || — ξδ' ς''] ξδ' ed. pr., 64 1/4 ed. Rom. || — λε' 𐅵''] με' (sic) ed. pr., 35 2/3 Vic. Rom., 35 1/3 Ulm. Alius Acamas in Salamine insula, teste Hesychio : Βώκαρος ποταμὸς ἐν Σαλαμῖνι ἐκ τοῦ Ἀκάμαντος ὄρους φερόμενος. Bocari hujus mentio in Strabone 9,1,9, Lycophr. 451, Etym. M. s. v. Nonnulli etiam Cypri ins. Bocarum fluvium fuisse censent (v. Forbiger Geogr. 2, p. 1044), qui hodie sit aut *Karo* sive ποταμὸς τῆς Ἀσγελίας (*Aspeliæ* ap. Plin. 5,129), medius inter Paphum novam et Zephyrium pr. exiens, aut *Dioryso* Palæpaphum præterfluens. Nimirum in Euripidis Bacchis 405, ubi : Πάφον, ἂν ἑκατόστομοι βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ καρπίζουσιν ἄνομβροι, pro βαρβάρου legi voluerunt Βωκάρου. At poetæ verba in fluviolos istos haud quadrant. Intelligendus potius Nilus fuerit, quem in Cyprum fabulæ traduxerunt sicuti Alpheus emergit in Arethusa Syracusarum. Ister in Fr. Hist. 1, p. 423 de

Πάφος Νέα	ξδ' γ''	λε' ς''	Paphus Nova	64° 20'	35° 10'
Ζεφύριον ἄκρον	ξδ' ς''	λε' ιβ''	Zephyrium promontorium	64° 10'	35° 5'

Cypro a filia Bybli (Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ πόλις St. Byz.) et Veneris nomen habente dixit ἐν ἀποικίαις Αἰγυπτίων. Cf. Servius ad Vergil. Bucol. 10,8 : *Ex Ægypto Epivius et Asterius (Aspelius?) et You (Aon?) fratres in insulam Cyprum profecti sunt*, etc. (v. Movers *Phœniz. Alterth.* 1, p. 204). ‖ — 1. Πάφος] ἄφος P. Hod. *Bafo*. ‖ — λε' ς''] 36 1/6 Vic. Marinus, ut Ptolemæus p. 40,11 tradit, in eodem meridiano parum recte posuerat :

Acamantem	ap. Ptolem. 64° 10'	nobis 49° 55'
et Paphum (nov.)	64° 20'	50° 3'
et Sebennytum	62° 20'	48° 40'

	Strab.	Ptol.	Nos.
Ab Acamante ad Clides πεζῇ	1400	1450	1200
(sec. Plin. et Artemidor. ap. Agathem...	1300)		
Iuxta oram sec. Timosthenem	1600	1700	1500
A Clidibus ad Pedalium.............	680	700	650
A Pedalio ad Curiadem	700	750	800
A Curiade ad Acamantem	[720]	1050	650
Ambitus sec. Strab. et Timosthenem.....	3420	4650	3600
(sec. Stad. στ. ,ασν', leg. ,δσν'		4250)	
(sec. Isidor. 375 m. p..............	3000)		
Ab Acamante ad Chelidonias...........	1900	1150	1050
ad Siden...............	1600	700	1050
ad Selinuntem...........	1000	600	700
ad Anemurium..........	700	900	650
A Crommyôn pr. Anemurium..........	350	350	400
(sec. Plinium..........	400)		
A Clidibus ad Pyramum fl...........	700	460	650
Myriandum...........	1500	800	800
(sec. Artemidor..........	1400)		
Berytum.............	1500	800	850
A Papho Alexandriam.............	3600	2500	2500
(sec. Agathemerum.......	3800)		
Sec. Stadiasmum :			
A Curiade Pelusium στ. ,ατ'			
(leg. ,βτ').........	2300	2000	2000
A Citio Ascalonem ,γτ' (leg., ,βτ')	2000	1750	2100
Ab Aphrodisiade ad Acten Achæorum	500	550	500

Damastes ap. Strab. 14,6,4 Cypri longitudinem non ab Acamante, sed ab Hierocepia (hod. *Hieroscipas* prope *Baffo*) ad Clides mensus erat; recte hoc, si Damastes quoque Paphum in Acamantis meridiano posuit. — Plinius 5,130 : *Contra Neampaphon Hierocepia (insula)*. At Hierocepia est locus continentis cui insula nulla objacet. Verum e regione Palæpaphi insula est quæ Νουμήνιον vocatur in Stadiasm. § 290 p. 502. ‖ — 2. λε' ιβ'] λε' LP. Vss. 2 et sqq. in A et edd. Rom. et Ulm. hoc se excipiunt ordine :

Δρέπανον ἄκρον	ξδ' ∟''	λε' ∟'' δ''
	64 1/6	35 1/12 Rom. Ulm.
Πάφος παλαιά	ξδ' ∟''	λε'
Ζεφύριον	ξδ' ς''	λε' ιβ''
	64 1/2	34 1/2 1/4 Rom. Ulm.

Igitur in cod. A nomina transponuntur, servatis epochis, adeo ut turbetur ordo periegeseos; in edd. Rom. et Ulm. epochæ quoque ita mutantur ut Drepanum

Πάφος Παλαιά	ξδ' ∠''	λε'
Δρέπανον ἄκρον	ξδ' ∠''	λδ' ∠''δ''

2. ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ Αἰγυπτίῳ πελάγει καὶ τῷ Συριακῷ κατὰ περιγραφὴν τοιαύτην· μετὰ τὸ Δρέπανον ἄκρον

Φρούριον ἄκρον	ξδ' ∠''δ''	λδ' ∠''γ''

Paphus Vetus	64° 30'	35°
Drepanum promontorium	64° 30'	34° 45'

2. A meridie autem Ægyptio mari atque Syriaco, quod latus sic describitur : post Drepanum promontorium

Phrurium promontorium	64° 45'	34° 50'

---

collocetur ubi ceteri codices Zephyrium habent et vice versa. Zephyrium pr. hodie est *Cap Bafo*, uti colligitur ex Strabone 14,6,3, in quo locorum series ab ortu occasum versus procedens hæc est : ἀρχὴ τοῦ δυσμικοῦ παράπλου τὸ Κούριον... καὶ εὐθύς ἐστιν ἄκρα, ἀφ' ἧς ῥίπτουσι τοὺς ἁψαμένους τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος· εἶτα Τρῆτα (Τρητά?) καὶ Βοόσουρα καὶ Παλαίπαφος ὅσον ἐν δέκα σταδίοις ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ἱδρυμένη, ὕφορμον ἔχουσα... εἶτ' ἄκρα Ζεφυρία πρόσορμον ἔχουσα καὶ ἄλλη Ἀρσινόη (sc. diversa ab Arsinoe inter Salaminem et Leucollam sita, cujus mentio in antecc.), μικρὸν δ' ἀπὸ τῆς θαλάσσης καὶ ἡ Ἱεροκηπίς, εἶθ' ἡ Πάφος,.. διέχει δὲ πεζῇ σταδίους ἑξήκοντα (recte; c. 100 st. sec. Ptol.) τῆς Παλαιπάφου. — In Cypri tabula quam medii ævi tabulis innitens Mas-Latrie dedit atque ego minore modulo in Geogr. min. repetivi, hodiernum *Cap Bafo* lunatam habet formam et ab occasu parvulum sinum claudit nunc arenis oppletum. Proclivis igitur conjectura est idem promontorium de situ suo Zephyrium, de forma vero Drepanon vocatum esse, sicut in sinu Arabico idem promontorium tum Lepte acra tum Drepanum appellatum est (V. p. 686,1 not.), Ptolemæum autem ex duobus his nominibus duo finxisse promontoria, quorum alterum, Drepanum, posuit ubi sec. Stadiasmum erat Τρητοί ἀκρ. Ceterum in hodiernis Cypri tabulis *Cap Drepani* commemoratur inter Acamantem montem et Paphum Novam, adeo ut hoc pr. in alienum prorsus locum magno errore ap. Ptol. transpositum esse videri possit. Monendum tamen istud prom. in tabula modo citata vocari *Capo Melonda*, eique tanquam vetus nomen adscribi *Drepanum* pr. ‖ — 1. ξδ' ∠'' λε'] ξδ' ς'' λε' ιβ'' ed. pr. Ruinæ ad *Kouklia* vicum. De navali urbis Sacellarius Κυπριακὰ tom. 1, p. 86 : ὁ δ' αὐτῆς ὅρμος νῦν Ἀχνὶ καλούμενος... ἤδη ἐστὶ κατακεχωμένος... παρ' αὐτὸ καὶ δύο μεγάλαι λίθινοι στῆλαι τετραγωνικὰς ἔχουσαι ὀπὰς σώζονται, εἰς ἃς βεβαιότατα τὰ πλοῖα ἐνέδοντο. Ab ejusmodi lapidibus perforatis ipsi etiam portus passim nominabantur, ut in Sicilia et Sardinia Λογγῶνες; nam λογγῶνες καλοῦνται οἱ ἐπὶ τῶν λιμένων τρητοὶ λίθοι, οὓς τρυποῦσιν, ἵν' ἐξαρτῶσιν ἐξ αὐτῶν τὰ σχοινία τῶν νεῶν (Etym. M. p. 569. V. supra p. 381). Fortasse Paphi quoque portus similiter Τρητοί vocabatur. Sequens promontorium in Stadiasmo Τρητοί vocatur, atque passim nomen hoc rupibus vel natura vel arte perforatis inditum. (Cf. Τρητὸς λιμὴν Arabiæ, 85° 20' 13° 45', ap. Ptol. 6,7; Τρητὴ νῆσος Arabiæ (86,20' 12°, ibid.; hod. *Foredada*, i. e. *pertusa*, insula ad Sardiniam, de qua v. supra p. 373; Τρητὸν ἀκρωτήριον Africæ p. 614,2, et Cretæ in Stadiasmo 337, p. 511; *Ad Pertusa* statio in Africa sec. Itin. p. 45 et Tab. Peut). ‖ — 2. ξδ' ∠'' λδ' ∠'' δ''] ξδ' ς'' λδ' γ'' ed. pr. A Palæpapho ad Curiadem acram oræ longitudo, quum sit 300 fere stadiorum, in Ptolemæi tabula in 600 stadia diducitur. Drepanum sicut sequens Phrurium pr. alius nemo commemorat. A Palæpapho distat 125 stadia, quæ pertinent usque ad hod. *Cap Blanc* sive *Kavos Aspros*. In Stadiasmo § 300 a Palæpapho 50 (leg. 150) stadia computantur εἰς Τρητούς (ἀκρωτήριόν ἐστιν). Idem esse censeo Drepanum Ptolemæi, sive Δρέπανον, notum promontoriorum nomen, ex Τρύπημα effictum, sive aliunde temere huc translatum sit. In Stadiasmo numerum 50 falsum esse e Strabone 14,6,3 (v. not. ad p. 953,2) colligitur. Is enim Τρητά a Boosura ortum versus collocat, quod cadit in *Cap Blanc* 35 stadia a *Bisuri* ortum versus distans. ‖ — 4. τῷ] om. Φ, τῷ τε. ‖ — 5. Δρέπανον] καὶ Ζεφύριον in marg. add. A; *Zephirium* ed. Lugd. ‖ — 6. ξδ' ∠'' δ'' λδ' ∠'' γ''] ξδ' δ'' λθ' ∠'' ed. pr.; λδ' ∠'' δ'' F. Φρούριον tanquam proprium promontorii nomen suspectum est. Alibi non commemoratur. Neque promontorium aliquod notatu dignum in hoc tractu occurrit. Indicari videtur castellum ad ipsum *Cap Blanc* positum, cui in tabula a Ptolemæo adhibita nomen proprium non erat adscriptum. A Phrurio ad Curium oppidum sec. Ptolemæum eadem est distantia quæ est a *Cap Blanc* ad ruinas Curii. ‖ — P. 955, 1. Κούριον] Κουρία A. De Curio v. Herodotus 5,113, Plinius 5,130, Strabo 14,6,3 (πόλις Κούριον ὅρμον ἔχουσα), Ælianus H. An. 11,7, Aristoteles Mir. 142, Steph. Byz., Tzetzes ad Lycophr. 448, Hierocles p. 706, Constant. Porph. de them. 1,15 p. 39. Cleon ὁ Κουριεύς Argonauticon auctor, ap. Schol. Apoll. Rhod. 1,623; Hermias ὁ Κουριεύς ap. Athenæum 13, p. 563,3. Sec. Strabonem l. l. ἀρχὴ τοῦ δυσμικοῦ παράπλου τὸ Κούριον (i. e. τὸ Κούριον ἄκρον, quod in antecc. τὴν Κουριάδα ἄκραν dixerat) τοῦ βλέποντος πρὸς Ῥόδον. Ptolemæus occidentalis lateris initium sumit a Drepano pr., cui

Κούριον πόλις	ξε'	λε'	Curium oppidum	65	35°
Λύκου ποταμοῦ ἐκβολαί	ξε' γ''	λε' ιβ''	Lyci fluvii ostia	65° 20'	35' 5'
Κουριὰς ἄκρα	ξε' L''	λδ' L''δ''	Curias promontorium	65° 30'	34° 45'
Ἀμαθοῦς	ξε' L''δ''	λε'	Amathus	65° 45'	35°
Τετίου ποτ. ἐκβολαί	ξϛ' ϛ''	λε'	Tetii fluvii ostia	66° 10'	35°
Κίτιον πόλις	ξϛ' δ''	λε'	Citium oppidum	66° 15'	35°
Δᾷδες ἄκρα	ξϛ' L''	λε'	Dades promontorium	66° 30'	35°
Θρόνοι πόλις καὶ ἄκρα	ξϛ' L''δ''	λε'	Throni oppidum et prom.	66° 45'	35°

haud recte eundem parallelum assignat, in quo Curiadem acram collocat. De amplis urbis ruinis prope *Episcopi* vicum sitis titulisque ibi repertis uberrime dixit Cesnola, *Cyprus. Its ancient cities* etc. p. 293-350. Cf. Sacellarius Κυπριακά 1, p. 73-75. Haud longe inde occasum versus in loco *Apellon* dicto ruinæ sunt templi Apollinis Ὑλάτου, ab ora maritima c. 1000 *yards* distantes. In propinquo litore abrupte ex fluctibus assurgente fuit ἄκρα, ἀφ' ἧς ῥίπτουσι τοὺς ἁψαμένους τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος. Strabo l. l. Cf. Tzetzes ad Lyc. 448 : Ὕλη πρὸς τὸν Κούριον τόπον. Steph. Byz. s. v. Ὕλη. Ἐρύσθεια. Τέμβρος. Nonnus 13,405. Sec. Tabulam Peut. Curium a Palæpapho 22 (26 Ptol.), ab Amathunte 16 m. p. (recte hoc; 43 m. sec. Ptol.) distat. || — 2. ἐκβολή BEZ. || — 3. ξε' γ'' λε' ιβ''] ξε' λε' γ'' ed. pr.; ξϛ' ϛ'' Φ manu sec., 62 1/2 Vic. Rom. Ulm. Fluvius haud longe a Curio ortum versus occurrens hodie *Kouri* vel *Episcopi R.* Mentio ejus in Geogr. Rav. p. 394,6. Ibidem alius Cypri fluvius nominatur Basileus (hod. *Basili potamos*). || — 4. Κουριάς] Κουρίας BEFMPRVZΔΦ Arg., *Cariæ extrema* Ulm. || — ξε' L''] ξε' ed. pr. || — λδ' L'' δ''] λδ' δ'' ed. pr., λε' L'' δ'' L. Ad hunc versum in margine codd. BCEZ adscribitur : Νεμεσός (Νεμευός in Constant. Porphyr. de them. 1,15 p. 39; hod. *Limasol*). Cyprius quidam codicis scriptor glossas passim addidisse videtur. Strabo l. l. : Κουριὰς (ἄκρα) χερρονησώδης, εἰς ἣν ἀπὸ Θρόνων (cujus prom. mentio in antecc. omissa est) στάδιοι ἑπτακόσιοι. Hodie promontorii apex occidentalis *Cap Zeugari*, orientalis *Cap Gatto*. A Curio oppido sec. Ptol. 250 stadia distat, revera ne centum quidem. || — 5. Ἀμαθοῦς] *Amathusa* Ulm. Ruinæ hod. *Eski Limasol*. || — 6. Τετίου] *Thetii* Ulm. || — ἐκβολή BEZ. || — ξϛ' ϛ''] ξϛ' δ'' ed. pr. || — λε'] λε' ιβ'' ed. pr. *Tetius* nomen (an *Citius?*) aliunde non notum. Hodie fluvius vocatur *Kiti potamos*, qui in mare exit haud longe a *Cap Kiti* sive *Cap des salines* (Plinius 31,76 : *ad Citium e lacu salem extrahunt*. Antigon. Caryst. 123). Eundem fluvium a Pokokio 2, p. 308 *Kreig-Simeone* vocari dicit Mannertus 6,1, p. 581. Propinquum ei promontorium Καργαῖαι appellatur in Stadiasmo 303, p. 502, ubi hæc :

Ἀπὸ Κουριακοῦ (sc. ἀκρωτηρίου) εἰς Ἀμαθοῦντα σταδιοι ρν'.

Ἀπὸ δὲ Κουριακοῦ ἐπὶ Καργαίας στάδιοι μ' (leg. τμ')· ἀκρωτήριόν ἐστι ἔχον λιμένα ὕφορμον καὶ ὕδωρ, i. e. sinus magnus a *Cap Gatto* ad *Cap Kiti* pertinens διάπλουν habet stadiorum 340. — An in hoc tractu fuit Κρήσιον πόλις Κύπρου (St. Byz.)? Sec. Strabon. 14,6,3 inter Amathuntem et Citium est πολίχνη Παλαιὰ καλουμένη καὶ ὄρος μαστοειδὲς Ὄλυμπος (*M. S.-Croix*). Nescio an pro Παλαιὰ legendum sit Ἁλαία vel Ἁλαῖαι, quum salinæ in propinquo sint (Cf. Ἁλαὶ s. Ἁλαῖαι Atticæ et Bœotiæ). || — 7. Κίτιον] *Cotium* Vic. Hodie *Larnaka*. Portus nunc arenis oppletus. De ruinis v. Cesnola p. 42-60. A Tetio fl. c. 60 stadia (30 st. ap. Ptol.) distat; a Salamine 200 sec. Diodor. 23,49,1; c. 300 st. sec. Ptol.; a Tremithunte 14 m. p. in Tab. Peuting (c. 38 m. sec. Ptol.). || — 8. Δᾷδες] sic Grashof., Δᾶδες ed. pr., Δάδες cett. || — ξδ' L''] ξδ' δ'' ed. pr. Promontorium a Citio distat 100 stadia, quæ pertinent usque ad *Cap Pyla*, in quo nunc turris extat. Nomen prom. alibi non obvium; fortassis a pharo olim inditum. || — 9. Θρόνοι] Θεόνοι Φ Arg., *Theoni* Ulm. || — 10. λε'] λε' ϛ'' ed. pr. Ruinæ urbis in loco nunc *Torno* dicto. Cesnola l. l. p. 183 : « During two years I searched in vain for the site of Throni... but as last I discoverd it, as I beleave, between Cape Pyla and Cape Greco, but nearer the latter (At in adjuncta tabula urbis locus a *C. Pyla* 5 millia, a *C. Greco* 10 m. anglica distat), a at spot where extensive foundations of houses are still visible. The place is called *Torno*, which obviously is a corruption of *Throni* ». Perperam Ptolemæus eandem et oppidi et promontorii positionem exhibet. Quæ a Dadibus ad Thronos computat stadia centum, usque ad *Cap Greco* pertinent, i. e. ad Thronos prom., ab urbe satis longe dissitum, haud longius tamen quam Curias acra ab urbe Curio. Throni pr. nomen a ditione urbis inditum, idem vero a figura vocabatur Pedalium. Temere Ptolemæus a Thronis pr. Pedalium distinguit. Strabo

3. Ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ Συριακῷ πελάγει κατὰ περιγραφὴν τοιαύτην· μετὰ τοὺς Θρόνους τὴν ἄκραν

Πηδάλιον ἄκρον	ξζ'		λε'	ς''
Πεδιαίου ποτ. ἐκβολαί	ξς'	L''γ''	λε'	γ''
Σαλαμίς	ξς'	γο''	λε'	L''
Ἐλαία ἄκρα	ξζ'		λε'	γο''
Κλεῖδες ἄκρα	ξζ'	L''	λε'	L''γ''

4. ἀπὸ δὲ ἄρκτων τῷ Κιλικίῳ αὐλῶνι κατὰ περιγραφὴν τοιαύτην·

Καρπασία	ξς'	L''γ''	λε'	L''γ''

3. Ab oriente sole Syriaco mari, quod latus sic describitur : post Thronos promontorium

Pedalium promontorium	67°	35° 10'
Pediæi fluvii ostia	66° 50'	35° 20'
Salamis	66° 40'	35° 30'
Elæa promontorium	67°	35° 40'
Clides promontorium	67° 30'	35° 50'

4. A septentrionibus Cilicio Freto, quod latus sic describitur :

Carpasia	66° 50'	35° 50'

---

ab ortu occasum versus procedens, postquam ad Curiadem acram pervenit, hanc a Thronis 700 stadia abesse dicit, in antecc. vero, ubi nulla Thronôn mentio, a Clidibus ad Pedalium 680 stadia computat. Ut continua sit oræ dimensuratio, Pedalium et Throni nomina ad idem promontorium pertinere debent. || — 2. Θρόνους] Θεόνους Φ Arg.; τὴν ἄκραν om. SΩ. || — 4. Πηδάλιον] Ἀμμόχωστος in margine add. ABCDERZ; glossam in ordinem verborum recepit W, in quo post Πηδάλιον additur Ἀμμόχωστος ξδ' λε' δ''. In edit. pr., missa Pedalii mentione, scribitur Ἀμμόχωστος ξζ' λε' γ''. Hodie *Famagosta*. Cf. Stadiasm. § 304. Pedalion hod. *Cap Greco*, uti patet ex configuratione promontorii, qualem novissimæ tabulæ exhibent. In Stadiasmo ab insulis Salaminiis ad Pedalium computantur στάδιοι π', perperam. Legendum στάδιοι ρπ'. Aliud Πηδάλιον pr. Cariæ (h. *Cap Angistro*). V. Stadiasm. § 200 p. 495. In Strabone 14, 6,3 locorum series : Σαλαμίς... εἶτα Ἀρσινόη πόλις καὶ λιμήν (h. *Famagosta?*), εἶτ' ἄλλος λιμὴν Λεύκολλα (h. *Lucolla*), εἶτ' ἄκρα Πηδάλιον, ἧς ὑπέρκειται λόφος τραχύς, ὑψηλός, τραπεζοειδής, ἱερὸς Ἀφροδίτης, εἰς ὃν ἀπὸ Κλειδῶν στάδιοι ἑξακόσιοι ὀγδοήκοντα. || — 5. Πεδιαίου] Πεδαίου ed. pr., *Pedæi* Rom. Ulm.; ἐκβολή BEZ. Hod. *Pidias*, juxta Salaminem exiens. Nullo adscripto nomine in Tabula Peut. pingitur ita ut altero ostio inter Solos et Lapethum (ubi Serachus fl.) exeat. Mentio ejus ap. Pseud-Aristotelem (v. not. p. 959[a]), ubi pro Πλιέως legendum Πεδιέως. In Ptolemæo fluvius, pari intervallo a Salamine et Pedalio distans, ponitur perperam. Vero propiores sunt distantiæ inter Salaminem et Pedalium et inter Pediæum et Thronos. E duobus fontibus hæc conflata esse videntur. || — 6. Σαλαμίς] Σχαλμίς Φ Arg., *Selamis* Ulm. || — ξς' γο'' λε' L''] ξς' γ'' λε' ς'' ed. pr. Hod. *Eski Salami*. || — 7. Ἐλαία] Ἐλαίας A, *Elæa*, Ἀλαία (sic) Arg., *Elea* Rom. Ulm. Lugd. || — λε' γο''] λε' γ'' ed. pr. Elæa vel, quod malim, Alæa, a Salamine sec. Ptolemæum c. 170 stadia distans, promontorium est quod in nostris tabulis c. 150 stadia a Salamine abest in [illegible] regione ubi prope hod. *Kamara* varia antiquitatis rudera exstant. Eodem pertinet Παλαιὰ (Ἀλαία?) Stadiasmi § 305 p. 503, ubi :

Ἀπὸ Σαλαμῖνος εἰς Παλαιὰν στάδιοι ρκ', κώμη ἐστὶ καὶ λιμένα ἔχει καὶ ὕδωρ. Ἀπὸ Παλαιᾶς ἐπὶ [illegible] Φιλεοῦντα στάδιοι τ'. Nescio an ibi legendum sit Ἐλεοῦντα vel Ἐλαιοῦντα (Cf. Ἐλαιοῦς Iupiter in Cypro sec. Hesychium). Sec. distantiæ notam locus fuit ubi nunc *Elisti*. In eodem tractu fortassis erat Elæussa insula (h. *Poro* ins.), cujus meminit Plinius 5,130. || — 8. Κλεῖδες] Οὐρὰ βοός ed. pr., quod in marg. addunt CRW. Cf. Agathemerus § 26 in Geogr. min. 2, p. 486 : Κ[illegible] προς βύρσῃ τὸ σχῆμα ὁμοία. || — ξζ' L''] ξζ' ς'' ed. pr. Hodie *Cap Andreas*. Herodot. 5,108 : οἱ Φοίνικες περιέπλωον τὴν ἄκραν, αἳ καλεῦνται Κληῗδες τῆς Κύπρου. Antholog. tom. 3, p. 45 Iacobs : Κληῗδας Πόντου καὶ ἐσχατιαὶ Σαλαμῖνος. Hesychius : Κλεῖδες· ἄκρα τῆς Κύπρου. Strabo 14,5,3 : A Cromyu [illegible] πρὸς ἄρκτον ὁ πλοῦς ἐστὶ καὶ πρὸς ἕω καὶ πρὸς τὰς Κλεῖδας εὐθυπλοίᾳ σταδίων ἑπτακοσίων. Idem πρόκεινται δὲ (τῆς ἄκρας) πλησίον αἱ Κλεῖδες καὶ ἄλλαι δὲ πλείους, εἶθ' αἱ Καρπάσιαι νῆσοι. Plinius 5, 130 : *In eodem situ Eleussa insula est et quattuor ante promunturium, ex adverso Syriæ, Clides* (sic recte codex antiquissimus Leidensis, sæc. IX; *Dinaa*, *Dinar* var. lect.; olim in edd. *Dinaretum*), *rursusque ab altero capite Stiria* (*Stira* Geogr. Rav. p. 394,10; hodie *Chiros?*). Parallelus promontorii ab Cromyû parallelo c. 180 stadia boream versus (in Ptolemæi tabula 166 stadia austrum versus) distat. — 11. Καρπασία] *Carpasa* Vic. Rom. || — λε' L''γ' ιβ'' add. ABDFLNOSΔΩΞ. — Καρπασία etiam Strabo l. l., Diodor. 20,48, Hellanicus ap. Steph. Byz., Καρπάσεια Scylax § 103 p. 77, Καρπασία codex Stadiasmi § 314; αἰπεινὴ Κραπάσεια Dionysius in Βασσαρικοῖς ap. Steph. Byz. et Nonnus 13,446, Κάρπαθος Xenagoras, Καρβασία Demetrius Salaminius ap. Steph. Byz., *Carpasium* Plinius 5,130, Καρπάσιον Constantin Porph. de them. 1,15 p. 39,16 et Hiero-

Ἀχαιῶν ἀκτή	ξϛ' γο''	λε' ∠'γ''	Achæorum Acte	66° 40'	35° 50'
Ἀφροδίσιον	ξϛ' ∠'	λε' γο''	Aphrodisium	66° 30'	35° 40'
Μακαρία	ξϛ'	λε' ∠'δ''	Macaria	66°	35° 45'
Κεραυνία	ξε' γο''	λε' ∠'δ''	*Cerynia*	65° 40'	35° 45'
Λαπήθου ποτ. ἐκβολαί	ξε' ∠'	λε' ∠'γ''	Lapethi fluvii ostia	65° 30'	35° 50'
Λάπηθος πόλις	ξε' γ''	λε' ∠'γ''	Lapethus oppidum	65° 20'	35° 50'
Κρομμύων ἄκρα	ξε' ϛ''	λϛ' ϛ''	Crommyon promont.	65° 10'	36° 10'

